




G. OLINGLER, ROMA

Certitudo resurrectionis



nostrę.

Missale Romanum

Ex decreto sacrosancti Concilij Tridentini restitutum:

Pij V. Pont. Max.

iussu editum.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Joannem Variscum, Heredes Bartholomei Faletti, & Socios.

Pius Papa V.

MOTV Proprio &c. Cum nuper nos Breuiarium nostrum, ac precandi psallendique formam in omnibus vniuersi orbis Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus & locis etiam exemptis, in quibus officium ex more, ac ritu S.R.E. dici debet, aut consueuit, præceperimus obseruari: operæprecium esse duximus, vt Missale, quod in ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, & locis præfatis habetur, ita corrigeretur & ad veterem illam formam redigeretur, vt in omnibus cum eodem Breuiario (quoad fieri posset) concordaret: quam quidem prouinciam suscipientes, adhibitis prudentibus viris, ac sacrarum literarum, & Pontificij Iuris doctrina præditis, dedimus operam quã maxime potuimus, vt cõmode rem ipsam cõficeremus. Cumq; Missale huiusmodi prope diem sit Typis cõmittendũ, omnino duximus prouidendũ, vt quã diligentissime ac fidelissime imprimatur. Itaq; illud in hac alma Vrbe potissimum hac prima vice imprimi voluimus, dilecti filij Bartholomæi quondam Ioannis Faletti Veneti diligentia, cuius fidem nouimus incorruptam. Quia vero, si per alium, quam per ipsum Bartholomæum, aut ab eo deputandum, vel sine ipsius Bartholomæi licentia, Missale ipsum imprimeretur, euenire posset, vt non pari fide, ac diligentia id fieret: ob hanc causam, & quia etiam indemnitati eiusdem Bartholomæi, ac eius Sociorum, qui in eo imprimendo magnos sumptus proculdubio facturi sunt, & multum laboris suscepturi, consulere voluimus: Motu simili, & ex certa nostra scientia &c. eidem Bartholomæo impressionem dicti Missalis, & imprimendi facultatem hac prima vice in vrbe, & successiue, vbi dicto Bartholomæo placuerit, tam in Vrbe, q̃ extra, & tam in Italia q̃ extra Italiam, vbiq; locorum, non tamen prohibitorum, librosq; seu exemplaria imprimenda, & tunc impressa vendendi, ac eius arbitrio distrahendi in quacunq; mundi parte per decennium proxime futurum, Ita vt omnes sumptus propterea faciendi, & pretia atq; emolumenta, vtilitates & onera inde prouenientia ad ipsum Bartholomæum, eosq; in hac re per eum assumendos participes aut Socios, spectent, & pertineant, Præterea ne Missale præfatum, aut illius exemplaria per dictum decennium a quocunq; alio, quam ab ipso Bartholomæo, aut de ipsius Bartholomæi expressa in scriptis licentia imprimi aut vendi aut venalia teneri possint, Concedimus & indulgemus, Inhibentes omnibus, & singulis Christi fidelibus vtriusq; sexus, tam in dicta Vrbe & intra Italiam, q̃ extra eas, & vbiq; locorum existentibus, præsertim Bibliopolis & librorum impressoribus sub excõmunicationis latæ sententiæ, In terris vero nobis & S.R.E. mediate, & immediate subiectis, etiam sub mille ducatorũ auri, & insuper librorum & exemplariũ huiusmodi amissionis, toties quoties contrauentũ fuerit, ipso facto & absq; alia declaratione incurrenda pœna, pro vna videlicet eidem Bartholomæo, loco dãnorũ, & pro alia fabricæ Basilicæ S.Petri Vrbis, pro alia vero, partibus Cameræ apostolicæ applicandorũ, & persoluendorũ, Ne dictũ Missale, seu eius exẽplaria, alias quã de dicti Bartholomæi expressa in scriptis licẽtia imprimere aut venalia tenere, seu vendere audeant vel præsumant. Et præmissa omnia, cũ infra dicendis valere & seruari, suosq; plenos & integros effectus sortiri debere: & ita per quoscunq; iudices, etiã S.R.E. Cardinales iudicari &c. debere, sublata &c. irritũq; &c. si secus &c. Decernimus & declaramus. Præterea, vt cõmodius & celerius opus prædictũ absolui possit, perspecialem gratiã eidem Bartholomæo facere volẽtes, pro dicto Missali & exemplaribus imprimendis oẽs chartas, item atramentum, stãneas literas, & pelles, ac alia omnia ad vsum dictæ impressionis facientia, & cõfectionis librorũ, durante dicto decẽnio ab omni gabella, datio, pedagio, & alijs q̃buscũq; impositionibus, tã in dicta Vrbe, q̃ extra eã, in toto statu ecclesiastico, eximimus & liberamus, liberaq;, immunia, & exẽpta facimus, ita vt dictus Bartholomæus, & q̃cũq; sui agentes & socij ad cuiusuis gabellæ, datij, pedagij vel alicuius cuiuscũq; impositionis solutionem, minime teneantur. Et insup cõsiderantes q̃ idem Bartholomæus, vltra laborem propriũ nõ sine magna impensa, & nõ absq; socio vel socijs laboris & impensæ huiusmodi opus prædictum cõplere valeat, Ideoq; ne propter obitum aut alium quemcunq; casum, aut impedimentũ (q̃d absit) eiusdẽ Bartholomæi hæredes, & socij, & quicũq; illorum successores dãnum aut impedimentum vel molestiam patiantur, quo minus opus perficere huiusmodi concessione, integroq; effectu concessionis nostræ huiusmodi vti, frui, potiri, & gaudere possint, Volumus, declaramus & ordinamus, q̃ etiam nõ obstante obitu, impedimento, & alio quocunq; casu dicti Bartholomæi, participes, socij, & quicunq; ab ipso Bartholomæo nominandi & tunc nominati in socios vel participes operis præfati, & ab eis causam habentes, quos omnes & singulos pro nominatis, eorumq; nomina, & cognomina pro sufficienter expressis, ac specificatis haberi volumus, & habemus, huiusmodi nostra concessione, alijsque omnibus in hoc motu proprio contentis, & eorum pleno, integroq; effectu vti, potiri, frui, & gaudere valeant libere & sine aliquo impedimento durante decennio prædicto, & ex nunc Motu &c. similibus omnes cõuentiones per dictum Bartholomæum cum quibuscunq; personis sibi beneuisis sub quibusuis modis, clausulis, & formis faciendas approbamus & plenissime confirmamus: illasq; semper obseruari mandamus, & perpetuum illis firmitatis robur adijcimus: Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis nostræ eo ipso incurrenda pœna dilectis filijs nostris Camerario, Thesaurario, Clericis, Præsidenti Cameræ, & Vicario Vrbis præfatæ, Necnon Gubernatori, Senatori, Curiæq; causarum Cameræ apostolicæ Auditori, & alijs ipsius Vrbis ordinarijs Iudicibus, Necnon quorumcumq; locorũ ordinarijs, eorumq; in Spiritualibus Vicarijs generalibus, Legatis, etiam de latere, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs locorum præfectis, nunc & pro tempore, & cuilibet eorum in solidum, Vt quoties pro parte dicti Bartholomæi, aut socij, vel sociorum eius fuerint requisiti, seu eorum alter fuerit requisitus, ipsi Bartholomæo & socijs efficacis defensionis præsidio, assistendo, præmissa omnia, & singula contra inobedientes, & rebelles, per executionem censurarum, & pœnarum prædictarum omni penitus, & quacumq; appellatione remota, etiã per alias, ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, etiam sæpius aggrauando, etiam inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio Brachij secularis, authoritate apostolica exequantur. Quia vero hanc nostram, nostri Motus proprij cedulam originalem, ad singula loca deferri difficile foret, volumus, & eadem authoritate apostolica decernimus, ipsius transumptis, vel exemplis in ipsis Missalibus pro tempore impressis plenam, & eandem prorsus fidem, tam in iudicio, quam extra, quacumq; regula contraria non obstante, seu constitutione apostolica. Et ita semper obseruari mandamus, & volumus etiam in vim validi, & efficacis inter nos & Cameram nostram, & dictum Bartholomæum, ac Socios, initi cõtractus: & quoscunq; defectus iuris, & facti etiam substantiales supplemus: Et non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoq;, indultis, & literis etiã Apostolicis, & per felicis memoriæ Pium P P. iiij. prædecessorem nostrum dilecto filio Paulo Manutio, laico Veneto, super concessione stampæ, atq; impressionis librorum, & illius administrationis, & tam Motu proprio sub datum sexto Kalend. Maij Pont. dicti prædecessoris nostri anno quinto, q̃ alijs omnibus in genere, ac in specie dicto Paulo sub quibusuis clausulis, modis, & formis concessis, & omnibus alijs. Quibus omnibus etiam si de illis &c. tenores eorum pro insertis, & expressis habentes hac vice, ad effectum præmissum derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Fiat Motu proprio. M.

Et cum absolutione a censuris ad effectum & cæ. & de concessione, approbatione, confirmatione, suppletione, decreto, derogatione, alijs prædictis, quæ hic pro sufficienter etiam ad partem expressis, & repetitis habeantur, regula quacumque contraria non obstante. Et quod literæ per Breue nostrum expediri possint. Et citra exemptionem.

Fiat M.

Datum Romæ apud S. Petrum sexto Idus Februarij, Anno quarto.

Pius

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

QVo primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent: eaque parare, & Deo ipſo adiuuante, omni adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumque inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris: Cathechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iã Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes Breuiario caſtigato, omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens, (cum vnum in eccleſia Dei pſallendi modum, vnum Miſſæ celebrandæ ritum eſſe maximè deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quamprimum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus: qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtræ Vaticanæ bibliothecæ, alijsq; undiq; conquiſitis, emendatis, atque incorruptis codicibus, necnõ veterũ conſultis ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituum inſtituto monumenta nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorum patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitũ iam, & caſtigatum, mature adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cœptoque labore fructus, omnes percipiant, Romæ quamprimum imprimi, atque impreſſum edi mandauimus, nempe, vt ſacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quasue cerimonias in miſſarum celebratione retinere poſthac debeant. Vt autem a ſacroſancta Romana eccleſia, cæterarum eccleſiarum matre & magiſtra, tradita vbique amplectantur omnes, & obſeruent: ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorum quam mulierum, etiam militiarum regularibus, ac ſine cura eccleſijs, vel Cappellis, in quibus Miſſa Conuentualis alta voce cum choro, aut demiſſa, celebrari iuxta Romanæ eccleſiæ ritũ conſueuit, vel debet, alias, quã iuxta Miſſalis à nobis editi formulã decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędẽ eccleſiæ quouis modo exẽptæ apoſtolicæ ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiã iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alijs quibuſuis facultatibus munitæ ſint: niſi ab ipſa prima inſtitutione à ſede apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ſupra ducentos annos miſſarum celebrandarum in eiſdem eccleſijs aſſidue obſeruata ſit: a quibus, vt præfatam celebrandi conſtitutionem vel conſuetudinem nequaquã auferimus, ſic, ſi Miſſale hoc quod nunc in lucem edi curauimus, ijſdẽ magis placeret, de Epiſcopi, vel Pręlati, Capitulique vniuerſi conſenſu, vt quibuſuis non obſtantibus iuxta illud miſſas celebrare poſſint permittimus: ex alijs vero omnibus eccleſijs præfatis eorundem Miſſalium vſum tollendo, illaque penitus, & omnino reijciendo, ac huic miſſali noſtro nuper edito, nihil vmquam addendum, detrahendum, aut immutandum eſſe decernendo, ſub indignationis noſtræ pœna, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtricte omnibus, & ſingulis eccleſiarum prædictarum Patriarchis, Adminiſtratoribus, alijſque perſonis quacumque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, & præeminentiæ fuerint, illis in virtute ſanctæ obedientiæ præcipientes, vt cæteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis, in poſterũ penitus omiſſis, ac plane reiectis, miſſam iuxta ritum, modum, ac normam, quæ per miſſale hoc à nobis nunc traditur, decantẽt, ac legant: neque in Miſſæ celebratione alias cerimonias, vel preces, quam quæ hoc miſſali continentur, addere vel recitare præſumant. Atque vt hoc ipſum miſſale in miſſa decantanda aut recitanda in quibuſuis eccleſijs abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum pœnarum, ſententiarum, & cenſurarum incurſu poſthac omnino ſequantur: eoque libere & licite vti poſſint & valeant, auctoritate apoſtolica tenore præſentium etiã perpetuo concedimus, & indulgemus. Ne ve Præſules, & Adminiſtratores, Canonici, Cappellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri ſeculares, aut cuiuſuis ordinis regulares ad miſſam aliter, quam à nobis

statutum est, celebrandam teneantur; neque ad Missale hoc immutandum à quolibet cogi, & compelli, præsentes ve literæ vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmæ semper & validæ in suo existant robore, similiter statuimus & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon ecclesiarum prædictarũ vsu longissima & immemorabili præscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem: qui vero intra montes, post tres: & qui vltra montes incolunt, post sex menses, aut cũ primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum ac mendis, & erroribus purgatum præseruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio mediate, vel immediate subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum, alijs vero in quacunque orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus à nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionẽ impresso collatum fuisse, & concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præsumant, auctoritate apostolica, & tenore præsentium similibus inhibemus. Verum quia difficile esset præsentes literas ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ principis apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, ac earundem literarum exemplis etiam impressis, manu alicuius publici tabellionis subscriptis, ac sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi precipimus, quæ præsentibus haberetur, si ostẽderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate domini Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo. Indictione Decimatertia, die vero Vigesimanona mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, anno quinto, retroscriptæ literę publicatę, & affixę fuerunt ad valuas Basilicæ principis apostolorum, ac Cancellariæ apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

Tabula literarum Dominicalium.

A G F D C B A F E D C A G F
E G B
E C B A G E D C B G F E D B
D F A C

IN tabula suprascripta, literam dominicalem singulis annis hoc pacto inuenies. Primam literam, quę est A, tribue anno 1570. sequentem, quę est G, tribue anno 1571. sicq; deinceps progredere, quousque peruenias ad numerum anni cuius literam scire vis: quia litera, super quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis. Quę si vnica occurrerit, annum communem esse intelliges: si duplex, bissextilem. Et tunc prior, id est, superior vsque ad festum San. Matthię apostoli deseruiet: inferior autē ad reliquā partem accommodabitur. Sciendum autem, quod finitis 28. annis, redeundum est ad principium cum annis tunc currentibus.

Aureus numerus.

xiij. xiiij. xv. xvj. xvij. xviij. xix. j. ij. iij. iiij. v.
vj. vij. viij. ix. x. xj. xij.

SImili modo, vt dictum est de litera dominicali, deprehendes etiam aureum numerū in suprascripta numerorum serie. Nā primum numerum, qui est xiij. tribue anno 1570. sequentem, qui est xiiij. tribue anno 1571. & sic deinceps donec ad annum tuum peruenias, & finitis decem & nouem annis, regredere iterum ad principium.

De Nouilunio.

AUreum numerum in Calendario singulis mensibus ita accommodatum inuenies, vt ibi semper intelligas esse Nouilunium, vbi cadit numerus illius anni, cuius Nouilunium scire desideras.

De anno, & eius partibus.

ANnus Menses habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum, dies vero trecentos sexagintaquinque, & sex horas: tanto enim temporis interuallo Sol zodiacum perlustrat. Quater autem sex horę singulis quaternis annis diem constituunt: hinc annus ille Intercalaris, Bissextus vel Bissextilis dicitur.

Elucidario Calendarij.

IN Calendario, locatur primò Aureus numerus: deinde literę Dominicales & feriarum: tertiò numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum: quarto dies duodecim Mensium iuxta numerum: vltimò ponuntur festa Sanctorum.

IN sequenti etiam Calendario, post finem vniuscuiusque mensis indicantur incrementa, & diminutiones dierum, ac noctium, in decimum quemque eiusdem, per horas duntaxat integras, & quartas horę partes: in quibus designandis, prępositio dierum numero, priori alterorum, qui sunt horarum, horę, altero, quartę significantur. Diem autem in hoc loco appellamus, ab ortu Solis ad occasum: reliquum vero totum temporis spatium appellamus noctem.

IANVARIVS

xix	A	Calendis	1	Circuncisio Domini, duplex. fol.16.
viij	b	iiij no.	2	Octaua san. Stephani. duplex, cum commemo. octauarum.16.
	c	iij no.	3	Octa. san. Ioã. dup. cũ cõ. octa. ss. Inno. 16.
xvj	d	Prid. no.	4	Octaua sanctorum Innocentiũ, duplex. 16.
v	e	Nonis	5	Vigilia.16.
	f	viij id.	6	Epiphania Domini. duplex. fo.17.
xiij	g	vij id.	7	De octaua Epiphanię.
ij	A	vi id.	8	De octaua.
	b	v id.	9	De octaua.
x	c	iiii id.	10	De octaua.
	d	iii id.	11	De octa. & cõ. s. Hyginij Papę & mar. 152
xviij	e	Prid. id.	12	De octaua.
vij	f	Idibus	13	Octaua Epiphanię, duplex. fo.19.
	g	xix cal.	14	Hilarij episcopi & cõfess. semidup. fuit heri. cũ cõ. s. Felicis in pincis pśby. & mar. 252.
xv	A	xviij cal.	15	Pauli primi Eremitę, semidup. fuit 10. huius. cum cõm. san. Mauri abbatis. 152.
iiij	b	xvii cal.	16	Marcelli Papę & martyris, semidup. 153.
	c	xvi cal.	17	Antonij Abbatis, duplex. 153.
xij	d	xv cal.	18	Cathedra sancti Petri Romę. duplex. & cõme. san. Priscę virginis & marty. 153.
j	e	xiiii cal.	19	Marij, Marthę, Audifax, & Abacum martyrum. fol.154.
	f	xiii cal.	20	Fabiani & Sebastiani martyrũ. duplex. 154.
ix	g	xii cal.	21	Agnetis virginis, & martyris. duplex. 154.
	A	xi cal.	22	Vincentij, & Anastasij martyrũ, semidu. 155.
xvij	b	x cal.	23	Emerentianę virginis & martyris, 155.
vj	c	ix cal.	24	Timothei episcopi & martyris, 155.
	d	viii cal.	25	Conuersio sancti Pauli apli, duplex. 155.
xiiij	e	vii cal.	26	Polycarpi episcopi & martyris. 156.
iij	f	vi cal.	27	Ioãnis Chrysostomi epi & cõfess. dup. 157.
xj	g	v cal.	28	Agnetis secundò. 157.
	A	iiii cal.	29	
xix	b	iii cal.	30	
viij	c	Prid. cal.	31	

Januarij dies	1	Horas habet	9	1	Nox	14	2
	10		9	2		14	3
	20		9	3		14	1

FEBRVARIVS

	d	Calendis	1	Ignatij episcopi & marty. semiduplex. 157.
xvj	e	iiij	no. 2	Purificatio beatę Marię, duplex, 158.
v	f	iij	no. 3	Blasij episcopi & martyris. 259.
	g	Prid. no.	4	
xiij	A	Nonis	5	Agathę virginis & martyris. semidup. 159.
ij	b	viij	id. 6	Dorotheę virginis & martyris. 160.
	c	vij	id. 7	
x	d	vj	id. 8	
	e	v	id. 9	Apollonię virginis & martyris. 160.
xviij	f	iiij	id. 10	
vij	g	iij	id. 11	
	A	Prid. id.	12	
xv	b	Idibus	13	
iiij	c	xvj	cal. 14	Valentini presbyteri & martyris. 160.
	d	xv	cal. 15	Faustini, & Iouitę martyrum. 160.
xij	e	xiiij	cal. 16	
j	f	xiij	cal. 17	
	g	xij	cal. 18	Simeonis episcopi & martyris. 160.
ix	A	xj	cal. 19	
	b	x	cal. 20	
xvij	c	ix	cal. 21	
vj	d	viij	cal. 22	Cathedrę s. Petri Antiochię. duplex. 160.
	e	vij	cal. 23	Vigilia.
xiiij	f	vj	cal. 24	Matthię apostoli. duplex. 160.
iij	g	v	cal. 25	
	A	iiij	cal. 26	
xj	b	iij	cal. 27	
	c	Prid. cal.	28	

¶ Anno bissextili additur vnus dies: & fit dierum 29. sed Festum Sancti Matthię celebratur die 25. & tunc dicitur bis, sexto Calendas. hoc est die 24. & 25. & sic litera Dominicalis mutatur in superiorem, vt si sit D, in C, si sit C, in B, similiter & in alijs.

Februarij dies	1 / 10 / 20	Horas habet	10 / 10 2 / 11	Nox	14 / 13 2 / 13

MARTIVS

xix		Calendis		1	
viij	e	vj	no.	2	
	f	v	no.	3	
xvj	g	iiij	no.	4	
v	A	iij	no.	5	
	b	Prid.	no.	6	
xiij	c	Nonis		7	Sancti Thomę de Aquino confessoris. duplex. & cõmemora ss. Perpetuę, & Felicicitatis martyrum. 161.
ij	d	viij	id.	8	
	e	vij	id.	9	Quadraginta martyrum, semiduplex. 161.
x	f	vi	id.	10	
	g	v	id.	11	
xviij	A	iiii	id.	12	Gregorii Papę & confessoris, & Ecclesię Doctoris, duplex. 161.
vij	b	iii	id.	13	
	c	Prid.	id.	14	
xv	d	Idibus		15	
iiij	e	xvii	cal.	16	
	f	xvi	cal.	17	
xij	g	xv	cal.	18	
j	A	xiiii	cal.	19	Joseph confessoris, duplex. 162.
	b	xiii	cal.	20	
ix	c	xii	cal.	21	Benedicti Abbatis, duplex. 162.
	d	xi	cal.	22	
xvij	e	x	cal.	23	
vj	f	ix	cal.	24	
	g	viii	cal.	25	Annunciatio beatę Marię, duplex. 162.
xiiij	A	vii	cal.	26	
iij	b	vi	cal.	27	
xj	c	v	cal.	28	
	d	iiii	cal.	29	
xix	e	iii	cal.	30	
viij	f	Prid.	cal.	31	

Martij dies		Horas habet			Nox		
	1		11	2		12	2
	10		12			12	
	20		12	2		11	2

APRILIS

	g	Calendis		1	
xvi	A	iiii	no.	2	
v	b	iii	no.	3	
	c	Prid. no.		4	
xiii	d	Nonis		5	
ii	e	viii	id.	6	
	f	vii	id.	7	
x	g	vi	id.	8	
	A	v	id.	9	
xviii	b	iiii	id.	10	
vii	c	iii	id.	11	Leonis Pape & confessoris, duplex. 163.
	d	Prid. id.		12	
xv	e	Idibus		13	
iiii	f	xviii	cal.	14	Tyburtii, Valeriani, & Maximi mart. 163.
	g	xvii	cal.	15	
xii	A	xvi	cal.	16	
i	b	xv	cal.	17	Aniceti Pape & martyris. 163.
	c	xiiii	cal.	18	
ix	d	xiii	cal.	19	
	e	xii	cal.	20	
xvii	f	xi	cal.	21	
vi	g	x	cal.	22	Sotheris & Caii pontificum & martyrum. semiduplex. 163.
	A	ix	cal.	23	Georgii martyris, semiduplex. 163.
xiiii	b	viii	cal.	24	
iii	c	vii	cal.	25	Marci euangeliste, duplex. 164.
	d	vi	cal.	26	Cleti, & Marcellini pontificum & martyrum. semiduplex. 164.
xi	e	v	cal.	27	
	f	iiii	cal.	28	Vitalis martyris, 164.
xix	g	iii	cal.	29	
viii	A	Prid. cal.		30	

Aprilis dies		Horas habet			Nox		
	1		13			11	
	10		13	2		10	2
	20		14			10	

MAIVS

xvj	b	Calendis	1	Philippi & Iacobi apostolorũ. duplex.164.
v	c	vj no.	2	Athanasij episcopi & confesso. duplex. 165.
	d	v no.	3	Inuentio san. Crucis. duplex. & cõmemo. ss. Alexandri, Euentij, & Theoduli martyrum, ac Iuuenalis episcopi & cõf. 165.
xiij	e	iiij no.	4	Monicę viduę.166.
ij	f	iij no.	5	
	g	Prid. no.	6	Ioannis ante portam Latinã, duplex. 167.
x	A	Nonis	7	
	b	viij id.	8	Apparitio san. Michaelis, duplex. 167.
	c	vij id.	9	San. Gregorij Theologi episcopi & confessoris. duplex. 167.
xviij	d	vi id.	10	Gordiani & Epimachi martyrum.167.
vij	e	v id.	11	
	f	iiii id.	12	Nerei, Archillei, & Pancratij marty.167.
xv	g	iii id.	13	
iiij	A	Prid.	14	Bonifacii martyris.167.
	b	Idibus	15	
xij	c	xvii cal.	16	
j	d	xvi cal.	17	
	e	xv cal.	18	
ix	f	xiiii cal.	19	Pudentianę virginis.168.
	g	xiii cal.	20	
xvij	A	xii cal.	21	
vj	b	xi cal.	22	
	c	x cal.	23	
xiiij	d	ix cal.	24	
iij	e	viii cal.	25	Vrbani Papę & martyris.168.
xj	f	vii cal.	26	Eleutherij Papę & martyris.168.
	g	vi cal.	27	Ioannis Papę & martyris.168.
	A	v cal.	28	
xix	b	iiii cal.	29	
viij	c	iii cal.	30	Felicis Papę & martyris.168.
xvj	d	Prid. cal.	31	Petronillę virginis. 168.

Maij dies		Horas habet			Nox		
	1		14	1		9	3
	10		14	2		9	2
	20		14	3		9	1

IVNIVS

v	e Calendis		1	
	f iiij	no.	2	Marcellini, Petri, & Erasmi marty. 168.
xiij	g iij	no.	3	
ij	A Prid. no.		4	
	b Nonis		5	
x	c viij	id.	6	
	d vij	id.	7	
xviij	e vj	id.	8	
vij	f v	id.	9	Primi, & Feliciani martyrum, 168.
	g iiij	id.	10	
xv	A iij	id.	11	Barnabę apostoli, duplex. 168.
iiij	b Prid. id.		12	Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. 169.
	c Idibus		13	
xij	d xviij	cal.	14	Basilij episcopi & confessoris, duplex. 169.
j	e xvij	cal.	15	Viti, Modesti, & Crescentię martyrum. 170.
	f xvj	cal.	16	
ix	g xv	cal.	17	
	A xiiij	cal.	18	Marci, & Marcelliani fratrum, marty. 170.
xvij	b xiij	cal.	19	Geruasij, & Protasij martyrum. 170.
vj	c xij	cal.	20	Silverij Papę & martyris. 170.
	d xj	cal.	21	
xiiij	e x	cal.	22	Paulini episcopi & confessoris. fol. 171.
iij	f ix	cal.	23	Vigilia. 171.
	g viij	cal.	24	Natiuitas san. Joan. Baptistę. duplex. 172.
xj	A vij	cal.	25	De octa. Natiuitatis san. Joannis Baptistę.
	b vj	cal.	26	Joannis, & Pauli martyrum, semiduplex. cum cōme. Octauę Nati. san. Joānis. 172.
xix	c v	cal.	27	De octaua Natiuitatis san. Joannis.
viij	d iiij	cal.	28	Leonis secundi Papę & confesso. semidup. cū cōmemo. Octauę, & Vigilię. 173.
	e iij	cal.	29	Petri, & Pauli apostolorum. duplex. 173.
xvj	f Prid. cal.		30	Cōmemoratio s. Pauli apostoli, duplex. cum cōmemo. Octauę san. Joannis. 174.

Julij dies	1	Horas habet	15	Nox	9
	10		15		9
	20		15		9

IVLIVS

v	g	Calendis	1	Oct. s. Ioã. bapt. dup. cũ cõ. octa. apo. 175.
	A	vj no.	2	Uisitatio beatę Marię. dup. cũ cõme. octauę Apo. ⁊ ss. Processi, ⁊ Martiniani mar. 175.
xiij	b	v no.	3	De octaua Apostolorum. 176.
ij	c	iiij no.	4	De octaua.
	d	iij no.	5	De octaua.
x	e	Prid. no.	6	Octaua Apost. Petri, ⁊ Pauli, dup. 176.
	f	Nonis	7	
xviij	g	viij id.	8	
vij	A	vij id.	9	
	b	vj id.	10	Septẽ fratrum martyrũ, ⁊ ss. Ruffinę, ac Secundę virginuꝫ ⁊ martyrũ. semidup. 176.
xv	c	v id.	11	Pij Papę ⁊ martyris. 177.
iiij	d	iiij id.	12	Naboris, ⁊ Felicis martyrum. 177.
	e	iij id.	13	Anacleti Papę ⁊ martyris, semidup. 177.
xij	f	Prid. id.	14	Bonauenturę pont. ⁊ cõfe. semiduplex. 178.
i	g	Idibus	15	
	A	xvij cal.	16	
ix	b	xvj cal.	17	Alexij confessoris. 178.
	c	xv cal.	18	Symphorosę cum septem filijs marty. 178.
xvij	d	xiiii cal.	19	
vj	e	xiij cal.	20	Margaritę virginis ⁊ martyris. 178.
	f	xij cal.	21	Praxedis virginis. 178.
xiiij	g	xj cal.	22	Marię Magdalenę. duplex. 178.
iij	A	x cal.	23	Apollinaris episcopi ⁊ mart. semidup. 178.
xj	b	ix cal.	24	Uigilia, ⁊ cõme. s. Christinę virgi. ⁊ marty.
	c	viij cal.	25	Iacobi apostoli. dup. ⁊ cõme. san. Christophori marty. in missis priuatis. 179.
xix	d	vij cal.	26	
	e	vj cal.	27	Pantaleonis martyris. 180.
viij	f	v cal.	28	Nazarij, Celsi, ⁊ Uictoris papę, martyrum, ⁊ Innocentij papę ⁊ cõfesso. semidup. 180.
xvj	g	iiii cal.	29	Marthę virgi. semid. ⁊ cõ. ss. Felicis Papę, Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis mar. 180.
v	A	iij cal.	30	Abdon, ⁊ Sennen martyrum. 180.
	b	Prid. cal.	31	

Iulij dies	1	Horas habet	14 3	Nox	9 1
	10		14 2		9 2
	20		14 1		9 3

AVGVSTVS

xiij	c	Calendis		1	Petri ad vincula. dup. ꝛ cõ. ss. Machabęo-
ij	d	iiij	no.	2	Stephani Papę ꝛ mart. 181. (rũ mar. 181.
	e	iij	no.	3	Inuẽtio s. Stephani protomar. semid. 181.
x	f	Prid.	no.	4	Dominici, confessoris. duplex. 181.
	g	Nonis		5	Dedicatio s. Marię ad Niues. duplex. 182.
xviij	A	viij	id.	6	Trãsfiguratio dñi. dup. ꝛ cõm. ss. Xisti secũdi papę, Felicissimi, ꝛ Agapiti marty. 182.
vij	b	vij	id.	7	Donati episcopi ꝛ martyris. 182.
	c	vi	id.	8	Cyriaci, Largi, ꝛ Smaragdi mar. semid. 183.
xv	d	v	id.	9	Uigilia, ꝛ cõme. sancti Romani marty. 183.
iiij	e	iiii	id.	10	Laurentii martyris duplex. 184.
	f	iii	id.	11	De octaua sancti Laurentii. cũ cõme. ss. Tyburtii ꝛ Susannę martyrum. 184.
xij	g	Prid.	id.	12	De octaua. ꝛ cõm. s. Clarę virginis. 184.
i	A	Idibus		13	De oct. ꝛ cõ. ss. Hippolyti ꝛ Cassiani m̃. 184.
	b	xix	cal.	14	De oct. cũ cõ. Uigilię, ꝛ s. Eusebii cõfe. 184.
ix	c	xviii	cal.	15	Assũptio beatę Marię virg. dup. 185. (Lau.
	d	xvii	cal.	16	De oct. assumpt. bea. Ma. ꝛ cõm. Octa. s.
xvij	e	xvi	cal.	17	Octa. s. Lau. dup. ꝛ cõ. Octa. Assũpti. 185.
vj	f	xv	cal.	18	De octa. ꝛ cõmemo. s. Agapiti martyris.
	g	xiiii	cal.	19	De octaua.
xiiij	A	xiii	cal.	20	Bernardi abbatis. dup. cum cõme. Octauę
iij	b	xii	cal.	21	De octaua. (Assumptio. 186.
	c	xi	cal.	22	Octa. Assumpti. bea. Marię. duplex. ꝛ cõm. ss. Timothei, Hippolyti, ꝛ Symphoriani
xj	d	x	cal.	23	Uigilia. 186. (martyrum. 186.
xix	e	ix	cal.	24	Bartholomęi Apo. du. Romę celeb. die 25.
	f	viii	cal.	25	Ludouici regis Francię confesso. 187. (186.
viij	g	vii	cal.	26	Zephyrini Papę ꝛ martyris. 187.
	A	vi	cal.	27	
xvj	b	v	cal.	28	Augustini episcopi, confesso. ꝛ Eccle. docto. dup. ꝛ cõme. s. Hermetis marty. 187.
v	c	iiii	cal.	29	Decollatio s. Ioannis Baptistę. duplex. ꝛ commemo. sanctę Sabinę martyris. 187.
	d	iii	cal.	30	Felicis ꝛ Adaucti martyrum. 188.
xiij	e	Prid.	cal.	31	

Augusti dies		Horas habet			Nox		
	1		14			10	
	10		13	2		10	2
	20		13			11	

SEPTEMBER

iij	f	Calendis	1	Aegidij abbatis. ⁊ cõmemora. Sanctorum martyrum Duodecim fratrum. 188.
	g	iiij	no. 2	
xj	A	iij	no. 3	
	b	Prid. no.	4	
xviij	c	Nonis	5	
vij	d	viij	id. 6	
	e	vij	id. 7	
xv	f	vj	id. 8	Natiuitas beatę Marię. duplex. ⁊ cõmemo. ſan. Adriani marty. in miſſis priuatis. 188.
iiij	g	v	id. 9	De oct. s. Mar. ⁊ cõ. s. Gorgonij mart. 189.
	A	iiij	id. 10	De octaua.
xij	b	iij	id. 11	De oct. ⁊ cõ. ſſ. Proti ⁊ Hyacĩthi mar. 189.
j	c	Prid. id.	12	De octaua.
	d	Idibus	13	De octaua.
ix	e	xviij	cal. 14	Exaltatio ſan. Crucis. dup. cum commemo. Octauę Natiuitatis ſanctę Marię. 189.
	f	xvij	cal. 15	Octaua Natiuitatis beatę Marię. dup. cum cõmemora. ſan. Nicomedis mar. 190.
xvij	g	xvj	cal. 16	Cornelij, ⁊ Cypriani pont. ⁊ mar. ſemidup. ⁊ cõme. ſſ. Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani marty. 190.
vj	A	xv	cal. 17	
	b	xiiii	cal. 18	
xiiij	c	xiij	cal. 19	
iij	d	xij	cal. 20	Vigilia, ⁊ cõ. s. Euſtachij, ⁊ ſociorũ mar. 190.
xj	e	xj	cal. 21	Matthęi Apoſtoli. duplex. 191.
	f	x	cal. 22	Mauricij, ⁊ ſociorum martyrum, 191.
xix	g	ix	cal. 23	Lini Papę ⁊ mar. ſemiduplex, ⁊ cõm. ſanctę Theclę virginis ⁊ martyris. 191.
	A	viij	cal. 24	
viij	b	vij	cal. 25	
	c	vj	cal. 26	Cypriani ⁊ Iuſtinę martyrum, 191.
xvj	d	v	cal. 27	Coſmę, ⁊ Damiani marty. ſemiduplex. 191.
v	e	iiii	cal. 28	
xiij	f	iij	cal. 29	Dedicatio s. Michaelis archãgeli. du. 192.
ij	g	Prid. cal.	30	Hieronymi pſby. cõf. ⁊ Eccl. Doct. du. 192.

Septembris dies		Horas habet		Nox	
	1		12 2		11 2
	10		12		12
	20		11		13

OCTOBER

	A	Calendis	1	Remigij episcopi & confessoris. 193.
x	b vj	no.	2	
	c v	no.	3	
xviij	d iiij	no.	4	Francisci confessoris. duplex. 193.
vij	e iij	no.	5	
	f	Prid. no.	6	
xv	g	Nonis	7	S. Marci Papę & cõfe. & cõ. ss. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij marty. 193.
iiij	A viij	id.	8	
	b vij	id.	9	Dionysii, Rustici, & Eleutheri mar. semi. 193.
xij	c vj	id.	10	
j	d v	id.	11	
	e iiij	id.	12	
ix	f iij	id.	13	
	g	Prid. id.	14	Callisti Papę & marty. semiduplex, 194.
xvii	A	Idibus	15	
vj	b xvij	cal.	16	
	c xvj	cal.	17	
xiiij	d xv	cal.	18	Lucę Euangelistę, duplex. 194.
iij	e xiiij	cal.	19	
	f xiij	cal.	20	
xj	g xij	cal.	21	Hilarionis Abbatis, & cõme. ss. Vrsulę & sociarum virginum, & martyrum. 195.
	A xj	cal.	22	
xix	b x	cal.	23	
viij	c ix	cal.	24	
	d viij	cal.	25	Chrysanthi, & Darię martyrum. 195.
xvj	e vij	cal.	26	Euaristi Papę, & martyris. 195.
v	f vj	cal.	27	Vigilia. 195.
	g v	cal.	28	Simonis & Judę Apostolorum duplex. 195.
xiij	A iiij	cal.	29	
ij	b iij	cal.	30	
	c	Prid. cal.	31	Vigilia. 196.

Octobris dies	1	Horas habet	11		Nox	13	
	10		10	2		13	2
	20		10			14	

NOVEMBER

	d	Calendis		1	Festum Omnium sanctorum. duplex.196.
	e	iiij	no.	2	Cōmemoratio omniū fidelium defunctoruz. dup.197. ꝛ de octaua Omnium sanctorū.
xviij	f	iij	no.	3	De octaua.
vij	g	Prid. no.		4	De oct. ꝛ cō. ss. Vitalis ꝛ Agricolę mar.197.
	A	Nonis		5	De octaua.
xv	b	viij	id.	6	De octaua.
iiij	c	vij	id.	7	De octaua.
	d	vj	id.	8	Octaua Omniuz sanctoruz. dup. ꝛ cōmem. ss. Quatuor Coronatorum marty.197.
xij	e	v	id.	9	Dedicatio Basilicę Saluatoris. dup. ꝛ cōm. sancti Theodori martyris.197.
j	f	iiij	id.	10	Tryphonis, Respicij, ꝛ Nymphę mart.197.
	g	iij	id.	11	Martini episcopi ꝛ confessoris. duplex. ꝛ cōmemo. sancti Menę martyris.198.
ix	A	Prid. id.		12	Martini Papę ꝛ martyris. semidup. 198.
	b	Idibus		13	
xvij	c	xviij	cal.	14	
vj	d	xvij	cal.	15	
	e	xvj	cal.	16	
xiiij	f	xv	cal.	17	Gregorij Thaumaturgi episcopi ꝛ cōf.198.
iij	g	xiiij	cal.	18	Dedic. Basilicarū Petri, ꝛ Pauli. du.198.
xj	A	xiij	cal.	19	Pontiani Papę ꝛ martyris.198.
	b	xij	cal.	20	
xix	c	xj	cal.	21	Præsentatio B. Virginis Mariæ. dup.
viij	d	x	cal.	22	Cecilię virginis ꝛ martyris. semidup. 198.
	e	ix	cal.	23	Clementis Papę ꝛ mar. semidup. ꝛ cōme. sanctę Felicitatis martyris.199.
xvj	f	viij	cal.	24	Chrysogoni martyris.199.
v	g	vij	cal.	25	Catharinę virginis ꝛ martyris. duplex.199.
	A	vj	cal.	26	Petri Alexādrini episcopi ꝛ martyris.199.
xiij	b	v	cal.	27	
ij	c	iiij	cal.	28	
	d	iij	cal.	29	Vigilia. ꝛ cōmemo. san. Saturnini mar.149.
x	e	Prid. cal.		30	Andreę Apostoli. duplex.150.

Nouembris dies	1	Horas habet	9	3	Nox	14	1
	10		9	2		14	2
	20		9	1		14	3

DECEMBER

	f	Calendis		1	
xviij	g	iiij	no.	2	Bibianę virginis ⁊ martyris. cōme. 150.
vij	A	iij	no.	3	
	b	Prid. no.		4	Barbarę virginis ⁊ martyris, cōmem. 150.
xv	c	Nonis		5	Sabbę abbatis, commemoratio. 150.
iiij	d	viij	id.	6	Nicolai episcopi ⁊ cōfessoris, semidup. 150.
	e	vij	id.	7	Ambrosii episcopi ⁊ cōf. eccle. do. dup. 151.
xij	f	vj	id.	8	Conceptio beatę Marię, duplex. 151.
j	g	v	id.	9	
	A	iiij	id.	10	Miltiadis papę ⁊ martyris, cōmemora. 151.
ix	b	iij	id.	11	Damasi papę ⁊ confessoris, semiduplex. 151.
	c	Prid. id.		12	
xvij	d	Idibus		13	Lucię virginis ⁊ martyris. duplex. 151.
vj	e	xix	cal.	14	
	f	xviij	cal.	15	
xiiij	g	xvij	cal.	16	
iij	A	xvj	cal.	17	
	b	xv	cal.	18	
xj	c	xiiij	cal.	19	
	d	xiij	cal.	20	Vigilia. 152.
xix	e	xij	cal.	21	Thomę apostoli, duplex. 152.
viij	f	xj	cal.	22	
	g	x	cal.	23	
xvj	A	ix	cal.	24	Vigilia.
v	b	viij	cal.	25	Natiuitas domini nostri Jesu Christi, dup. fo. 9. ⁊ cōmemo. san. Anastasię marty.
	c	vij	cal.	26	Stephani proto. dup. ⁊ cō. Oct. Nati. fo. 11.
xiij	d	vj	cal.	27	Joānis apost. ⁊ Euāge. dup. ⁊ cō. Octa. 12.
ij	e	v	cal.	28	Sāctorū Innocētiū mar. dup. ⁊ cō. Oct. 12.
	f	iiij	cal.	29	Thomę Cantuar. episcopi ⁊ marty. semiduplex, ⁊ commemoratio Octauarum. 13.
x	g	iij	cal.	30	De Dñica infra Octauā Natiuita. 14. vel de Octaua, cū cōme. aliarū Octauarum. 15.
	A	Prid. cal.		31	Syluestri papę ⁊ confessoris, duplex. cum commemoratione Octauarum. 16.

Decembris dies		Horas habet		Nox	
	1		9		15
	10		9		15
	20		9		15

Litera Dñicalis.	Aureus numerus.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Dies Pasche.
A	1.4.9.12.	5 feb.	22 feb.	9 Aprilis
	2.5.13.16.	22 Jan.	8 feb.	26 Martij
	3.6.11.14.17.	12 feb.	1 martij	16 aprilis
	7.10.15.18.	29 Jan.	15 feb.	2 aprilis
	8. 19.	19 feb.	8 martij	23 aprilis
B	1.9.12.17.	6 feb.	23 Febr.	10 Aprilis
	2.5.13.16.	23 Janu.	9 feb.	27 Martij
	3.6.11.14.	13 feb.	2 martij	17 aprilis
	4.7.10.15.18.	30 Janu.	16 feb.	3 aprilis
	8. 19.	20 feb.	9 martij	24 aprilis
C	1.6.9.12.17.	7 feb.	24 feb.	11 Aprilis
	2.5.10.13.16.	24 Janu.	10 feb.	28 martij
	3.11.14.19.	14 feb.	3 martij	18 aprilis
	4.7.15.18.	31 Janu.	17 feb.	4 aprilis
	8.	21 feb.	10 martij	25 aprilis
D	1.6.9.17.	8 feb.	25 feb.	12 Aprilis
	2.5.10.13.	25 Janu.	11 feb.	29 martij
	3.8.11.14.19.	15 feb.	4 martij	19 aprilis
	4.7.12.15.18.	1 feb.	18 feb.	5 aprilis
	16.	18 Janu.	4 feb.	22 martij
E	1.4.7.12.15.	2 Febr.	19 feb.	6 Aprilis
	2.10.13.18.	26 ianu.	12 feb.	30 martij
	3. 8.11.19.	16 feb.	5 martij	20 aprilis
	5.16.	19 ianu.	5 feb.	23 martij
	6.9.14.17.	9 feb.	26 feb.	13 aprilis
F	1.4.12.15.	3 Feb.	20 feb.	7 Aprilis
	2.10.13.18.	27 Janu.	13 feb.	31 martij
	3.6.7.9.14.17.	10 feb.	27 feb.	14 aprilis
	5.16.	20 ianu.	6 feb.	24 martij
	8.11.19.	17 feb.	6 martij	21 aprilis
G	1.4.9.12.15.	4 feb.	21 feb.	8 Aprilis
	2.7.10.18.	28 Janu.	14 feb.	1 aprilis
	3.6.14.17.	11 feb.	28 feb.	15 aprilis
	5.13.16.	21 Janu.	7 feb.	25 martii
	8.11.19.	18 feb.	7 martij	22 aprilis

Ascensio domini.	Dies Pentecostes.	Corpus Christi.	Dñice post pet.	Aduentus domini.
18 Maij	28 Maij	8 Junii	26	3 Decemb.
4 maij	14 maij	25 Maij	28	3 Decemb.
25 maij	4 Junij	15 iunij	25	3 Decemb.
11 maij	21 maij	1 iunij	27	3 Decemb.
1 Junij	11 Junij	22 iunij	24	3 Decemb.
19 Maij	29 Maij	9 iunij	25	27 Nouemb.
5 maij	15 maij	26 maij	27	27 Nouemb.
26 maij	5 iunij	16 iunii	24	27 Nouemb.
12 maij	22 maij	2 iunij	26	27 Nouemb.
2 Junij	12 iunij	23 iunij	23	27 Nouemb.
20 Maij	30 maij	10 iunij	25	28 Nouemb.
6 maij	16 maij	27 maij	27	28 Nouemb.
27 maij	6 iunii	17 iunii	24	28 Nouemb.
13 maij	23 maij	3 iunii	26	28 Nouemb.
3 iunij	13 iunii	24 iunii	23	28 Nouemb.
21 Maij	31 maii	11 iunii	25	29 Nouemb.
7 maij	17 maii	28 maii	27	29 Nouemb.
28 maij	7 iunii	18 iunii	24	29 Nouemb.
14 maij	24 maii	4 iunii	26	29 Nouemb.
30 april.	10 maii	21 maii	28	29 Nouemb.
15 Maij	25 maii	5 iunii	26	30 Nouemb.
8 maij	18 maii	29 maii	27	30 Nouemb.
29 maij	8 iunii	19 iunii	24	30 Nouemb.
1 maij	11 maii	22 maii	28	30 Nouemb.
22 maij	1 iunii	12 iunii	25	30 Nouemb.
16 Maij	26 maii	6 iunii	26	1 Decemb.
9 maij	19 maii	30 maii	27	1 Decemb.
23 maij	2 iunii	13 iunii	25	1 Decemb.
2 maij	12 maii	23 maii	28	1 Decemb.
30 maij	9 iunii	20 iunii	24	1 Decemb.
17 maij	27 maii	7 iunii	26	2 Decemb.
10 maij	20 maii	31 maii	27	2 Decemb.
24 maij	3 iunii	14 iunij	25	2 Decemb.
3 maij	13 maij	24 maij	28	2 Decemb.
31 maij	10 iunij	21 iunij	24	2 Decemb.

AD maiorem commoditatem inueniendi Festa mobilia, posita est superior tabula: in qua inuenta litera dominicali, & apud eam aureo numero anni currentis, ad rectam lineam eiusdem Aurei numeri progrediendo, omnia festa mobilia illius anni quo die & mense aduenerint, reperiuntur. In anno autem bissextili semper Septuagesima quærenda est per primam literam Dominicalem. Quod si ipsa Septuagesima venerit ante iiii. idus Februarii, etiam dies Cinerum per ipsam primam literam debet quæri. Si vero Septuagesima post iiii. idus Februarii venerit, dies Cinerum cum reliquis Festis mobilibus quærenda est per secundam literam Dominicalem: quæ mutatur in festo Sancti Matthiæ. Si autem numerus dierum Septuagesimæ & aliorum festorum mobilium ad rectam lineam aurei numeri anni currentis in secunda litera assignatus superet numerum dierum huiusmodi ad rectam lineam eiusdem aurei numeri in primam literam assignatum: tunc reliqua festa mobilia post Septuagesimam non erunt sumenda ad rectam lineam aurei numeri currentis in secunda litera: sed ad rectam lineam Septuagesimæ: quæ vnius diei numero minus in secunda litera signatur. Vt, si in litera D, Septuagesima signatur 15 Februarii, Cineres & reliqua Festa mobilia sumuntur ad rectam lineam Septuagesimæ: quæ in secunda litera C, ponitur 14 Februarii: & in huiusmodi aliis similiter. Quia numerus dierum in secunda litera signatus, vno die semper in anno Bissextili minuitur a numero dierum primæ literæ.

An verus sit Aureus numerus in singulis Mensibus.

NOtandum est, facile cognosci posse, an in singulo quoque mense verus sit Aureus numerus. Adde post vnumquenque numerum octo vsque ad 19. & qui ex additione octo euenerit numerus, verus erit Aureus numerus. Quod si supra 19 addendo octo, euaseris numerum: qui reliquus fuerit, dempto 19. verus erit numerus.

Ex quot diebus constet vnusquisque Mensis.

Triginta Aprilis, Iuni, Septemque, Nouemque,
Vno plus alii, viginti Februus octo:
At si bissextus fuerit, superadditur vnus.
Et tunc bis sexto Marti conscribe Calendas.

De numero Nonarum, ac Iduum singulorum Mensium.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars:
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Et notandum, primo quoque die mensis dicendũ esse Calendis: Quinto, nonis: Decimotertio, Idibus, vbi Nonæ quatuor. vbi vero sex, Septimo Nonis: Decimoquinto, Idibus in casu sexto. Reliquis autem diebus, pridie, tertio, quarto Calendas, aut Nonas, aut Idus in casu quarto, retrorsum numerando vsque ad eum diem, quo aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicimus, quemadmodum in singulis mensibus videre licet.

Quando inchoatur Aduentus Domini.

ADuentus domini inchoatur Dominica proximiori festo Sancti Andreæ, vel ipsa die Sancti Andreæ, si Dominica venerit.

Quatuor tempora.

QVatuor tempora celebrantur iiii. & vi. feria, ac sabbato post tertiam Dominicam Aduentus, Post primam Dominicam Quadragesimæ, post Pentecosten, post festum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Nuptiæ iuxta decretum Concilii Tridentini.

A Dominica prima Aduentus vsque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum vsque in octauam paschæ inclusiue, sancta Synodus sollemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus nuptias sollemniter celebrare permittit.

RVBRICAE GENERALES
MISSALIS.

MIssa quotidie dicitur secundum ordinem officii, de Festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel Feria: de vigilia, vel de octaua: & extra ordinem Officii, Votiua, vel pro Defunctis.

De duplici.

MIssa dicitur de Duplici illis diebus quibus in Calendario ponitur hæc nota, **Duplex.** & in festis mobilibus, quandocunque Officium fit duplex. In duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur vt in propriis missis assignatum est. Quando dici debet **Gloria in excelsis**, & **Credo**, inferius dicetur in propriis rubricis.

De Semiduplici, & Simplici.

MIssa de semiduplici dicitur, quando in Calendario ponitur hæc vox, **Semiduplex** Præterea, in Dominicis, & diebus infra Octauas. In semiduplicibus tam festis, quam Dominicis, & infra Octauas dicũtur plures Orationes, vt infra dicetur in rubrica De oratione. Infra Octauam dicitur Missa sicut in die Festi, nisi propriam Missam habuerit. In Dominicis vero sicut in propriis locis assignatur. De simplici dicitur Missa sicut de semiduplici, vt suis locis ponitur.

De Feria, & Vigilia.

MIssa de Feria dicitur, quando non occurrit festum, vel octaua, vel sabbatum, in quo fit officium beatæ Mariæ. In feriis tamen Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarũ, etiam si duplex, vel semiduplex festum, vel octaua occurrat, in Ecclesiis collegiatis dicuntur duæ Missæ, vna de festo, alia de feria. In Vigiliis autem quæ veniunt infra octauam, missa dicitur de vigilia cum commemoratione octauæ. Si festum habens Vigiliam celebretur feria secunda, Missa Vigiliæ dicitur in Sabbato, sicut etiam fit officium, excepta vigilia Natiuitatis Domini, & Epipha. Missa Vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione de Aduentu, licet de ea non sit factum officium. Si in Quadragesima, & Quatuor Tẽporibus occurrat vigilia, dicatur Missa de feria cũ cõmemoratione Vigiliæ. Toto tempore Paschali non dicitur Missa de Vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quæ tamen non ieiunatur, sicut nec vigilia Epiphaniæ.

De missis Votiuis sanctæ Mariæ, & aliis.

IN Sabbatis non impeditis festo duplici, vel semiduplici, dicitur Missa de S. Maria secundum varietatem temporum, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quatuor Temporum, & Quadragesimæ, Missa principalis dicitur secundum officium diei. In Aduentu autem licet officium non fiat de S. Maria in sabbato, dicitur tamen Missa principalis de ea cum commemoratione de Aduẽtu, nisi fuerint Quatuor Tẽpora vt supra. Aliis diebus infra Hebdomadã quando officiũ fit de feria (exceptis Feriis Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporũ, Rogationũ, & Vigiliarum) dici potest aliqua Missa Votiua etiam in principali missa quæ dicitur Conuẽtualis, secũdum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Quæ tamen Missę, & alia quæcunq; votiuę, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa, &, quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

De Missis defunctorum.

PRima die cuiusq; mensis (extra tempus Paschale) non impedita officio duplici vel semiduplici, dicitur Missa principalis generaliter pro defunctis sacerdotibus, benefactoribus, & aliis. In ecclesiis autẽ collegiatis dicantur duæ missæ, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrit: vel de feria, si propriã habeat missam, vel resumenda sit missa de Dominica, quia Dominica præcedens fuit impedita, & infra Hebdomadam non occurrit alius dies in quo resumi possit Missa de Dominica. Sed in ecclesiis nõ collegiatis dicatur missa de die cũ commemoratione generaliter pro defunctis. Præterea Feria secunda cuiusq; hebddmadæ in qua officium fit de Feria, missa principalis dici potest pro defunctis. Si autem fuerit propria missa de Feria, vel de festo simplici, in collegiatis Ecclesiis dicantur duæ Missæ, alioquin in missa de die fiat commemoratio (vt dictum est) pro defunctis: excipitur tamen totum tempus Paschale: & quando per annum officium est duplex, vel semiduplex: quibus temporibus non dicitur missa principalis pro defunctis nisi in die Depositionis defuncti, & in Anniuersario ꝑ defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex, quocunque die dici possunt priuatæ missæ pro defunctis, præterquam in Dominicis. In die Commemorationis omnium Defunctorum, & in die Depositionis & Anniuersario defuncti, dicitur vna tantum Oratio: in aliis missis, plures, vt in Rubrica de commemorationibus, & orationibus dicetur. Sequentia pro defunctis dicitur in die omnium fidelium defunctorum, & depositionis defuncti. In Anniuersario autem, & Missa communi pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

De Translatione Festorum.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarii de Translatione festorum duplicium & semiduplicium, quando maiori aliquo festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem, vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi ad celebrandum Festum quod transferri debet, possunt cantari duę missæ, vna de die, alia de festo: aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

De Commemorationibus.

COmmemorationes in Missis,fiunt sicut in Officio.De festo simplici fit commemoratio in missa,quando de eo in officio facta est cõmemoratio in vesperis. Quando aũt de eo fit cõmemoratio tãtum ad laudes,in missa sollemni nulla fit cõmemoratio de eo,sed in missis tãtum priuatis.De Dominica fit commemoratio,quãdo in ea fit de festo duplici.De octaua fit commemoratio, quando infra octauã fit de aliquo festo, nisi illud festũ fuerit de exceptuatis in rubrica officii de Commemorationibus.itẽ quando infra octauam fit de Dominica. De feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus,Rogationibus,& vigiliis, quãdo missa dicenda est de festo duplici, vel semiduplici illis tẽporibus occurrente. Sed in ecclesiis Collegiatis vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant,in Feriis, Rogationibus,& Vigiliis prædictis,quæ habent missas proprias,dicuntur duæ missę, vna de festo,alia de feria,Rogationibus, & Vigiliis prædictis, absque vlla vtrorũq; cõmemoratione. Quando infra Hebdomadam dicuntur missæ Votiuæ, post primam orationẽ semper dicatur Oratio eius de quo fit officiũ.Quando fit commemoratio de Feria Quatuor temporũ, pro commemoratione feriæ dicitur prima oratio q̃ concordat cum officio. In faciendis commemorationibus seruetur ordo vt in Breuiario:de Dominica ante festum semiduplex,quod infra octauam celebratur: de festo semiduplici ante octauam: de Octaua ante Ferias prædictas: de Feriis prædictis ante festum simplex:de festo simplici ante orationes votiuas.Si facienda sit commemoratio pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco.In aliis cõmemorationibus à prædictis seruetur dignitas orationum, vt de Spiritu sancto ante beatam Mariam,de Angelis ante Apostolos,& similiter in aliis. In missis Defunctorum nulla fit commemoratio pro Viuis,etiã si oratio esset cõmunis pro viuis & defunctis. Quando dicuntur plures orationes, prima tantum & vltima cum sua conclusione terminantur,& ante primã & secundam orationẽ tantũ dicitur *Oremus*: ante primã dicitur etiam *Dominus vobiscum*. Cũ vero dicuntur plures orationes, & vna oratio eadem sit cũ alia ibidem dicenda: oratio huiusmodi,illa scilicet quæ eadem est,non aliæ, cõmutetur cum alia de communi,vel proprio,quæ sit diuersa.

De Introitu,& Kyrieleison.

INtroitus semper eodem modo dicitur cum *Gloria patri*, vt in Ordinario, præterquam tempore Passionis, & in missis defunctorum, vt etiam ibi annotatum est. *Kyrie eleison* dicitur nouies post *Introitum* alternatim cum ministro, idest, ter, *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, ter *Kyrie eleison*.

De Gloria in excelsis.

GLoria in excelsis, dicitur quandocunq; in Matutino dictus est hymnus *Te Deum laudamus* Dicitur etiam in missa Feriæ v. in Cœna Domini,& Sabbati sancti. In missis Votiuis non dicitur,nisi in missa Sanctæ Trinitatis, beatæ Mariæ, & Angelorum: & in aliis,quando missa Votiua dicẽda est pro re graui,vel pro publica ecclesiæ causa.neque etiam dicitur in missis Defunctorum.

De Orationibus.

IN festis duplicibus dicitur vna tantum Oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio, vt dictũ est supra. In festis semiduplicibus occurrentibus ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum,& à Purificatione vsq; ad Quadragesimam dicitur secunda oratio. *A cunctis* tertia ad libitum. In festis semiduplic. occurrentibus ab octaua Epiph. vsque ad Purificationem, dicitur secunda oratio, *Deus qui salutis*: tertia, *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In festis semiduplicibus a Feria quarta Cinerum vsque ad Dominicam Passionis, secunda,de feria, tertia, *A cunctis*, in festis semiduplicibus,à Dominica Passionis vsque ad Dominicam Palmarum: secunda oratio, de Feria, tertia, *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In festis semiduplicibus ab octaua Paschæ vsque ad Ascensionem, secunda oratio, de sancta Maria, *Concede*: tertia, *Ecclesiæ*, vel pro Papa. In festis semiduplicibus infra octauas occurrentibus, secnnda oratio dicitur de octaua, tertia, quæ secundo loco infra octauam dicitur. Infra octauas Paschæ, & Pentecost. quando missa dicitur de octaua, dicũtur duæ tantum Orationes, vna de die, alia *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Infra alias octauas, & in Vigiliis quæ ieiunantur (excepta vigilia Natiuitatis Domini & Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de sancta Maria, tertia, *Ecclesiæ*, vel pro Papa. Sed infra octauas S. Mariæ, & in vigilia,& infra octauã Omnium sanct.secũda oratio dicitur de Spiritu sancto,alia *Ecclesię*, vel pro Papa.In Dominicis infra octauã occurrentib.dicuntur duæ orationes,vna de Dominica,secũda de Octaua.In die octaua, dicitur vna tantũ oratio,nisi aliqua cõmemoratio facienda sit.In Dominicis dicuntur tres,vt in Ord. assignantur, quibusdam exceptis,vt suis locis assignatur. In festis simplicib. & feriis per annum, dicnntur tres, vt in semiduplicib. possunt ẽt dici quinq;, vel septẽ ad libitum.In missis Votiuis quando dicuntur pro re graui,vel pro publica ecclesiæ causa. dicitur tãtũ vna Oratio: sin aliter, dicuntur plures, vt in festis simplicib.Sed in votiuis B.Mariæ secunda oratio, dicitur de Spiritu sancto: & in votiuis de Apostolis quãdo dicitur oratio *A cũctis*, eius loco dicitur oratio de S.Maria, *Cõcede*. Si occurrat fieri cõmemoratio alicuius Sãcti,ea ponitur secundo loco,& tertia oratio dicitur q̃ scd'o loco dicẽda erat.In cõclusione orationũ animaduertatur, si oratio dirigatur ad Patrem,concluditur *Per dominum nostrum* &c. Si ad filium, *Qui viuis & regnas cũ deo patre* &c. Si in principio orationis fiat mẽtio Filii, cõcluditur *Per eundem*. Si in fine orationis,eius fiat mentio, *Qui tecum viuit*. Si facta sit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur, *In vnitate eiusdem spiritus sancti Deus* &c.

De

De Epistola & Graduali.

POst vltimā orationem, dicitur Epist. qua finita, à ministris dicitur, Deo gratias. Graduale, semper dicitur post Epistolam præterquam Tempore Paschali, cuius loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica posita ad missam Sabbati in Albis.

De Alleluia, vel Tractu, post Graduale vel Epistolam dicendo, & de Euangelio.

POst Graduale, dicuntur duo Alleluia, deinde Versus: & post versum, vnū Alleluia. Tempore paschali quādo nō dicitur Graduale, dicitur aliud Alleluia post secundum Versum, & quando dicitur Sequentia, nō dicitur post vltimū Versum, sed post Sequentiam. A Septuagesima vsq; ad Sabbatum sanctū, non dicitur Alleluia, neq; dicitur in missis de Feria in Aduentu, Quatuor tēporibus, & Vigiliis q̄ ieiunantur, excepta Vig. Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, & vigilia Paschæ & Pentecostes, ac Quatuor tēporibus Pētecostes. Nec dicitur in festo Innocentū, nisi venerit in Dominica. A Septuagesima vsq; ad Pascha, eius loco dicitur Tractus: Qui Tractus prædicto tēpore in aliquibus Feriis non dicitur, vt suis locis ponitur: neq; etiam in Feriis a Septuagesima vsq; ad Quadragesimā quando repetitur missa Dominicæ. Dicto Graduali, seu, Alleluia, seu Tractu: dicitur Euāgelium, Et in principio Euangelii dicitur, Dominus vobiscum. Responso. Et cum spiritu tuo: deinde, Seq. sancti Euangelii secundum M. Responso. Gloria tibi domine. In fine Euangelii à ministris dicitur, Laus tibi Christe. Postea, si dicendū est, dicitur Credo. De Symbolo.

SYmbolum, dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis per annum, etiā si in illis fiat de festo, in quo alias non diceretur. In tribus missis de Natiuitatē Domini, & deinceps vsque ad octauam beati Ioānis Apostoli inclusiue. In Epiphania, & per octauam. Feria v. in cœna Domini. In Paschate Resurrectionis, & per octauam. In Ascensione Domini, & per octauam. In Pentecoste, & per octauā. In festo Corporis Christi, & per octauam. In omnibus festis beatæ Mariæ, & per octauas. In omnibus festis Apostolorū, & Euangelistarum, & per octauas. In festis quatuor Doctorum, videlicet, Gregorii, Ambrosii, Augustini, & Hieronymi, addito festo S. Thomæ de Aquino. Item, in festis doctorum Basilii, Athanasii, Gregorii Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi. In vtraq; Cathedra S. Petri: & in festo S. Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, & Cōmemorationis Sancti Pauli Apostoli. In festo Sancti Ioannis ante portam Latinā. In festis Inuētionis, & Exaltationis sanctæ Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabæ Apostoli. In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Ioannis Baptistæ, & sancti Laurentii. In festo Omnium sanctorum, & per octauam. In dedicationibus sancti Saluatoris, & Sanctorum Apostolorū Petri & Pauli. In Dedicatione propriæ Ecclesiæ, & per octauā. In die Consecrationis Ecclesiæ, vel Altaris. In festis Sanctorum quibus dedicata est ecclesia: & vbi habetur Corpus, vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis Summi Pontificis, & in Anniuersario eiusdem diei. Item, in omnibus festis, quæ in Dominicis, & per octauas celebrantur: in quibus ratione Dominicæ & Octauę dici debet. In festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesiæ: & in festis principalibus Ordinum: & per eorū octauas, in ecclesiis tantum illius Ordinis. Item dicitur Credo, in missis votiuis, quæ sollemniter pro re graui, vel pro publica Ecclesiæ causa celebrantur. De Offertorio & Secretis.

POst Symbolum, vel si non sit dicendū, post Euangelium dicitur Dominus vobiscum, Deinde offertorium, postea fit oblatio cum orationibus vt in Ordinario. Qua oblatione facta dicūtur orationes secretæ, secundum numerum Orationum, q̄ palam dictæ sunt: sed ante primam orationem non dicitur Dominus vobiscum, nec aliquid aliud: sed dicto Suscipiat dominus sacrificium, absolute dicuntur: neq; ēt ante secundam orationem dicitur Oremus. Terminatur aūt prima & vltima oratio, vt dictū est supra in rubrica de orationibus: & secretò dicuntur vsq; ad illa verba in conclusione, Per omnia secula seculorum: quæ clara voce proferuntur & incipitur præfatio. De Præfationibus & Canone.

PRæfationes dicūtur vt in Ordinario adnotatum est, & quæ in Quadragesima, tempore Paschali, & infra octauas proprie assignantur, dicūtur etiam in Dominicis & festis quæ illis temporibus celebrātur, nisi illa festa propriam Præfationem habeant. In missis votiuis dicitur etiam Præfatio propria, si propriam habeant. Et quando aliqua Missa votiua pro publica causa sollemniter celebratur, dicitur in cantu sollemni vt in duplicibus & semiduplicibus. Post præfationem incipitur Canon Missæ secretò: in quo seruentur omnia vt in Ordinario. Vbi vero Cōmunicantes. Infra actionem, vel alia variari contingit, suo loco in propriis missis adnotatur.

De Communione, & Postcōmunione, Ite missa est, & Benedicamus domino, & Benedictione.

EXacto Canone & aliis omnibus orationibus vsque ad Communionem, ea peracta dicitur Cōmunio, & orationes post Communionem, eodem modo & ordine, vt in principio missæ: & repetito Dominus vobiscum dicitur Ite missa est, vel Benedicamus domino, pro temporis ratione. Ite Missa est, dicitur quandocunq; dicitur Gloria in excelsis. Cum nō dicitur, eius loco dicitur Benedicamus domino. Responso. Deo gratias. In missis Defunctorum dicitur Requiescant in pace. Responso. Amen. Dicto Placeat, datur Benedictio, quæ à celebrante semper datur in missa, præterquam in missis Defunctorum.

De Euangelio sancti Ioannis dicendo in fine Missæ.

DEinde dicitur Euangelium sancti Ioannis, In principio, præmisso Dominus vobiscum, & Sequentia sancti Euang. vt moris est, quod Euangelium

gelium nunquam prætermittitur in missa, nisi quando sit de festo in aliqua Dominica, vel Feria, quæ habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium: Et in tertia missa de die Natiuitatis Domini, quia tunc dicitur Euangelium de Epiphania, Cum natus esset Iesus.

De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.

SVpradictis rubricis cognitis, siquis velit ordinare Missam dici, recurrat ad Ordinarium Missarũ de Tempore, vel de Sanctis secundum qualitatem officii. Si proprium non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agẽdum sit, & propria missa non fuerit de Feria, dicatur missa præcedentis Dominicæ, omissis Gloria in excelsis, & Symbolo: præterquam tempore Paschali, in quo semper dicitur Gloria in excelsis, vt supra, excepta missa Rogationum: & in Aduentu prætermittitur Alleluia post Graduale cum suo versu. Si dicenda sit missa Votiua, requiratur post Commune Sanctorũ suo loco. Si plures orationes dicendæ sint, requirantur post missas votiuas, suo loco de singulis rebus singulæ. Si pro defunctis dicenda sit missa, habetur post missas votiuas, cum collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinarium totius Missæ cum Præfationibus, Canone, & aliis dicendis, habetur suo loco cum Proprio Missarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS IN CELEBRATIONE MISSARVM.

De præparatione Sacerdotis celebraturi.

SAcerdos celebraturus, seruatis iis quæ seruanda sunt, quo ad præuiã Confessionem, & horas Canonicas, Matutino saltẽ absoluto, orationi aliquantulum vacet, & orationes inferius positas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacristia vel alibi præparatum, vbi paramenta, aliaq; ad celebrationem necessaria habentur: accipit Missale, perquirit missam, perlegit, & signacula ordinat ad ea quæ dicturus est. Postea lauat manus, dicens orationem inferius positam. Deinde præparat calicem, ponens super eius os purificatorium, & super illud patenam cum hostia, quam tegit parua palla, & velo serico: super velo ponit bursam coloris paramentorum intus habens corporale plicatum. Quibus ita dispositis accedit ad paramenta, vbi calceatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarum exterior saltem talũ pedis attingat: induit se, si sit Prælatus secularis supra rochettum: si sit Prelatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpelliceum, si commode haberi possit: alioquin, sine eo supra vestes communes, dicens ad singula singulas orationes inferius positas. Ac primum accipiens Amictum circumcirca extremitates & chordulas, osculatur in medio, & ponit super caput, & mox declinat ad collum, & eo circumcirca vestium collaria tegens, ducit chordulã sub brachiis, & circunducens per dorsum ad ventrem reducit, & ligat. Tum Alba induitur, caput submittens: deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistrã sinistro imponens: albam ipsam corpori adaptat, eleuat ante, & a lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum à tergo sibi porrecto, se cingit. Minister eleuat Albam supra cingulum circumcirca, vt honeste dependeat, & tegat vestes: ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinem digiti, vel circa supra terram æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulum, osculatur crucẽ in medio, & imponit brachio sinistro. Deinde ambabus manibus accipiẽs stolam, simili modo deosculatur, & imponit medium eius collo, ac transuersando eam ante pectus in modũm crucis, ducit partem à sinistro humero pendentem ad dextram, & partem à dextro humero pendentem ad sinistram. Sicq; vtranque partem stolæ extremitatibus cinguli hincinde ipsi cingulo coniungit. Si celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus in modum crucis, sed finit hincinde vtrasq; extremitates pendere: & accipit cruciculam à collo ante pectus chordulis pendentem. Postremo sacerdos accipit planetam. Si sit Episcopus, & sollẽniter celebrat, accipit paramenta, & alia vt in Pontificali.

De ingressu sacerdotis ad altare.

SAcerdos omnibus paramentis indutus accipit in manu sinistra calicem vt supra præparatũ, & bursam manu dextra super calice tenens, capite cooperto accedit ad altare, ministro cum Missali, & aliis ad celebrandum necessariis præcedente. Procedit autẽ oculis demissis, incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectit. Si ante altare vbi celebretur missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret. Cum peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegit. biretum ministro porrigens, & altari, seu imagini crucifixi desuper positæ, profunde inclinat. Si autem in eo sit tabernaculum sanctissimi sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris: ibi ad cornu Euangelii sistit calicem: extrahit corporale de bursa, quod extendit in medio altaris, & super illud calicem velo coopertum collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequam descendat ab altari missam inchoaturus. Si est consecraturus plures hostias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem super patena manere nõ possint, locet eas super Corporale ante Calicem, aut in aliquo calice vel vase mundo consecrato eas ponit retro post Calicem, & alia patena cooperit. Collocato calice in altari, accedit ad cornu epistolę, Missale super cussino aperit, reperit missam, & signacula suis locis accommodat. Deinde rediens ad medium altaris, facta primum Cruci reuerentia, descendit ad gradum infimum altaris pro missa inchoanda. In missa solenni

lenni calix, missale, & alia necessaria præparantur antequam sacerdos veniat ad altare. Ipse autem procedit cum ministris: & cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconũ à dextris, & Subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad altare, facit cum ipsis (vt infra) Confessionẽ. In missa pontificali omnia seruentur, vt in Pontificali & Ceremoniali Romano ordinatur, cuius Põtificalis ordinẽ Episcopus nunquam prætermittat, quandocunque cum Diacono & Subdiacono paratis celebrat.

De principio Missæ, & Confessione facienda.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsum altare: vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerẽtia, erectus incipit Missam. Si autem celebraturus sit corã Summo Pontifice, sistit se in infimo gradu altaris a cornu euangelii ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, & stãs versus altare incipit missam. Si autem sit coram Cardinali, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentiis, vel loco iurisdictionis: stans in infimo gradu a cornu euangelii, vt supra expectat: dato signo facit profundam reuerentiam Prelato, & versus ad altare incipit missam. Si autem solenniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex Prælatis prædictis in ecclesiis suæ iurisdictionis: stans a sinistris Prælati, facit cum eo Confessionem, & alia seruat vt in Cerimoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris vt supra, producens manu dextra à frõte ad pectus signum crucis, dicit intelligibili voce, In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amẽ Et postquã id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramẽtum eleuet, sed continuatẽ prosequi missam suam vsq; ad finem. Cũ seipsum signat, sinistram ponit infra pectus: in aliis benedictionibus cum est ad altare, & seipsum nõ benedicit, sed oblata, vel aliquid aliud, ponit eã super altari. Seipsum benedicens, vertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis & extẽsis, à fronte ad pectus & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis format. Si vero aliis, vel rem aliquam benedicit, paruum digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis & extẽsis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquã dixerit In nomine patris, & filii &c. vt supra iungit manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonã, Introibo ad altare dei. Minister retro post eum ad sinistrã genuflexus: & in missa sollemni ministri hinc inde stantes, prosequuntur, Ad Deũ qui lætificat iuuentutem meam. Deinde sacerdos eodẽ modo stans incipit, & prosequitur cum ministro vel ministris alternatim Psalmum, Iudica me Deus, vsq; ad finem, cum Gloria patri. Quo finito repetit Antiphonam Introibo cum ministris vt supra. Qui Psalmus, nunquam prætermittitur, nisi in missis defunctorum, & in missis de tẽpore a Dominica passionis inclusiue vsq; ad Sabbatum sanctum exclusiue: in quibus semel tantum dicta Antiphona Introibo, cũ ministris vt supra, sacerdos statim subiũgit Vers. Adiutorium nostrum &c. vt infra. Cum in fine Psalmi dicit Gloria patri. &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona, Introibo, dextra manu producens signum crucis à fronte ad pectus, dicit Vers. Adiutorium nostrum in nomine domini. Respons. Qui fecit cœlum & terram. Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicit, Confiteor Deo. vt in Ordinario. Et prosequitur eodem modo stãs inclinatus, donec à ministro vel ministris dictum sit Misereatur. Cum incipitur à ministris Confiteor. se erigit. Cum dicit, mea culpa, ter pectus dextra manu percutit. Si est coram Pontifice, & Cardinali in loco sui Tituli, seu Cardinalatus, & coram Legato sedis Apostolicæ, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi constitutis: vbi dicit Vobis fratres, dicat Tibi pater: similiter in fine, vbi dicit Vos fratres, dicat Te pater. quod dicens summo Pontifici genuflectit, aliis Prælatis profunde inclinat. Cum ministri, & qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent Confiteor: dicunt tibi pater: & te pater. Facta à circunstantibus Confessione: celebrans stans respondet: Misereatur vestri, &c. Deinde producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, dicit: Indulgẽtiam &c. Et stans capite inclinato prosequitur: Deus tu conuersus & quæ sequuntur in Ordinario, clara voce vsq; ad orationem Aufer à nobis. &c. quam dicit secretò. Et tunc si coram summo Pontifice, aut aliis Prælatis vt supra, celebret: facta summo Pontifici genuflexione, aliis vero Prælatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris: & ibi dicit: Aufer à nobis &c. vt supra.

De Introitu: Kyrieleison: & Gloria in excelsis.

Dicto, Aufer à nobis &c. Celebrans iunctis manibus ascendit ad medium altaris: vbi stans capite inclinato, & iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu mediũ anterioris partis tabulæ seu mensæ altaris tangant, residuo manuum inter altare & se retento, pollice dextro super sinistrum in modnm crucis posito, (quod semper obseruatur cum manus iunctæ super altare ponuntur) secreto dicit Oramus te domine &c. Quo dicto osculatur altare in medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationem pollices ab indicibus non disiunguntur. Osculato altari accedit ad cornu sinistrum altaris, idest, Epistolæ: vbi stans versus altare, & producẽs à frõte ad pectus signum crucis, incipit intelligibili voce Introitum missæ: & prosequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum, non signat se vt prius: & eo repetito iunctis manibus ante pectus accedit ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter ma-

nibus iunctis, dicit eadem voce ter Kyrieleison: ter Christeleison: & iterum ter Kyrieleison: alternatim cum ministris. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeant, ipse solus nouies dicit. Dicto vltimo Kyrieleison, sacerdos ibidem vt prius stans, & manus extendēs eleuansque & iungens, voce predicta incipit, si dicendum sit, Gloria in excelsis. Cum dicit, Deo, caput cruci inclinat: quo erecto stans iunctis manibus ut prius, prosequitur usq; ad finem. Cum dicit Adoramus te: Gratias agimus tibi Iesu Christe: Suscipe deprecationem nostram: & iterum Iesu Christe: caput cruci inclinat. Cum dicit in fine Cum sancto Spiritu, seipsum a fronte ad pectus signat, interim perficiens In gloria Dei patris. Amen. In missa sollemni sacerdos facta Confessione ascendit cū ministris ad altare: quo per eum osculato, ponit incensum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum. Ante quam ponat incensum: illud benedicit, dicens: Ab illo benedicaris &c. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipit ab eo thuribulum, & dat celebranti osculata prius ei manu: qui facta cruci reuerentia, eam ter incensat, deinde reliquias si adsint, primū quæ à dextris sunt, deinde quæ à sinistris; bis cuique ducens thuribulum: postea Imagines, vel eorum loco candelabra, semel singulis turibulum ducens: primum à cornu epistolæ, & illius postremam partem inferiorem altaris: deinde superiorem: scilicet tabulam altaris: & procedens ante crucem, facta ei reuerentia incensat alias imagines, seu eorum loco candelabra in cornu euangelii, & illius postremam partem altaris inferiorem & superiorem tabulæ: deinde totam anteriorem vsque ad extremum altaris in cornu epistolæ, facta cruci reuerentia cū ante eam trāsit: & reddito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incēsatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequitur Introitum, & Kyrieleison. Cum vero intonat hymnum, Gloria in excelsis, Diaconus & Subdiaconus, vnus post alium, stant a tergo celebrantis, postea ascendunt ad altare, & hincinde cū celebrante hymnum submissa voce prosequuntur usque ad finem.

De Oratione.

Dicto hymno Gloria in excelsis, uel, si non sit dicendus, eo omisso: celebrans osculatur altare ī medio manibus hincinde super illo ut supra extensis: tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis, uertit se ad manū sinistram, hoc est, ad latus dextrum uersus populum, & extendens ac iungens manus ante pectus ut prius, dicit uoce prædicta, Dominus vobiscum. Responso Et cum spiritu tuo: iunctis ut prius manibus reuertitur per eandem uiam ad librum: ubi extendens & iungens ante pectus manus: caputque cruci inclinans, dicit Oremus: tum extendit manus ante pectus, ita ut palma unius manus respiciat alteram, digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitud. nem distantiamque non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus seruatur. Stans autem ut supra extensis manibus, dicit Orationem. Cum dicit, Per dominum nostrū, iungit manus. Si aliter concluditur Oratio: Qui tecum: vel Qui uiuis: cum dicit, in vnitate: iungit manus. Cum nominatur nomen Iesu: caput uersus crucem inclinat. Cum in oratione nominatur nomē beatæ Mariæ, uel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit commemoratio, item in Oratione pro Papa quando nominatur: caput inclinat. Si plures Orationes sunt dicendæ, idem in eis in voce, extensione manuum, & capitis inclinatione, quod supra dictū est, obseruatur. Si altare sit ad orientem uersus populum, celebrans uersa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus est Dominus vobiscum: Orate fratres: Ite missa est: vel daturus benedictionem: sed osculato altari in medio: ibi expansis & iunctis manibus vt supra, salutat populum.

In Quatnor temporibus: vel alias quando dicendæ sunt plures Orationes cum Prophetiis: dicto Kyrieleison in medio altaris: reuertitur ad cornu epistolæ: vbi stans ante librū extensis & iunctis ante pectus manibus: & caput cruci inclinans: dicit Oremus: Flectamus genua: & illico manibus super altare extensis, vt seipsum ad altare sustineat, genuflectit: & sine mora surgens: eadem voce dicitur à ministro Leuate: & manibus extensis dicit Orationem vt supra: & in conclusione iungit. Dum autē legit Prophetias: manus tenet super librum vel altare positas. In missa sollemni cum dicitur Dominus vobiscum, & Oratio: Diaconus & Subdiaconus stans retro post celebrantem: Flectamus genua dicitur à Diacono: à Subdiacono vero, Leuate, illo primum genuflectente: hoc primum surgente.

De Epistola, Graduali, & aliis vsque ad Offertorium.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum vel super altare manibus, ita vt palmæ librum tangāt, vel (vt placuerit) librum tenens, legit epistolam intelligibili voce. Si sollemniter celebret, legat demissa voce cum ministris: similiter Graduale & Euangelium. Lecta epistola respondetur à ministris, Deo gratias: & similiter stans vt prius, prosequitur Graduale, Alleluia, & Tractum, ac Sequentiam, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si priuatim celebret, ipsemet portat librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu euangelii: & dum transit ante medium altaris, caput cruci inclinet: & Missale sic locat, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, & non ad parietem siue ad partem eius contra se directam. Locato missali in altari, celebrans redit ad medium altaris, & ibi stans profundè inclinatus, iunctis manibus ante pectus leuatisque ad Deum oculis, secrete dicit: Munda cor meū & Iube domne & Dominus sit in corde meo vt in Ordinario. Quibus di-

ctis

ctis vadit ad librum missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce, Dominus vobiscum. Responso. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus signo crucis signat, primo librum super principio Euangelii, quod est dicturus: postea seipsum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia vel Initium Sancti Euãgelii &c. Responso. Gloria tibi Domine. Tum iunctis iterum vt prius manibus, stans vt supra prosequitur Euangelium vsque ad finem. Quo finito ministri respondent, Laus tibi Christe. & celebrans eleuans parumper librum, osculatur Euangelium, præterquam in missis Defunctorum, in quibus non oscula tur: & nisi celebret coram summo Pontifice, aut Car dinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo, vel Epi scopo in eorum residentiis: quo casu defertur cuilibet prædictorum osculandus liber, & ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto euangelio stans in medio altaris versus crucem, eleuans & iungens manus, caputque cruci inclinans incipit (si dicendum sit) Credo. Cum dicit in vnum Deum, caput cruci inclinat: quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus vt prius, prosequitur vsque ad finem. Cum dicit, Iesum Christum, caput cruci inclinat. Cum dicit, Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est, inclusiue, genuflectit. Cum dicit Et vitam venturi seculi, Amen producit sibi manu dextra signum cru cis a fronte ad pectus. In missa sollemni Subdiaconus circa finem vltimæ orationis accipit ambabus manibus librum Epistolarum, deferens illum supra pectus: & facta altari genuflexione in medio, vadit a parte Epistolæ contra altare, & legit Epistolam: qua lecta redit ad celebrantem, osculatur eius manum, & ab eo benedicitur, præterquam in missis Defunctorum. Deinde idem subdiaconus accipit missale celebrantis, & defert ad cornu Euangelii in altare, ibi ministrans celebranti: qui lecto euangelio, & per Diaconum delato libro euangeliorum ad altare, imponit incensum in turibulum. Deinde Dia conus dicit: Munda cor meum. genuflexus ante altare: accepto libro Euangeliorum de altari, & benedictione a celebrante, osculataq; illius manu, vadit cum Subdiacono a sinistris ad locum Euangelii con tra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos acoluthos tenentes can delabra accensa, dicit Dominus vobiscum iunctis manibus. Cum dicit, Sequentia &c. signat librum, frontem, os, & pectus. Postea ter librum incensat; hoc est in medio, a dextris, & a sinistris: & prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistolæ versus Euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum: & a Diacono ter incensatur. Si sit coram prælato in sua residentia, liber defer tur ad Prælatũ vt supra: & ille incensatur, vt in Pontificali. Postea stans in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolum, stantibus post eum Diacono & Subdiacono: deinde ad altare accedentibus & cum eo prosequentibus, vt dictum est ad Gloria in excelsis. Si quandoque celebrans cantat missam sine Diacono & Subdiacono, Epistolam can tat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine non osculatur manum celebrantis. Euangelium autem cantat ipse celebrans ad cornu Euangelii, qui & in fine missæ cantat Ite missa est. vel Benedicamus Domino. pro temporis diuersitate.

De Offertorio, & aliis vsque ad Canonem.

Dicto Symbolo, vel si non sit dicendum, dicto Euangelio, celebrans osculatur altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram vertit se ad populum, & extendens ac iungens manus dicit, Do. vobis. & iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium al taris, vbi extendens & iungens manus, caputq; cruci inclinans, dicit Oremus: tum iunctis vt prius manibus, dicit Offert. & omnia quæ vsq; ad finem missæ in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans ver sus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio discooperit calicem, & ad cornu Epistolæ sistit, & amota parua palla desuper hostiam, accipit pa tenam cum hostia, & ambabus manibus vsq; ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deum dicit, Suscipe sancte pater &c. Si fuerint aliæ hostię non super patenam, sed super corporale, vel in alio vase pro Cõione populi consecrandæ, calicem illum seu vas dextera discooperit, & intentionem suam ẽt ad illas offerendas & consecrandas dirigens dicit vt supra. Suscipe &c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena ponit hostiã super corporale circa medium anterioris partis cor poralis ante se, & patenam ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autem adsit vas seu calix cum aliis hostiis, ipsum cooperit patena ip sa, vel alia palla. Deinde accipit calicem, purificatorio extergit: & accipiens ampullam vini de manu ministri, ponit vinum in calicem, deinde producit signũ crucis super ampullam aquæ, & dicit, Deus qui humanæ substantiæ &c. & imponens parum aquæ in calicem prosequitur, da nobis per huius aquæ & vini mysterium. Si vero celebrat pro defunctis, non facit signum crucis super aquam, sed imponit absq; benedictione, dicens Orationem vt supra. Imposita aqua in calice, & finita oratione prædicta, accipit calicem discoopertum, & stans ante medium altaris, ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextera autem nodum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offert, dicens Offerimus tibi Domine. &c. qua oratione dicta facit signum crucis cum calice super corporale, & ipsum in medio post hostiam collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus super altare positis, capite inclinato dicit secreto, In spiritu humilitatis &c. Postea eleuans oculos, manusq; expandens, & statim iungens ante pectus, quod semper facit quando aliquid est benedicturus, dicit, Veni sanctificator &c. Cum dicit, & benedic, signat manu dexte-

ra communiter super hostiam & calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus accedit ad cornu epistolæ, vbi stans ministro aquam fundente lauat manus, idest extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmū Lauabo inter innocētes, cum Gloria patri. &c. qui Versus Gloria patri prætermittitur in missis defunctorum,& in missis a Dominica de Passione vsq; ad sabbatum sanctum exclusiue. In missa sollemni dicto Oremus, Diaconus & Subdiaconus accedunt ad altare a cornu epistolę,Diaconus amouet calicem, detegit, dat patenam cum hostia celebrāti, Subdiaconus extergit calicem purificatorio,Diaconus imponit vinum,Subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens celebranti dicit, Benedicite pater reuerende: qui facto versus eam signo crucis dicit orationem, Deus qui humanę &c.interim Subdiaconus infundit paulum aquæ in calicem. Diaconus illū celebranti dat,& pedem calicis tangens, seu brachium dextrū celebrantis sustentans, cum eo dicit, Offerimus tibi domine &c.postea positum in altari vt supra,palla cooperit:subdiacono deinde ponit in dextra manu patenā,quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante mediū altaris,& ibi stat in loco conuenienti. Dicto Veni sanctificator. vt supra,celebrans ponit incensum in thuribulū,ministrante Diacono nauiculā, dicens, per intercessionem &c.vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi incēsat oblata, ter ducens thuribulū super calicē & hostiam simul in modū crucis, & ter circum calicem, & hostiam:scilicet bis a dextera ad sinistram,& semel a sinistra ad dextram,dispensans verba in qualibet incēsatione hoc modo. In prima incensatione, Incensum istud. In secunda, a te benedictū. In tertia, ascēdat ad te domine. In quarta, & descendat super nos. In quinta & sexta, misericordia tua. Deinde incensat altare vt supra,dicēs. Dirigatur domine oratio mea &c.vt in ordinario. Et incēsatur ipse vt supra. Postea diaconus incensat Chorum, & postremo subdiaconum tenentē patenam: & ipse diaconus incensatur a thuriferario: & thuriferarius postea incēsat populū. Celebrans lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iunctis reuertitur ad medium altaris, vbi stans, oculosq; ad Deum eleuans & statim demittens, manibus iunctis super altare, capiteq; inclinato dicit secrete, Suscipe sancta Trinitas &c. Quo dicto manibus hincinde extensis,& super altare positis, osculatur altare in medio:tum iūctis manibus ante pectus, demissisq; oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram vertit se ad populū, & versus eum extendens & iungens manus,dicit voce aliquantulū eleuata, Orate fratres. & secretè prosequens vt meum ac vestrū sacrificium &c.perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra æd medium altaris. Et responso a ministris vel circunstantibus, Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis &c.alioquin per seipsum, dicens, Sacrificium de manibus meis. ipse celebraus manibus ante pectus extensis vt fit ad orationem,stans in medio altaris versus librum dicit absolute sine alia interpositione Oratione vel Orationes secretas: Cum dicit Per dominum, iungit manus:cum dicit Iesum Christum, caput inclinat. quod facit in prima oratione, & in vltima, si plures sint dicendæ. Peruento autem in conclusione vltimæ secretæ ad verba illa, Per omnia secula seculorum. exclusiue, celebrans stans in medio altaris, depositis super eo manibus hincinde extēsis, dicit conuenienti & intelligibili voce Præfationem. Cum dicit, Sursum corda, eleuat manus hincinde extensas vsque ad pectus. Cum dicit, Gratias agamus Domino, iungit manus: cum dicit, Deo nostro, cruci caput inclinat: Responso, Dignum & iustum est, eleuatis & extensis vt prius manibus,prosequitur Præfationem propriam, vel communem, vt tempus requirit. Cum dicit, Sanctus, iunctis ante pectus manibus & inclinatus voce mediocri prosequitur. Cum dicit, Benedictus qui venit in nomine Domini &c. signum crucis sibi producit a fronte ad pectus. In missa sollemni cum dicitur Præfatio, diaconus & subdiaconus stant retro post celebrantem, & pauloante quàm dicatur Sanctus accedunt ad altare,vbi cum celebrante hinc inde dicunt Sanctus, & quæ sequnutnr vsque ad Canonem. Deinde diaconus accedit ad sinistram celebrantis, ei assistens dum dicitur Canon, nisi alius Sacerdos assistat: Subdiaconus vero stat post celebrantem.

De Canone Missæ,vsq; ad Consecrationem.

Finita præfatione vt supra, celebrans manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, & sine mora demissis, profundèinclinatus incipit Canonem, secretè dicens: Te igitur &c. vt in ordinario. Cum dicit, vti accepta habeas, & benedicas, prius osculatur ante se altare: deinde erigit se, & stat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia dextra manu ter signat communiter super hostiam & calicem. Deinde extensis manibus ante pectus prosequitur In primis,quæ tibi offerimus &c. Vbi dicit vnà cum famulo tuo Papa nostro N. exprimit nomen Papæ. Sede autem vacante, verba prædicta omittūtur. Vbi dicitur, & Antistite nostro N. specificatur nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarii in propria diœcesi: qui si est vita functus, prædicta verba omittuntur. Si celebrās est Episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, omissis prædictis verbis, eorum loco dicit Et me indegno seruo tuo. Si uero celebrās est Papa, omissis verbis, vnà cum famulo tuo Papa nostro N.& Antistite nostro N. dicit, vnà cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse voluisti. Et continuant omnes vt sequitur, Et omnibus orthodoxis. &c. Cum dicit, Memento domine, eleuans & iungens manus vsq; ad faciem vel pectus, sic iunctis manibus stat paulisper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem

nem viuorum Christi fidelium ad suam voluntatem, quorum nomina si vult secretè commemoret: non tamen necesse est ea exprimere, sed mente tantum eorum memoriam habeat. Potest etiam celebrans, si pro pluribus orare intendit, ne circunstantibus sit morosus, ante missam in animo proponere sibi omnes illos tam viuos quàm defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit: & hoc loco generaliter vni co contextu ipsorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante missam orare proposuit in missa. Commemoratione viuorum facta, demissis & extensis vt prius manibus, continuat Et omnium circunstantium &c. Similiter stans prosequitur, Communicantes, cum dicit, Iesu Christo, caput cruci inclinat. In conclusione quando dicit Per eundem. iungit manus. Cum dicit, Hanc igitur oblationem, extendit manus simul super oblata, ità vt palmæ sint apertæ versus ac supra calicem & hostiam, quas sic tenet vsque ad illa verba, Per Christum dominum nostrum. tunc enim iungit manus, & sic prosequitur Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus. Et cum dicit benedictam, adscriptam, ratam communiter signat super hostiam & calicē simul. Dinde cum dicit, vt nobis corpus, separatim signat semel super hostiam tantum: & cum dicit, & sanguis, semel super calicem tantum: deinde eleuans & iungēs manus ante pectus, prosequitur fiat dilectissimi filii tui domini nostri Iesu Christi: & inclinans caput cruci, si opus fuerit, extergit pollices & indices super corporali, & dicit secretè vt prius, Qui pridie quàm pateretur, & accipiens pollice & indice dextræ manus hostiam, & eam cum illis, ac indice & pollice sinistræ manus tenens, stans erectus ante mediū altaris, dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: eleuansq; ad cœlum oculos, & statim demittens, dicit, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suum omnipotentem, caputq; aliquantulum inclinans dicit, tibi gratias agens, & tenens hostiam inter pollicem & indicem sinistræ manus, dextra producit signum crucis super eam dicens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, Accipite & manducate ex hoc omnes. Si adsit vas cum aliis hostiis consecrandis, discooperit manu dextra calicem, seu vas aliarum hostiarum, & cubitis super altare positis, stans capite inclinato distinctè, reuerenter, & secretè profert verba consecrationis super hostiam, & simul super omnes, si plures sint consecrandæ: & hostiam suam pollicibus, & indicibus tantum tenens, attentè, deuotè, & continuatè profert verba consecrationis, Hoc est enim corpus meum. Quibus prolatis celebrans tenens hostiam inter pollices & indices prædictos super altare, reliquis manuum digitis extensis & simul iunctis (& hostiis, si plures sint consecrandæ, in loco in quo a principio Missæ sunt positæ super corporali vel alio vase vel calice dimissis) genuflexus eam adorat. Tunc se erigens, quantum commodè potest eleuat in altum hostiam, & intentis in eam oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter ostendit adorandam: & mox ipsam reuerenter super corporale reponit in eodem loco vnde eam leuauit: & deinceps pollices & indices non disiungit, nisi quando hostiam consecratam tāgere vel tractare debet, vsq; ad ablutionem digitorum post communionem. Reposita hostia consecrata super corporale, genuflexus vsque ad terram, ipsam veneratur: si adsit vas aliarum hostiarum, patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hostiam, accenso prius intortitio, minister manu sinistra eleuat fimbrias posteriores planetæ, ne ipsum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum: quod & facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato sacramento surgit, & discooperit calicem, in quem si opus sit extergit digitos, quod semper faciat, cum aliquod fragmentum digitis adhæreat, & stans erectus dicit, Simili modo postquam cœnatum est, & ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumq; eleuans, & statim deponens dicit, accipiens & hunc præclarum calicem &c. cum dicit bened xit, sinistra calicem infra cuppam tenens dextra signat super eum, & prosequens deditque discipulis suis &c. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, & capite inclinato profert secretè & deuotè vt supra verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix &c. Quibus dictis reponit calicem super corporale: & genuflexus sanguinem reuerenter adorat. Tunc se erigit, & accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum: & erectum, quantum commode potest, ostendit populo adorandum dicens: Hæc quotiescunque feceritis &c. mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum pristinum, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus sacramentum veneratur. In missa sollemni cum celebrans dicit, Quam oblationem &c. Diaconus accedit ad dextram celebrantis, & ibi in superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur, fimbrias planetæ eleuat, & quando opus est se erigens calicem cooperit, & discooperit, & cum celebrante genuflectit. Reposito calice Diaconus redit ad librum, nisi alius assistat.

De Canone post Consecrationem, vsque ad Orationem Dominicam.

REposito calice, & adorato, celebrans stans ante altare, extensis manibus ante pectus dicit secreto, Vnde & memores &c. iungit manus ante pectus, & cum dicit Hostiam puram &c. manū dextra signat ter communiter super hostiam & calicem, & semel super hostiam tantum, & semel super calicem tantum, dicens panem sanctum vitæ æternæ & calicē salutis perpetuæ: deinde stans vt prius, extensis manibus prosequitur, Supra quæ propitio &c. Cum dicit Supplices te rogamus &c. inclinat se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis: cum dicit, ex hac altaris participatio-

ne, oſculatur altare: cum dicit, ſacroſanctum filii tui iungit manus: & dextra ſignat ſemel ſuper hoſtiã tantum, & ſemel ſuper calicem dicens, corpus & ſanguinem ſumpſerimus, cum dicit, omni benedictione cœleſti ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno crucis: cum dicit per eundem iungit manus. Cum dicit, Memento domine famulorum famularumq; tuarum, qui nos præceſſerũt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis N. ſtatim extenſis, & iunctis manibus ante pectus, vel vſque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad ſacramentum ſuper altare, facit commemorationem fidelium defunctorũ, de quibus ſibi videtur, eodem modo vt dictum eſt de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, ſtans vt prius extenſis manibus proſequitur, Ipſis domine & omnibus in Chriſto &c. & in fine ad per eundem. caput inclinat. Cum dicit, Nobis quoque peccatoribus, vocem ad hæc tria verba aliquantulum eleuat, & dextra manu pectus ſibi percutit, & proſequitur famulis tuis &c. ſtans vt prius: cum dicit: Per Chriſtum dominum noſtrum: per quem hæc omnia domine ſemper bona creas iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans communiter ſuper hoſtiam & calicem dicit, Sanctificas, viuificas, benedicis, & præſtas nobis. Poſtea diſcooperit manu dextra calicem, & genuflexus reuerentiam facit ſacramento, tum ſe erigit, & reuerenter accipit hoſtiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum ea ſuper calicem, quem manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam, ſignat ter a labio ad labium, dicens, Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo: Et cum hoſtia bis inter ſe & calicem a labio calicis incipiens ſignat dicens: eſt tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate ſpiritus ſancti omnis honor & gloria. Deinde tenens manu dextra hoſtiam ſuper calicem, ſiniſtra calicem, eleuat eam aliquantulum ſimul cum calice dicens, omnis honor & gloria, & ſtatim vtrunq; deponens, hoſtiam collocat ſuper corporale: & digitos ſi fragmentum aliquod illis adhæreat extergit in calice (quod ſemper ſi opus ſit faciat, cum hoſtiã ſacram tetigit) ac pollices & indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, & genuflexus vſq; ad terram ſacramentum veneratur. In Miſſa ſollemni cum celebrans dicit, Per quem hæc omnia &c. Diaconus facta ſacramento genuflexione accedit ad dextram celebrantis, & quando opus eſt diſcooperit calicem, & cum celebrante adorat: ſimiliter cooperit, & iterum genuflectit. Poſtea vadit retro poſt celebrantẽ, vbi ſtat dum dicitur oratio Dominica.

De Oratione Dominica, & aliis vſque ad ſanctam Communionem.

CElebrans cooperto adoratoque calice erigit ſe, & more ſolito manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce, Per omnia ſecula ſeculorum &c. Cum dicit, Oremus iungit manus caput ſacramento inclinans. Cum incipit, Pater noſter. extendit manus, & ſtans oculis ad ſacramentum intentis proſequitur vſque ad finem. Reſponſo a miniſtro, Sed libera nos à malo, & à celebrante, Amen manu dextra, pollice & indice non diſiunctis, patenam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens ſuper altare erectam dicit ſecrete, Libera nos quæſumus &c.

In Miſſa ſollemni cum in oratione Dominica dicitur & dimitte nobis debita noſtra. Diaconus retro poſt celebrantem facta altari genuflexione vadit ad dextram celebrantis, & Subdiaconus circa finem orationis Dominicæ reuertitur ad altare, & offert patenam Diacono, qui eam diſcooperit, & dat celebranti oſculans eius manum, diſcooperitque & cooperit calicem quando opus eſt ſimul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicit, Da propitius pacem eleuat manu dextra patenam de altari, & ſeipſum cum ea ſignat à fronte ad pectus: & dicens, Da propitius pacem in diebus noſtris patenam ipſam oſculatur, & proſequens, vt ope miſericordiæ tuæ &c. ſubmittit patenam hoſtiæ, quam indice ſiniſtro accommodat ſuper patenam, diſcooperit calicem, & genuflexus in terra ſacramentum adorat: tum ſe erigens accipit hoſtiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cum illis, ac cum pollice & indice ſiniſtrę manus eam ſuper calicem tenens reuerenter frangit per medium dicens. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: & mediam partem quam inter pollicem & indicẽ dextræ manus tenet, ponit ſuper patenam: de alia media quam ſiniſtra manu tenet, frãgit cum pollice & indice dextræ manus particulam proſequens, Qui tecum viuit & regnat: quam inter ipſos dextræ manus pollicem & indicem retinens, partem maiorem quam ſiniſtra tenet adiungit mediæ ſuper patenam poſitæ, inrerim dicens, in vnitate ſpiritus ſancti Deus. & particulam hoſtiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem, quem ſiniſtra per nodum infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit, Per omnia ſecula ſeculorum. Reſponſo. Amen. & cum ipſa particula ſignans ter a labio ad labium calicis dicit, Pax domini ſit ſemper vobiſcum. Reſponſo per miniſtros Et cum ſpiritu tuo, particulam quam dextra manu tenet, ponit in ſanguinem dicens ſecrete, Hæc commiſtio & conſecratio corporis &c. Deinde pollices & indices ſuper calicem aliquantulum tergit & iungit, calicem palla cooperit, & genuflexus ſacramentum adorat, ſurgit, & ſtans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus ſacramentum, dicit intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, & dextra percutiens ſibi pectus dicit Miſerere nobis, quod & tertio facit, cum dicit dona nobis pacem. Tum manibus iunctis ſuper altare poſitis, capite inclinato, oculiſque ad ſacramentum intentis dicit ſecreto. Domine Ieſu Chriſte, &c. Qua oratione finita, ſi eſt daturus pacem, oſculatur altare in medio, & ei ſtatim inſtrumentum pacis porrigitur a miniſtro iuxta ipſum ad dextram, hoc eſt in cornu epiſtolę genuflexo,

flexo,& dicit, Pax tecũ. Si non adsit qui pacẽ recipiat à celebrante, pax non datur, etiã si illius datio missæ conueniat: nec osculatur altare, sed dicta præmissa oratione, statim subiungit alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, non pcutit pectus ad Agnus Dei, quia dicit, dona eis requiem. non dat pacem. nec dicit primam orationem, Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis &c. sed dicit duas sequentes orationes Domine Iesu Christe fili dei viui. & Perceptio corporis tui. Quibus orationibus dictis, genuflectens sacramentum adorat, & se erigens dicit secretè, Panem cœlestem accipiam. Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerẽter ambas partes hostiæ, & collocat inter pollicem & indicem sinistræ manus, qui bus patenã inter eundẽ indicẽ & mediũ digitos supponit, & eadẽ manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenã, dextera tribus vicibus percutit pectus suum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, Domine non sum dignus. & secrete prosequitur, vt intres &c. Quibus tertio dictis, ex sinistra accipit ambas partes prædictas hostiæ inter pollicem & indicẽ dextræ manus, & cũ illa supra patenã signat seipsum signo crucis, dicens, Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitã æternã. Amen. Deinde reuerenter easdem ambas partes sumit, quibus sumptis deponit patenã super corporale, & erigens se iũctis indicibus, & pollicibus, ambas quoque manus ante faciẽ iungit, & aliquantulũ quiescit in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicit secreto, Quid retribuã domino pro oĩbus quæ retribuit mihi, & discooperto calice accipit patenã, & eam diligenter cũ pollice & indice dextræ manus super calicem extergit, & ipsos digitos, nequid fragmentorum in eis remaneat. Si vero adsint hostiæ consecratæ super corporale positæ pro alio tẽpore conseruandæ, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum: & diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantuncunque minimum, remaneat super corporale: quod, si fuerit, accurate reponit in calicem: post extersionẽ patenæ iunctis pollicibus & indicibus iterum genuflectit sacramento, surgit, & calicem dextera manu infra nodum cuppæ accipit dicens, Calicem salutaris &c. & signans se signo crucis cum calice dicit, Sanguis domini nostri &c. & manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumit totum sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicit secrete. Quod ore sumpsimus & cætera. postea super altare porrigit calicem ministro ad cornu epistolæ, quo vinum fundente se purificat, deinde abluit pollices & indices super calicem, quos abstergit purificatorio, interim dicens, Corpus tuum domine quod sumpsi, &c. ablutionem sumit, & extergit os & calicem purificatorio, quo facto purificatorium extendit super calicem, & desuper patenam, ac super patena paruam pallam, & cooperit velo, plicat corporale & reponit in bursam, quã pouit super calicẽ, & collocat super altare vt prius. Siqui sunt communicandi in missa, eos communicet antequam sumat purificationem, & antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicit, Quod ore sumpsimus domine &c. & deinde se & eos qui communicarunt purificans, dicit, Corpus tuum Domine quod sumpsi, & alia facit vt supra. In Missa sollemni diaconus stans retro post celebrantem, cum in oratione Dominica dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, facta ibidem genuflexione altari vadit ad dextram celebrantis, & patenam purificatorio abstergens dat celebranti, illius manum osculando, & quando opus est discooperit, & cooperit, & cum celebrante adorat calicem. Cum dicitur, Pax Domini &c. subdiaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione, vadit ad sinistram celebrantis, & simul dicunt Agnus Dei: deinde facta ibidem sacramento genuflexione redit post celebrantem. Diaconus vero à dextris genuflexus expectat pacẽ, & cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculatur altare, & à celebrante complexus accipit pacem, respondens ei, Et cum spiritu tuo. Postea iterum sacramento in altari adorato, vertit se ad subdiaconũ retro post celebrantem, qui similiter à diacono accepta pace, facta prius altari genuflexione, comitatus acolutho vadit ad Chorum, & dat similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, & reuersus ad altare dat pacem acolutho qui ipsum comitauerat, qui & aliis acoluthis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dexteram celebrantis, & quando opus est, discooperit calicem, accipit ampullam vini, & infundit quando celebrans vult purificare.

De communione, & orationibus post communionem dicendis.

Celebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber Missalis defertur per ministrum ad cornu Epistolæ, & collocatur vt in Introitu.

In missa sollemni diaconus defert librum Missalis ad cornu Epistolæ, postea vadit retro post celebrantem: subdiaconus vero vadit ad cornu euãgelii, vbi calicẽ mũdat, aptat cũ purificatorio, plicat corporalia, reponit in bursam, & illam ponit sup calicẽ cooꝑtũ velo, quẽ collocat in altari, vel super credentia vt prius: postea redit ad locũ suũ retro post diaconũ: His expeditis celebrãs stãs legit Antiphonam q̃ dicitur Comunio: qua lecta iunctis manibus ante pectus vadit ad medium altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit, Dominus vobiscum, redit ad librũ, dicit orationes Postcommuniones, eisdẽ modo, numero, & ordine, vt supra dictæ sunt Collectæ. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertitur ad medium altaris, & eo osculato vertit se ad populum, & dicit vt supra, Dominus vobiscum. Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicit, si dicendum est, Ite missa est. Quo dicto per eandem viam reuertitur

titur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto Dominus vobiscum: reuertitur eodem modo per eandem viam ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus domino. In missis autem defunctorum eodē modo stans dicit, Requiescant in pace. In missa sollemni hæc omnia eodem modo stās dicit diaconus: & cum dicit, Ite missa est, celebrans quoque stat versus populum. In Quadragesima autem, à feria quarta Cinerum vsque ad feriam quartam maioris Hebdomadæ, in feriali officio, postquam celebrans dixit orationes post communionē cum suis solitis conclusionibus, antequam dicat Dominus vobiscū stans in eodem loco ante librum dicit Oremus, Humiliate capita vestra Deo, & extensis manibus subiungit eadem voce orationem super populum ibidem positam: qua finita osculatur altare, & vertens se ad populum dicit, Dominus vobiscum, & alia vt supra. In missa sollemni dicto per celebrantē Oremus. Diaconus vertens se ad populum iunctis manibus dicit vt supra, Humiliate &c. quo dicto vertit se versus altare à tergo celebrantis, & celebrans dicit orationem.

De benedictione in fine Missæ, & euangelio sancti Ioannis.

Dicto, Ite missa est, vel Benedicamus domino, vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, & capite inclinato, dicit secrete, Placeat tibi sancta Trinitas &c. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsum in medio osculatur: tum erigens se adhuc stans versus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotens Deus, & iunctis manibus, ac demissis ad terram oculis, vertens se ad populum extensa manu dextra, iunctisq; digitis, semel benedicit populo, dicens, Pater & filius, & spiritus sanctus, & circulum perficiens reuertitur ad cornu euangelii: vbi dicto Dominus vobiscum. & responso, Et cum spiritu tuo pollice dextro signans primum signo crucis altare, seu librū, deinde frontem, os, & pectus, dicit. Initium sancti euangelii secundum Ioannem, vel sequentia sancti euangelii, vt dictum est in Rubricis generalib. & responso Gloria tibi domine iunctis manibus legit euangelium, In principio. vel aliud, vt conuenit. Cum dicit, Et verbum caro factum est genuflectit, & surgens prosequitur vt prius vsq; in finem. Si celebrans in altari vertit faciem versus populum, non vertit se, sed stans vt erat, benedicit populum vt supra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu euangelii, & dicit euangelium sancti Ioannis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale, Legato sedis apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, & Episcopo, in prouincia, ciuitate, diœcesi vel sua existēte, celebrans dicto Placeat tibi sancta Trinitas &c. dicit Benedicat vos omnipotens Deus, & conuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prælatum suum, capite inclinato quasi licentiam benedicendi petens, prosequitur, pater & filius & spiritus sanctus, benedicens astantes a parte vbi non adest Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti. Si autem celebrauit corā Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum Titulum, ecclesiam, prouinciam, ciuitatem, vel diœcesim constitutis, eis absq; alio respectu vt cæteris qui intersunt more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta Trinitas, vt supra, accedit ad cornu euangelii: & dicit euangelium sancti Ioannis, prætermissa benedictione, quæ in missis defunctorum nō datur. Finito euangelio, in fine missæ, si celebrauit coram summo Pōtifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residentiis, ecclesia, vel loco iurisdictionis eorum: cōuertit se ad illum, coram quo ex prædictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem. Si non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiusmodi reuerentiam prætermittit. Quibus omnibus absolutis extinguuntur per ministrum cādelæ: interim sacerdos cooperto capite accipit sinistra calicem, dextram ponēs super bursam ne cadat, descendit ad infimum gradum altaris, & ibi in medio vertens se ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, præcedente ministro, eo modo quo venerat redit ad sacristiam, interim dicens Antiphonam, Trium puerorum: & canticum, Benedicite. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare vbi celebrauit, finito euangelio prædicto, ibidem deponit vestes, & dicit Antiphonam prædictam, Trium puerorum, cum cantico & aliis orationibus vt suo loco ponuntur. In missa sollemni omnia facit, vt supra, hoc excepto, quod ter populo benedicit, primo à cornu epistolæ dicens, Pater, secundo ante medium altaris dicens, & filius. tertio à cornu euangelii dicens, & spiritus sanctus. & dicto euangelio secundum Ioannem, vel alio, vt supra, celebrans discedit cum ministris ordine quo venerat.

De his quæ omittuntur in missa pro defunctis.

In missa pro defunctis ante Confessionem non dicitur psalmus, Iudica me Deus. Sed pronūciata antiphona, Introibo ad altare Dei, & responso à ministris, Ad deum qui lætificat &c. dicitur Vers. Adiutorium nostrum, & Confessio cum reliquis vt supra. In missa sollemni post confessionem nō incensatur altare. Cum celebrans ad altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextera extensa facit signum crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria patri, sed post psalmum repetitur Requiem æternam, nec Gloria in excelsis, nec Alleluia, nec Iube domne benedicere: nec Dominus sit in corde meo: nec osculatur librum in fine. In missa sollemni subdiaconus finita Epistola non osculatur manum celebrantis, nec benedicitur: Diaconus non petit benedictionem: nec osculatur manum celebrantis,

tis, nō tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum acoluthi sine candelabris tenent mediū sub diaconum, tenentem librum euangeliorum. Nō incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorum osculandus. Item in missa defunctorum non dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur Deus qui humanæ substantiæ, &c. In missa sollemni oblata & altare incensantur vt supra: incensatur solus celebrans: & non incensantur alii: cum lauat manus, nō dicitur Gloria patri in psalmo Lauabo inter innocentes. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem: sed tempore eleuationis sacramenti incensat sacramentum. Ad Agnus dei non dicitur miserere nobis, cuius loco dicitur dona eis requiem: nec tertio dona nobis pacem, cuius loco dicitur dona eis requiem sempiternam: non dicitur prima oratio ante communionem, scilicet, Domine Iesu Christe qui dixisti apostolis tuis &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite missa est, nec Benedicamus domino, sed Requiescant in pace: Et non datur benedictio: sed dicto Placeat, dicitur vt supra, In principio erat verbum &c. Alia omnia vt in aliis missis. Finita missa, si facienda est defunctorum absolutio, celebrans retrahit se ad cornu epistolæ; exuitur casula, accipit pluuiale nigrum: subdiaconus medius inter duos acoluthos deferentes candelabra accēsa, defert crucem præcedentibus duobus aliis acoluthis, vno cum thuribulo & nauicula, alio cum aqua benedicta & aspersorio: sequitur celebrans, & diaconus à sinistris. Subdiaconus cum cruce sistit se in loco parato ad caput cōtra altare medius inter dictos acoluthos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte versus altare, à sinistris diaconus, & alii duo acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur Responsorium. Cum dicitur Kyrieleison, celebrans ponit incensum in thuribulum, ministrante diacono nauiculam: cœpto Pater noster, accipit aspersorium de manu diaconi, & facta altari reuerentia, comitante diacono à dextris & tenēte fimbriam anteriorem pluuialis, aspergit circuiens locum paratum: cum transit ante crucem, profundè inclinat, diaconus vero genuflectit: & rediens ad pristinum locum, de manu eiusdē diaconi accipit thuribulum, & eodē modo quo asperserat, incensat. Postremo diacono tenēte librum orat iunctis manibus dicēs, Et ne nos. & versum A porta inferi. cum aliis, & Orationem, Absolue quæsumus domine &c. vt in ordinario: & post eam dicēs Requiem æternam &c. facit crucē manu dextra super locū paratū: & dicto per Cantores Requiescat in pace, præcedente cruce redit cū aliis ad sacristiā.

De his quæ clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa.

IN missa priuata clara voce dicuntur Antiphona & Psalmus, ad Introitum: Confessio, & quæ sequuntur, excepta oratione, Aufer à nobis, & Oramus te domine per merita sanctorum tuorum &c. Item Introitus, Kyrieeleison, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorium, Præfatio, Nobis quoque peccatoribus, solum hæc tria verba. Item, Per omnia secula &c. cū Pater noster, Pax Domini, Agnus Dei, Domine nō sum dignus, Communio, Postcommunio. Ite missa est, vel Benedicamus domino, vel Requiescant: Euangelium, In principio. Alia omnia dicuntur secretè. In missa sollemni clara voce à celebrante dicuntur quando intonatur, Gloria in excelsis, & Credo. Dominus vobiscum, Oremus, Oratio, Dominus vobiscum, Oremus, ante Offertoriū. Præfatio, Pater noster, & Oratio postcommunionem. Alia omnia à celebrante dicuntur secreto in missa sollemni.

De hora celebrandi Missam.

MIssa priuata saltem post Matutinum, quacunque hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis & sollemnis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & feriis per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus & vigiliis, quæ ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum & Primam diei: & vbi dicuntur eorum vigiliæ mane post Matutinum diei, dictis huiusmodi vigiliis cum Laudibus immediatè dici potest Missa ꝓ defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi missam Conuentualem, Missæ in nocte Natiuitatis domini, quæ suo loco dicuntur, Missa scilicet conuentualis prima post mediam noctem, secūda post Laudes & Primam, tertia post Tertiam: vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

De ordine sedendi, standi, & genuflectendi in Missa sollemni.

IN missa sollemni celebrans medius inter diaconum & subdiaconum sedere potest à cornu epistolæ iuxta altare, cum cantatur Kyrieleison, Gloria in excelsis. & Credo. alio tempore stat ad altare, & genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium In principio, ad illa verba, & verbum caro factum est. & euangelium Cum natus esset Iesus, ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item euangelium feriæ quartæ post Dominicam quartam Quadragesimæ, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librū, celebrans & circunstātes versus altare genuflectūt: subdiaconus vero tenens librum, & acoluthi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit priuatè celebrans cum dicit, flectamus genua: non autem cum sollemniter celebrat: sed diaconus, & subdiaconus, & circunstantes. Item celebrans & ministri genuflectunt cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus. Item cum dicitur in missa Spiritus sancti, Veni sancte Spiritus reple, & cætera. Item quando legitur Passio ad illa verba, expirauit, & quandocunque fiunt genuflexiones vt supra.

pra. Circunstantes autem in missis priuatis semper genuflectunt, præterquam ad Euangelium. In sollemnibus autẽ genuflectitur ab iis qui non sunt prælati ad Confessionem cum suo psalmo, & ab omnibus quando eleuatur sacramentum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium: & facta Communione, dũ cantatur Communio sedetur, in aliis statur. In missis feriarum Aduentus, Quadragesimæ, Vigiliarum quæ ieiunantur, & Quatuor Temporum, ac in missis defunctorum circunstãtes genuflectunt ad Confessionem cum suo psalmo, ad Orationes, dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax Domini. & ad postcommunionem, excepta vigilia Paschæ, & Pentecostes, ac Natiuitatis Domini.

De coloribus, & qualitate paramentorum.

Paramenta altaris, celebrantis, & ministrorũ sint coloris conuenientis officio & missæ diei, secundum vsum Romanæ Ecclesiæ: quæ quinq; coloribus vti cõsueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

Albo colore vtitur à vesperis vigiliæ Natiuitatis Domini vsq; ad octauam Epiphaniæ inclusiue, exceptis festis Martyrum, q̃ infra eam veniunt. Feria v. in Cœna Domini & Sabbato sancto in officio missę, & ab illo die vsq; ad sabbatum Pentecostes exclusiue, in officio de tẽpore, præterquã in missa Litaniarum & Rogationũ. In festis beatæ Mariæ, & per eius octauas, præterquam in benedictione candelarum, & processione quæ fit in festo Purificationis eiusdem. Itẽ in eius missis votiuis. In missa sanctæ Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis Angelorũ. In festo sancti Io. Baptistæ. In festo Omniũ sanct. In principali festo sancti Io. Euang. quod celebratur infra octauã Natiuitatis. In vtraq; Cathedra sancti Petri. In Conuersione sancti Pauli. In festo sancti Petri ad vincula. In festo Trãsfigurationis Domini. In festis Confessorum, Põtificum, & nõ Pontificum, & Doctorum. In festis virginum & non virginum. In Cõsecratione & Dedicatione Ecclesiæ, ac in consecratione Pontificis, & per octauas prædictorum festorum quæ octauas habẽt, quãdo fit officiũ de octaua: & in Dominicis infra eas per annum occurrentib.

Rubeo colore vtitur à vigilia Pentecostes in Missa vsq; ad sabbatũ sequens inclusiue. In festo sanctæ Crucis. In festo sancti Ioan. ante portã Latinam. In Natali Apostolorum Petri & Pauli, & in festis aliorum Apostolorum: exceptis festo principali sancti Io. Euangelistæ post Natiuitatem, & festo Conuersionis sancti Pauli, & Cathedræ sancti Petri, & eius Vinculorũ. In festis martyrũ, excepto festo sanctorum Innocentũ quando non venerit in Dominica: si autẽ in Dominica venerit vtitur rubro: similiter in eius die octaua, & per octauas prędictorũ festorum q̃ octauas habent, quando fit de octaua: & in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

Viridi colore vtitur ab octaua Epiphaniæ vsq; ad Septuagesimã, & ab octaua Pẽtecostes vsq; ad Aduẽtũ exclusiue in officio de tẽpore, excepta Dominica Trinitatis vt sup. ac exceptis Dominicis infra octauas occurrẽtib. in quibus color octauarũ seruatur, exceptis ẽt Vigiliis, & Quatuor Tẽporibus vt infra.

Violaceo colore vtitur à prima Dominica Aduẽtus vsq; ad missam vigilię Natiuitatis Domini inclusiue: & à Septuagesima vsque ad officiũ ante missam Sabbati sancti inclusiue in officio de tẽpore, excepta feria quinta in Cœna Domini, in qua vtitur albo: & feria vi. in Parasceue, in qua vtitur nigro, vt infra: & benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Præfationem dicens solus vtitur albo: ea autẽ finita violaceo vt prius. Item in Officio vigiliæ Pẽtecostes ante missam facta benedictione fontiũ inclusiue. In Quatuor Temporibus. In vigiliis, quæ ieiunãtur: vigilia, & Quatuor Temporibus Pentecostes exceptis. In missa Litaniarum & Rogationũ. In festo sanctorum Innocentum, quando non venerit in die Dominica. In benedictione candelarum in die Purificationis beatæ Mariæ: & in benedictione palmarum, & ipsa Dominica in palmis: & in eorundem, ac generaliter in omnibus processionibus, exceptis ꝓcessionibns sancti Sacramenti, & quæ fiunt in sollẽnibus diebus.

Nigro colore vtitur feria sexta in Parasceue, & in missis Defunctorum.

In officio Missæ celebrans semper vtitur planeta super Albam. Si autem sit Episcopus, & sollemniter celebrat, super Dalmatica & Tunicella. Pluuiali vtitur in processionibus, & benedictionibus quæ fiunt in altari. Item in officio Laudum & Vesperarum, quando sollemniter dicuntur. Eodẽ vtitur assistens celebranti in missa Pontificali. Item quando celebrans post missam defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum: & vbi pluuiale haberi nõ potest, in benedictionibus quæ fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba, & Stola. Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in missa sollemni, & processionibus & benedictionibus, quandocunque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniorum pręterquam in vigiliis sanctorum, & in Dominicis & feriis Aduentus & Quadragesimæ, ac in vigilia Pentecostes ante missam (exceptis Dominica Gaudete, etiam si eius Missa infra hebdomadam repetatur, & Dominica Lætare, vigilia Natiuitatis, Sabbato sancto in benedictione cerei & in Missa, & Quatuor temporibus Pentecost.) in Cathedralibus & præcipuis Ecclesiis vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est Euangelium, & tunc super sinistrum humerum super stolam cõplicatur, aut ponitur aliud genus stolæ latioris in modum planetæ plicatæ: & facta communione resumit planetam vt prius. Similiter subdiaconus dimittit eam cũ lecturus est Epistolam, quam legit in albis, & postea eam resumit vt prius. In minoribus autem ecclesiis, prædictis diebus ieiuniorum Alba tantum amicti ministrent: subdiaconus cum manipulo, diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

FINIS.

De defectibus circa Missam occurrentibus.

De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus.

SAcerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiam, ne aliquid ex requisitis ad sacramentum Eucharistiæ conficiendum desit. Potest autem defectus cõtingere ex parte materiæ consecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte ministri conficientis. Quicquid enim horum deficit, scilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo sacerdotalis in conficiente, non conficitur sacramentum. Et his existentibus, quibuscunque aliis deficientibus, veritas adest sacramenti. Alii vero sunt defectus, qui in missæ celebratione occurrentes, etsi veritatem sacramenti non impediant, possunt tamen aut cum peccato, aut cum scandalo contingere.

De defectibus Materiæ.

DEfectus ex parte materiæ possunt contingere, si aliquid desit ex iis quæ ad ipsam requirũtur. Requiritur enim, vt sit panis triticeus, & vinum de vite: & vt huiusmodi materia consecranda in actu consecrationis sit coram sacerdote.

De defectu panis.

SI panis non sit triticeus, vel si triticeus sit admistus granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel sit alioqui corruptus, non conficitur sacramentum. Si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis: dubium est an conficiatur. Si cœperit corrumpi, sed non sit corruptus: similiter si non sit azymus secundum morem ecclesiæ Latinæ, conficitur: sed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationem aduertit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeã: remota illa hostia aliam ponat, & a Canone iterum incipiat, & prosequatur Missam. Si id aduerterit post consecrationẽ, etiam post illius hostiæ seu sanguinis sumptionem, posita alia, a consecratione incipiat, scilicet, ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur: & illam priorem si nõ sumpsit, sumat post sumptionem corporis & sanguinis, vel alii sumendam tradat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam quam consecrauit: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam quod a ieiunis sumatur. Aduertendũ autem, quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi debet rursus nouus panis & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & prosequenda sunt omnia quæ sequuntur: ne sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo. Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel a mure accepta, vel alio animali, & nequeat reperiri: tunc altera consecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) & illud animal si capi potest, occidatur, & comburatur, & cineres eiiciantur in sacrarium, vel sub altari.

De defectu vini.

SI vinum sit factum penitus acetũ, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel admistum tantum aquæ vt vinum sit corruptum: non conficitur sacramentum. Si vinum cœperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantũ acre, vel mustum tunc de vuis expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis: conficitur sacramentum, sed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quamuis post consecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunque non esse in calice: debet statim apponere vinum cum aqua, & consecrare, incipiendo ab illis verbis: Simili modo. &c. Si post verba consecrationis, aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam: deposita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & resumat a verbis prædictis. Si hoc aduertat post sumptionem corporis, vel huiusmodi aquæ: apponat aliam hostiam iterum consecrandam, & vinum in calice: & vtrunq; consecret, & sumat in fine, quamuis aliam hostiam consecratam, vel aquam sumpserit, propter sacramenti integritatem in celebratione seruandam. Siquis percipiat ante consecrationem vel post consecrationem totum vinum esse acetum, vel alias corruptum: idem seruetur quod supra, ac si deprehenderet non esse positum vinum, vel solam aquam fuisse appositam in calice. Si autem celebrans ante consecrationem calicis aduertat non fuisse appositam aquam: statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post consecrationem calicis: nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti. Si materia quæ esset apponenda ratione defectus vel panis vel vini, non posset vllo modo haberi: si id sit ante consecrationem corporis, vlterius procedi non debet: si post consecrationem corporis aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata: tũc si nullo modo haberi possit, procedendum erit, & missa absoluenda. Quod si expectando aliquandiu haberi possit: expectandum erit, ne imperfectum sacrificium remaneat.

De defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit ex iis quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur. Verba autem consecrationis, quæ sunt forma huius sacramenti, sunt hæc. Hoc est enim corpus meum. Et, Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Siquis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma consecrationis corporis & sanguinis, & in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent: non conficeret sacramentum. Siquis aliquid adderet quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed grauissimè peccaret. Si celebrans

lebrans non recordetur se dixisse ea, quæ in consecratione communiter dicuntur: non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, vel valde probabiliter constet, se omisisse aliquid eorũ quæ sunt de necessitate sacramenti, idest, formam consecrationis: resumat ipsam formam, & cætera prosequatur per ordinem. Si autem non sunt de necessitate sacramenti: non resumat, sed procedat vlterius.

De defectibus ministri.

DEfectus ex parte ministri, possunt contingere quo ad ea quæ in ipso requirũtur. Hæc autem sunt. In primis intentio, deinde dispositio animæ, dispositio corporalis, dispositio vestimentorum, dispositio in ministerio ipso, quo ad ea quæ in ipso possunt occurrere.

De defectu intentionis.

SIquis non intendit conficere, sed delusorie aliquid agere, Item si aliquæ hostiæ ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cum non intendat consecrare nisi quas videt, Item siquis habeat coram se vndecim hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinãs quas decem intendit: non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nã tunc omnes erunt consecratæ: atque ideo quilibet sacerdos talem semper intẽtionem habere deberet, scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandum positas habet. Si sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post cõsecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas: in sumptione sumat simul vtramque. Quod si deprehendat post sumptionem corporis & sanguinis, aut etiam post ablutionem, reliquias aliquas relictas cõsecratas, eas sumat, siue paruæ sint, siue magnæ, quia ad idem sacrificiũ spectant. Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: si hoc fieri nequit, sequenti sacerdoti ibi celebraturo, in altari supra corporalia decenter opertam, sumẽdam vna cũ altera quam est consecraturus, relinquat: vel si neutrum horum fieri possit, in ipso calice seu patena decenter conseruet, quousq; vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honestè conseruetur, potest eam ipsemet sumere. Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis, cũ accedens ad altare intendat facere quod facit ecclesia conficitur sacramentum: & si curare debet sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animæ.

SIquis suspensus, excommunicatus, & degradatus celebret, conficit quidem sacramentum, sed grauissimè peccat, tam propter communionem quam indignè sumit, quam propter executionem Ordinũ quæ sibi erat interdicta. Siquis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Siquis autem in casu necessitatis non habens copiam confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret: grauiter peccat. Secus si conteratur: debet tamen cũ primum poterit confiteri. Si in ipsa celebratione missæ sacerdos recordetur se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum, similiter conteratur cum proposito petendi absolutionem: ante consecrationem autem, si non timetur scandalum, debet missam inceptam deserere, secus si esset publicè excommunicatus.

De defectibus dispositionis corporis.

SIquis non est ieiunus post mediam noctem, etiã post sumptionem solius aquę, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiam medicinæ, & in quantacunque parua quantitate: non potest communicare, nec celebrare. Si autem ante mediam noctem cibum aut potum sumpserit, etiam si postmodum dormierit, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum. Si reliquiæ cibi remanẽtes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Idem dicendum, si lauando os, deglutiatur stilla aquæ præter intentionem. Si plures missas in vna die celebret, vt in nocte Natiuitatis: in vltima tantum missa percipiat purificationẽ. Si præcesserit pollutio nocturna, quæ causata fuerit ex præcedenti cogitatione quæ sit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam: abstinendum est à communione & celebratione. Si dubium est, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatũ mortale, consulitur abstinendũ, extra tamen casum necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationẽ, sed euenisse ex naturali causa, aut ex diabolica illusione: potest communicare & celebrare, nisi ex illa corporis commotione tanta venerit perturbatio mentis, vt abstinendum videatur.

De defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

POssunt etiã defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit: vt si non celebretur in loco sacro, vel deputato ab Episcopo: nec in altari consecrato: nec tribus mappis coopertο. Si non adsunt luminaria certa. Si non sit tempus debitum celebrandi, quod est ab aurora vsq; ad meridiem, communiter. Si celebrans saltem Matutinũ cum Laudibus non dixerit, Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus. Si vestes sacerdotales & mappæ non sint ab Episcopo vel ab alio hanc habẽte potestatem benedictæ. Si non adsit clericus, vel alius deseruiens in missa: vel adsit qui deseruire non debet, vt mulier. Si non adsit calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea, non autem ærea, vel vitrea. Si corporalia nõ sint munda, quæ debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. Si celebrat capite cooperto sine dispensatione. Si non adsit Missale, licet memoriter

riter

riter sciret missã quã intendit dicere. Si sacerdo te celebrante violetur ecclesia ante canonẽ, dimittat̃ missa: si post canonẽ, nõ dimittat̃. Si sacerdos ante consecrationẽ grauiter infirmet̃, vel in sincopem inciderit, aut moriatur: pretermittit̃ missa. Si post consecrationẽ corporis tantũ ante consecrationẽ sanguinis, vel vtroq; consecrato id acciderit: missa p aliũ sacerdotem expleatur ab eo loco vbi ille desijt. Si autẽ non obierit, sed fuerit infirmus, adeo vt possit cõmunicari, & nõ adsit alia hostia cõsecrata, diuidat hostiã, & vnã partem praebeat infirmo, aliã ipse sumat. Si autẽ semiprolata forma corporis obijt sacerdos, aut semiprolata forma sãguinis: tunc alter similiter psequat̃ missã, & sup eandẽ hostiã, seu eundem calicẽ repetat integrã formã, ab eo loco, Qui pridie quã pateretur, & i sanguine, ab eo loco, Similiter postquã cęnauit, vel posset super aliũ panẽ: & in calice similiter cũ i forma calicis deficit, sup aliũ calicẽ ppatatũ integrã formã pferre, & hostiã primi sacerdotis iter reliquas seruare, vel eã sumere post ablutionẽ sãguinis, si cõstat quod nõ sit cõsecrata: in dubio vero, tutius est accipere post sũptionẽ: & idẽ de calice relicto semiconsecrato. Si quis extra huiusmodi casus necessitatis, itegra sacramẽta nõ sũpserit, grauissime peccat. Si musca, vel aranea, vel aliqd aliud ceciderit i calicẽ ante cõsecrationẽ: proijciat vinũ subtus altare, & aliud ponat in calice, misceat parũ aquę, offerat, & psequatur Missã. Si post cõsecrationẽ ceciderit musca, aut aliqd eiusmodi, & fiat nausea sacerdoti, extrahat eã, & lauet cũ vino: finita missa cõburat: & cõbustio, ac lotio huiusmodi in sacrariũ proijciat̃. Si autẽ nõ fuerit ei nausea, nec vllũ periculũ timeat, sumat cum sanguine. Si aliquid venenosũ ceciderit in calicẽ, vel quod prouocaret vomitum: vinũ cõsecratum reponendũ est in alio calice, & aliud vinũ cum aqua apponendũ denuo consecrandũ: & finita missa sanguis repositus, in pãno lineo vel stuppa tãdiu seruet̃, donec species vini fuerint desiccatę, & tũc cõburatur, & combustio in sacrario proijciatur. Si aliquod venenosũ tetigerit hostiã consecratã, tunc alterã consecret, & sumat modo quo dictũ est: & illa seruetur in tabernaculo loco separato, & animal captũ occidatur, & cõburat̃, vt supra dictũ est. Si sumendo sanguinem, particula remãserit in calice: digito ad labiũ calicis adducat, & sumat ante purificationẽ, vel infũdat vinũ, & sumat. Si hostia ante consecrationẽ inueniat̃ fracta, nisi populo euidenter appareat, talis hostia cõsecret̃. Si autẽ scandalũ populo esse possit, alia accipiat̃: & offerat: Quòd si illius iã hostię facta erat oblatio, post oblationẽ sumat̃. Qđ si ãte oblationẽ hostia appareat cõfracta, accipiatur altera integra, si citra scãdalũ, aut longã morã fieri poterit. Si ppter frigus vel negligentiam hostia cõsecrata dilabat̃ in calicẽ, propterea nihil est reiterandũ, sed sacerdos missã prosequat̃. Si in hyeme sanguis cõgeletur in calice, inuoluat̃ calix pannis calefactis: si id non pficeret, ponat̃ in feruenti aqua, dũmodo in calicẽ nõ intret, donec liquefiat. Si per negligẽtiã aliqd de sanguine Christi ceciderit, siquidẽ sup tabulã, lĩgua lambatur, & pars illa tabulae radat̃ quantũ satis est. Itẽ si nõ fuerit tabula, locus ipse radatur, & cõburat̃: cinis vero iuxta altare recondat̃. Si vero super lapidẽ altaris, ceciderit, sorbeat sacerdos stillã, & locus bene abluat̃, & ablutio in sacrariũ pijciat̃. Si super linteũ altaris gutta ceciderit, & vsq; ad secundũ siue tertiũ linteũ peruenerit, tũc supposito calice linteorũ partes vbi gutta cecidit abluãtur, & aqua ablutionis in sacrariũ proijciat̃, & partes illę linteorũ seu pallę post ablutionẽ abscindant̃, & cõburantur, & cinis in sacrario condat̃. Qđ si in ipso solũ corporali, aut si in vestib⁹ ipsis sacerdotalibus ceciderit: satis erit ablui, & ablutio in sacrariũ proijciat̃. Si in substratũ pedibus pannũ vel tapetũ, ablui oportebit, & partẽ abscindi, & cõburi, & cineres similiter in sacrariũ immitti. At si cõtingat totũ sanguinẽ post consecrationẽ effundi, siquidẽ aliquid vel parũ remansit, illud sumat̃, & de effuso reliquo sanguine fiat vt dictũ est: Si vero nihil omnino remansit, ponat iterum vinum & aquam, & consecret ab eo loco. Similiter postquã cęnauit, facta prius tamen calicis oblatione. Si sacerdos euomat Eucharistiã, si species integrę appareant, reuerenter sumantur, nisi nausea fiat: tũc enim, species consecratae cautẽ separentur, & in aliquo loco sacro reponantur. Quòd si species non appareant, cõburat̃ vomitus, & cineres in sacrarium proijciantur. Si hostia cõsecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram: reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit mundetur, & aliquantum abradat̃, & puluis seu abrasio huiusmodi in sacrariũ proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, seu alio quouis modo in aliquod linteũ, mappa vel linteũ huiusmodi diligenter lauetur, & lotio ipsa in sacrariũ effundat̃. Possũt etiã defectus in ministerio ipso occurrer̃, si sacerdos ignoret ritus & cęremonias ipsas in eo seruãdas: de qbus oĩbus i superioribus rubricis copiosè dictum est.

FINIS

Preparatio ad Missam pro opportunitate sacerdotis facienda. Añia.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Que antiphona in duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicuntur sequentes psalmi. psal.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui ambulant in domo tua dñe: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē, videbitur deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster áspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: dñe virtutū, beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri, & filio. Psalmus.

Benedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti oēm iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in ęternum irascéris nobis: aut extendes iram tuā à generatione in generationem:

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.

Ostende nobis dñe misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cęlo prospexit.

Etenim dñs dabit benignitatem: & terra nr̄a dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria patri, & filio. Psalmus.

Inclina domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus

sanctus sum: saluum fac seruum tuu3 deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: letifica animã serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis ꝛ mitis: ꝛ multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orationem meã: ꝛ intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in dijs dñe: ꝛ nõ est secundum opera tua.
Omnes gẽtes quascunque fecisti, venient, ꝛ adorabũt corã te dñe: ꝛ glorificabunt nomen tuum.
Quoniã magnus es tu, ꝛ faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua, ꝛ ingrediar in veritate tua: letetur cor meum, vt timeat nomen tuũ.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: ꝛ eruisti animam mea3 ex inferno inferiori.
Deus, iniqui insurrexerunt super me, ꝛ synagoga potentium quesierunt animam meam, ꝛ non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator ꝛ misericors: patiens ꝛ multe misericordie ꝛ verax.
Respice in me, ꝛ miserere mei, da imperium tuum puero tuo, ꝛ saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum, vt videãt qui oderunt me, ꝛ confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, ꝛ consolatus es me.
Gloria patri, ꝛ filio. Psalmus.
Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuã domino, pro omnibus que retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: ꝛ nomen domini inuocabo.
Uota mea dño redda3 coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O dñe, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, ꝛ filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: ꝛ nomen domini inuocabo.
Uota mea dño reddam in conspectu oĩs populi eius: in atrijs domus dñi, in medio tui hierusalem.
Gloria patri. Psalmus.
De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est, ꝛ propter legem tuam sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dño.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in domino.
Quia apud dñm misericordia: ꝛ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui san.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Ego dixi domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Cõuertere domine aliquãtulum. ℟. Et deprecare super seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sãcti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Aurem tuę pietatis mitissime deus inclina precibus nostris: et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: vt tuis mysterijs dignè ministrare, téque ęterna charitate diligere mereamur.

Deus cui omne cor patet, et omnis voluntas lóquitur, et quem nullum latet secretum, purifica per infusionẽ sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfectè diligere, et dignè laudare mereamur.

Vre igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quęsumus domine, paraclitus, qui à te procedit, illuminet: et inducat in omnes, sicut tuus promisit filius, veritatem.

Adsit nobis, quęsumus domine, virtus Spiritus sancti, quę et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur aduersis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quęsum⁹ domine, visitando purifica: vt veniẽs dominus noster Iesus Christus filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecũ viuit, et regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Orationes dicendę cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

Da domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnẽ maculam: vt sine pollutione mentis et corporis valeam tibi seruire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat.

Impone domine capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me dñe, et munda cor meũ: vt in sanguine Agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

Precinge me domine cingulo puritatis, et extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus cõtinẽtię, et castitatis.

Ad

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

MErear domine portare manipulum fletus, et doloris: vt cũ exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, duz imponitur collo.

REdde mihi domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis: et quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur.

DOmine, qui dixisti, Jugum meum suaue est, et onus meuz leue: fac, vt istud portare sic valeam, quòd cónsequar tuam gratiã. Amẽ.

¶ Gratiarũ actio post Missaz. Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Quę añã in duplicibus tantum duplicatur. Canticum trium puerorũ.

BEnedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino.

Benedicite aquę omnes, que super celos sunt dño: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol et luna domino: benedicite stellę cęli domino.

Benedicite imber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei dño.

Benedicite ignis et ęstus domino: benedicite frigus et ęstas domino:

Benedicite rores et pruina dño: benedicite gelu et frigus domino.

Bñdicite glacies et niues dño: benedicite noctes et dies domino.

Benedicite lux, et tenebrę domino: benedicite fulgura et nubes dño.

Benedicat terra dominũ: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa germinãtia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino.

Benedicite cete, et omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli dño.

Benedicite omnes bestię et pecora domino: benedicite filij hominuz domino.

Benedicat Jsrael dominũ: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domino domino: benedicite serui dñi dño.

Benedicite spiritus et animę iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem et filium cuz sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula.

Bñdictus es dñe in firmamento cęli: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Psalmus.

LAudate dominum in sanctis eius: laudate euz in firmamẽto virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secunduz multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate euȝ in tympano ꝛ choro: laudate eum in cordis ꝛ organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Gloria. Deinde repetitur antiph.
Trium puerorū cantemus hymnū, queȝ cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis. ℣. Non nobis domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorum.

ACtiones nostras, quȩsumus domine, aspirando preueni: ꝛ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ꝛ operatio à te semper incipiat, ꝛ per te cȩpta finiatur.

DA nobis, quȩsumus domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurētio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amē.

Aliȩ orationes pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem ꝛ Communionem dicendȩ.

Oratio Sancti Ambrosij Episcopi.

SUmme sacerdos ꝛ vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo patri hostiam puram ꝛ immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: ꝛ qui dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, ꝛ sanguinem tuuȝ ad bibendum, ꝛ posuisti mysterium illud in virtute spiritus sancti, dicens: Hȩc quotiescunque feceritis, in mei memoriaȝ facietis: Rogo te per sanguinem tuum preciosum, magnū salutis nostrȩ precium: Rogo per hanc mirā ꝛ ineffabilem charitatē, qua nos miseros ꝛ indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis nostris in sanguine tuo: Doce me indignū seruū tuū, quem inter cȩtera dona tua ad officium sacerdotale vocare dignatus es nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiȩ tuȩ: Doce me quȩso per spiritum sanctū tuum, tantum tractare mysterium, ea reuerētia, ꝛ honore, eaqȝ deuotione, dn̄e Iesu Christe, ꝛ timore, quibus oportet, ꝛ decet. Fac me per gratiā tuā semper illud de tanto mysterio credere ꝛ intelligere, dicere ꝛ cogitare, sentire ꝛ firmiter retinere, quod tibi placet, ꝛ expedit animȩ meȩ. Intret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, ꝛ sine strepitu verborū loquatur oēm veritatē tantorum mysteriorum. Profunda sunt quippe nimis, ꝛ sacro tecta velamine. Propter magnaȝ clementiā tuā, cōcede mihi hodie ꝛ semper missarum

rum sollemnia puro corde ⁊ munda mente celebrare. Libera cor meũ ab immundis, ⁊ nefandis, vanis, ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me beatorũ angelorũ pia ⁊ fida tutela atque fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum confusi discedant: per virtutem tanti mysterij, ⁊ per manum sancti angeli tui. Repelle à me domine Jesu Christe, ⁊ à cunctis seruis tuis dirissimum spiritũ superbię, cenodoxię, inuidię, iracũdię, fornicationis, ⁊ immunditię, dubietatis, ⁊ blasphemię. Confundãtur qui me persequũtur: péreant illi q perdere cũcta festinant. Rex virtutũ, amator castitatis, ⁊ integritatis Deus, cęlesti rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totum fómitē ardentis libidinis: vt máneat in me tenor totius castitatis animę ⁊ corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinis commotiones, ⁊ da mihi veram ⁊ perpetuam castitatem cum cęteris donis tuis, quę tibi placent in veritate, vt sacrificiũ laudis casto corpore ⁊ mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione ⁊ lacrymarum fonte, quanta reuerentia ⁊ tremore, quanta corporis castitate, ⁊ animę puritate hoc diuinum ⁊ cęleste sacrificium est celebrandum, domine: vbi caro tua in veritate sumitur vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis ima coniungũtur: vbi adest sanctorũ pręsentia angelorum: vbi tu es sacerdos, ⁊ sacrificium mirabiliter ⁊ ineffabiliter cõstitutus. Quis dignè hoc celebrare mysterium poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignũ? Scio, ⁊ verè scio, ⁊ ipsum pietati tuę confiteor, quòd nõ sum dignus accedere ad tantum mysteriũ, propter nimia peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, ⁊ credo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, quia tu potes me facere dignũ, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine: ⁊ de peccatoribus iustos facis, ⁊ sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Concede mihi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore, ⁊ tremore, cum cordis puritate, ⁊ lacrymarum fonte, cum lętitia spirituali, ⁊ celesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinē beatissimę pręsentię tuę, ⁊ excúbias sanctorum angelorũ tuorũ in circuitu meo. Ego enim domine memor venerãdę passionis tuę accédo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, ⁊ offerri pręcepisti in cõmemorationem pro salute nostra. Suscipe ergo istud quęso summe Deus, dulcissime Jesu christe, pro ecclesia tua sancta, ⁊ pro cuncto populo tuo, quem acquisiuisti sanguine tuo precioso. Et quoniam me peccatorem inter te ⁊ eundē populũ mediũ esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditę nõ recuses: nec p indignũ famulũ tuũ eorũ salutis pereat precium, pro quibus victima factus, salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebis tuę, pericula populorum, captiuorum gemitum, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium

lium, desperationes languentiũ, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium domine: et nihil odisti omnium quę fecisti. Memorare quę sit nostra substãtia: quia tu pater noster es: ne irascaris satis: neque multitudinem viscerum tuorum super nos contineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates nostras: et ignem sancti spiritus in nobis clementer accẽde. Aufer cor lapideum de carne nostra, et da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, et honorificet, te delectetur, te sequatur, et te perfruatur. Oramus domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam sacri tui nominis officia prestolantẽ aspicere digneris. Et vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere: quas ipse audire propitius et exaudire delecteris. Rogamus etiã te domine pro spiritibus fidelium defunctorum: vt sit illis salus ęterna ac perpetua sanitas, gaudium et refrigerium sempiternum, hoc magnũ pietatis sacramentum. Domine deus meus, sit illis hodie magnum et plenum gaudiũ de te pane viuo et vero pasci: q de cęlo descẽdisti, et das vitam mundo, de carne sancta et benedicta agni videlicet immaculati, qui tollis peccatum mundi: et potari de fonte pietatis tuę, qui per lanceam militis de latere tuo emanauit: vt consolati exultent in laude et gloria tua sancta. Peto clementiam tuam, vt descendat super hunc panem et calicem plenitudo tuę diuinitatis. Descendat etiam Domine illa Spiritus sancti tui inuisibilis forma, incomprehensibilisque maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat: quę et oblationes nostras corpus et sanguinem tuum efficiat, et me indignũ sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt placide et benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium tam viuorum, quàm defunctorum. Rogo te Domine per ipsum sacrosanctum et viuificum mysterium corporis et sã guinis tui, quo quotidie in ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et sanctificamur, atque vnius tuę summęque diuinitatis participes efficimur: da mihi virtutes sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita vt hęc celestia sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: et, Qui manducat me, viuet propter me: ipse manet in me, et ego in eo: Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi: Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum: Panis dulcissime, sana palatum cordis mei: vt sentiam suauitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, vt nullam pręter te amet pulcritudinem. Panis cãdidissime, habens in te omne delectamentum, et omnem saporem: qui nos de te semper reficis: comedat te cor meum et dulcedine saporis tui repleantur viscera animę meę. Mãducat te angelus pleno ore in patria: manducet te peregrinus homo pro módulo suo, ne deficere possit in via:

tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de celo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam: sana & sanctifica me interius, & exterius. Esto tutamen, & continua salus corporis & anime mee. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a potentia presentie tue: vt foris & intus munitus, per te recto tramite ad regnũ tuum perueniam, vbi non mysterijs sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum deo patri, & deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neque esuriam neque sitiam in eternum. Qui cum eodem Deo patre & Spiritu sancto viuis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Alia Oratio sancti Ambrosij.

Ad mensam dulcissimi conuiuij tui, pie domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil presumens, sed de tua confidens misericordia, & bonitate, accedere vereor & contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordie recurro: ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordie tue, Domine Iesu Christe, rex eterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & preciose sanguis, de vulneribus crucifixi domini mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare domine creature tue, quã tuo sanguine redemisti: penitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementissime pater omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prelibatio corporis & sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, anime quoque & corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio sancti Thome Aquinatis.

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum

tum vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitȩ, immundus ad fontem misericordiȩ, cȩcus ad lumen claritatis ȩternȩ, pauper & egenus ad Dominum celi & terrȩ. Rogo ergo immensȩ largitatis tuȩ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare feditatem, illuminare cȩcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt panem angelorum, regem regum, Dominum dominantium tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animȩ meȩ. Da mihi quȩso dominici corporis & sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere: vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O mitissime pater, concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti.

Aliȩ orationes post celebrationem, & Communionem dicendȩ.

Oratio Sancti Thomȩ.

Gratias tibi ago Domine sancte pater omnipotens, ȩterne Deus, qui me peccatorem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiȩ tuȩ satiare dignatus es precioso corpore & sanguine filij tui domini nostri Jesu Christi. Et precor, vt hec sancta Communio non sit mihi reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonȩ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentiȩ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiȩ, humilitatis & obedientiȩ augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quàm inuisibilium, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium, quàm spiritualium, perfecta quietatio, in te vno ac vero deo firma adhȩsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cum filio tuo & Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Christum dominum nostrum.

Alia Oratio Sancti Bonauenturȩ.


Transfige dulcissime Domine Jesu medullas & viscera animȩ meȩ, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque & apostolica sanctissima charitate: vt langueat & liquefiat anima mea solo semper amore, & desiderio tui, te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat, panem angelorum, refectionem animarum sanctarum

sanctarum, panem nostrum quotidianū, supersubstantialez, habentez omnem dulcedinem, ⁊ saporem, ⁊ omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant angeli prospicere, semper esuriat, ⁊ comedat cor meum, ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera animȩ meȩ: te semper sitiat fontem vitȩ, fontem sapientiȩ ⁊ scientiȩ, fontem ȩterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei, te semper ambiat, te quȩrat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, ⁊ omnia operetur in laudem ⁊ gloriam nominis tui, cum humilitate ⁊ discretione, cuz dilectione ⁊ delectatione, cum facilitate ⁊ affectu, cum perseuerantia vsque in finem: ⁊ tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiȩ meȩ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies ⁊ tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxiliuz meum, sapientia mea, portio mea, ⁊ possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa ⁊ firma ⁊ immobiliter semper sit radicata mens mea, ⁊ cor meum. Amen.

Rithmus Sancti Thomȩ ad sacram Eucharistiam.

Adoro te deuotè latens deitas,
Quȩ sub his figuris verè latitas.
Tibi se cor meum totum subijcit,
Quia te contemplans totum déficit.
Visus, gustus, tactus in te fallitur.
Sed auditu solo tutè créditur.
Credo quicquid dixit dei filius.
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In cruce latebat sola deitas:
Sed hic latet simul, ⁊ humanitas.
Ambo tamē credēs atq; confitens,
Peto quod petiuit latro penitens.
Plagas, sicut Thomas, non intueor:
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam prȩstans hoī,
Prȩsta meȩ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sápere.
Piè pellicane Iesu domine,
Me immundū mūda tuo sanguine,
Cuius vna stilla saluum facere
Totum mundū posset omni scelere.
Iesu, quem velatum nunc aspicio,
Quando fiet illud, quod tam sitio?
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuȩ gloriȩ. Amen.

F I N I S.


I·N·RI





Ordinarium Missarum

De Tempore.

¶ Dominica prima de Aduentu. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Ad Missam. Introitus.

Ad te leuaui animã meã: de⁹ meus in te confido: non erubescã: neque irrideãt me inimici mei: eteniꝫ vniuersi, qui te expectant, nõ confundentur. Psal. Vias tuas dñe demonstra mihi: ⁊ sémitas tuas, édoce me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sãcto, Sicut erat in principio ⁊ nũc ⁊ sẽper ⁊ in secula seculoruꝫ. Amen. Quo finito repetitur Ad te leuaui animã. vsqꝫ ad psal. Hic modus repetẽdi Introitum seruatur per totum annuꝫ. Non dicitur Gloria in excelsis deo. ab hac dñica vsque ad Natiuitateꝫ domini nisi in festis. Oremus. Oratio.

Excita, q̃sumus dñe, potentiam tuam, ⁊ veni: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Ab hac die vsqꝫ ad vigiliam Natiuitatis domini, post orationem diei dicitur Oratio. Deus qui de beatę Marię, ⁊ Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt infra. Si auteꝫ facienda sit cõmemoratio alicuius festi simplicis occurrentis, post orationem





diei dicit̃ oratio de ſancto,tertia de ſancta Maria. Orō de ſctā Maria.

DEus,qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Contra perſecutores Eccleſię, Oratio.

ECcleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Ieſū Chrī. Vel pro Papa.

DEus omniū fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei quęſumus, verbo & exemplo, quibus pręeſt, proficere: vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum.

¶ Infra hebdomadas Aduentus quando dicitur Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecunda oratio erit de Aduentu, tertia de ſancta Maria, quę terminatur ſic. Per eundem dominum noſtrum Ieſum. Si autem dicatur Miſſa de feſto duplici, poſt orationem feſti dicitur oratio tantum de Aduentu. In Aduentu, de feſtis ſimplicibus non dicitur Miſſa conuentualis, ſed eorum fit tantum commemoratio.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 13 FRatres: Scientes, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. ¶ Nunc autē propior eſt noſtra ſalus, quàm cum credidimus. Nox pręceſſit: dies autem appropinquauit.) Abijciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitijs: non in contentione, & ęmulatione: ſed induimini dominum Ieſum Chriſtū. Graduale. Vniuerſi, qui te expectant, non confundentur domine. ℣. Vias tuas domine notas fac mihi: & ſemitas tuas édoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis, alleluia.

psal. 24

In ferijs Aduentus quando per hebdomadam reſumitur Miſſa de Dominica, non dicitur Alleluia, nec verſus ſequens, ſed tantum Graduale. Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 12 IN illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Erūt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis: & in terris preſſura gentiū, pręcōfuſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcentibus hominibus pręe timore, & expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tūc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate magna, & maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iā ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope

pe

pe est æstas. Ita et vos, cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Credo. Offerto.

psal. 24 Ad te leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam: neque irrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui te expectant, non confundentur. Secreta.

Hæc sacra nos domine potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per dominum nostrum Iesum.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quæsumus domine, veræ fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum, et hominem confitemur, per eius salutiferæ resurrectionis potentiam, ad æternam mereamur peruenire lætitiam.

Cōtra psecutores Ecclesiæ. Secre.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhærentes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuū. qui tecum. Vel pro Papa. Orō.

Oblatis, quæsumus domine, placare muneribus: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū. Communio. Dominus dabit

psal. 84 benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Postcommunio.

Suscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui: vt reparationis nostræ ventura sollemnia congruis honoribus præcedamus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Gratiam tuam, quæsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciāte, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius et crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Contra persecutores Ecclesiæ. Postcommunio.

Quæsumus domine Deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrū. Vel pro Papa.

Hæc nos, quæsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quē pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege, saluet semper, et muniat. Per dnm nostrum Iesum Christum filium.

Dicitur Benedicamus domino. Et sic seruatur quoties non dicitur Gloria in excelsis Deo.

¶ Si infra hebdomadas dicenda sit Missa de feria, semper resumitur Missa de dominica præcedenti, nisi propria Missa assignetur.

¶ Cum in aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, et Rogationibus, dicitur Missa de festo duplici, vel semiduplici occurrente, semper fit commemoratio de feria: et pro commemoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dominicæ præcedentis, nisi sint Quatuor tempora, in quibus habetur oratio propria.

¶ Dominica secūda de Aduentu. Statio ad sanctam Crucem in

Hierusalem. Introitus.

Isa. 30

Populus Siō, ecce dominus veniet ad saluādas gētes: ⁊ auditam faciet dominus gloriaʒ vocis sue in letitia cordis vestri. Psal. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat. Non dicitur Gloria in excelsis Deo. Oratio.

psal. 79

Excita domine corda nr̄a ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecū viuit, ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Oratio de sancta Maria.

Deus, qui de beate Marie virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omniū fidelium pastor, ⁊ rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo ⁊ exemplo, quibus preest, proficere: vt ad vitaʒ vnā cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrū Iesum Christū filium tuuʒ, Qui tecuʒ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus: per oīa secu.

Vel contra persecutores Ecclesie. Oratio.

Ecclesie tue quesumus domine. vt in Dominica preterita.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

ca. 15

Fratres: Quecunque scripta sunt: ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiaʒ ⁊ consolationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientie ⁊ solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrum secunduʒ Iesum Christum: vt vnanimes vno ore honorificetis Deum, ⁊ patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut ⁊ Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare deuʒ, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cum plebe eius, Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rursum Isaias ait. Erit radix Iesse: ⁊ qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credendo: vt abundetis in spe, ⁊ virtute spiritus sancti. Graduale.

psal. 49

Ex Sion species decoris eius: deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Alleluia, alleluia. ℣. Letatus sum in his, que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

psal. 121

In

ca. 11



In illo tēpore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi mittens duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Et respondens Jesus, ait illis. Euntes, renunciate Joanni, quę audistis, ⁊ vidistis. Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cepit Jesus dicere ad turbas de Joanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, ⁊ plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

psal. 84

Credo. Offertoriū. Deus tu cōuertens viuificabis nos, ⁊ plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam, ⁊ salutare tuum da nobis. Secreta.

Placare, quesumus domine, humilitatis nostrę precibus ⁊ hostijs: ⁊, vbi nulla suppetunt suffragia meritorum, tuis nobis succurre presidijs. Per dominū nostrū.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum ⁊ hominem confitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire letitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dominum nostrum. Uel contra persecutores Ecclesię. Secreta. Protege. vt in dñica preterita. Postcōmu.

Baruc. 4

Hierusalem surge, ⁊ sta in excelso: ⁊ vide iucunditatem, quę veniet tibi a Deo tuo. Postcommunio.

Repleti cibo spiritualis alimonię supplices te domine deprecamur: vt, huius participatione mysterij, doceas nos terrena despicere, ⁊ amare celestia. Per dominū nostrū Jesum Christū filiū.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Gratiam tuam, quesumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionē eius, ⁊ crucē, ad resurrectionis gloriam ꝑducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, quesumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege, saluet semper, ⁊ muniat. Per dominū nostrū Jesum Christū filium tuum, qui tecū viuit ⁊ re.

Uel contra persecutores Ecclesię. Postcommunio. Quesumus domine. vt in dominica preterita.

¶ Dominica iij. de Aduentu. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

psal. 4

Gaudete in domino semper: iterũ dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est: nihil soliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deum. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio. Non dicitur Gloria in excelsis Deo. Oratio.

psal. 84

Aurem tuam, quesumus domine, precibus nostrts accommoda: ⁊ mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo patre.

Oratio de sancta Maria.

Deus, qui de beate Marie virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Contra persecutores Ecclesie. Oratio.

Ecclesie tue, quesumus domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium. Vel pro Papa. Oratio. Deus omnium fidelium: vt in prima Dominica.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 4

Fratres: Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione ⁊ obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestre innotescant apud Deum. Et pax dei que exuperat omnem sensũ, custodiat corda vestra, ⁊ intelligentias vestras: in Christo Jesu Domino nostro. Graduale.

psal. 79

Qui sedes domine super cherubim, excita potentiam tuam, ⁊ veni. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Joseph. Alleluia, alleluia. ℣. Excita domine potentiam tuam, ⁊ veni: vt saluos facias nos. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

cap. 1



In illo tẽpore: Miserunt Judei ab Hierosolymis Sacerdotes ⁊ Leuitas ad Joannem, vt interrogarent eum: tu quis es? Et cõfessus est, ⁊ non negauit. Et confessus est. Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini, sicut dixit Isaias propheta. Et qui

qui missi fuerant, erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum, ⁊ dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Respondit eis Joannes, dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam eius corigiam calciamenti. Hec in Bethania facta sunt trans Jordanem, vbi erat Joannes baptizans. Credo in vnum.

psal. 84 Offertorium. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob: remisisti iniquitatem plebis tue. Secreta.

DEuotionis nostre tibi, quesumus domine, hostia iugiter immoletur: que ⁊ sacri peragat instituta mysterij, ⁊ salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per dominum nostrum Jesum Christ.

De sancta Maria. Secreta.

IN mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum veru, ⁊ hominem confitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inherentes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. qui tecum. Vel pro Papa. Secreta. Oblatis que. vt in prima Dominica. Communio. Isa. 35 Dicite pusillanimis: confortamini, ⁊ noli te timere: ecce Deus noster veniet, ⁊ saluabit nos. Postcommunio.

IMploramus, domine, clementiam tuam: vt hec diuina subsidia, a vitijs expiatos ad festa ventura nos preparent. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

De sancta Maria. Postcommunio.

GRatiam tuam, quesumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Contra persecutores Ecclesie. Postcommunio.

QUesumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Vel pro Papa. Postcommunio. Hec nos. vt in prima dominica.

¶ Feria iiij. Quatuor temporum Aduentus. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

ROrate celi desuper, ⁊ nubes pluant iustum: aperiatur terra, ⁊ germinet saluatorem. (Isa. 45) Psalmus. Celi enarrant gloriam Dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. (psal. 18) ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Post Kyrie eleison. immediate dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

PResta, quesumus, omnipotens Deus: vt redemptionis nostre ventura sollemnitas, ⁊ presentis nobis vite subsidia confe-

conferat, et eterne beatitudinis pre-
mia largiatur. Per dominum no-
strum Jesum Christum filium tuũ.

Lectio Isaie prophete.

ca. 2 IN diebus illis. Dixit Isaias propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium: et eleuabitur super colles: et fluent ad eum omnes gentes: et ibunt populi multi, et dicent. Venite, ascendamus ad montem domini, et ad domum dei Jacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, et verbum domini de Hierusalem. Et iudicabit gentes: et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Jacob venite, et ambulemus in lumine Dei nostri.

psal. 23 Graduale. Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius: innocẽs manibus et mundo corde. Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio.

FEstina, quesumus domine, ne tardaueris: et auxilium nobis superne virtutis impende: vt aduentus tui consolationibus subleuentur, qui in tua pietate confidunt. Qui viuis et regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti deus, per oĩa secula seculorũ. Amen.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beate Marie virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor, et rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo et exemplo quibus preest proficere: vt ad vitã vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus san. Vel contra persecutores Ecclesie. Oratio. Ecclesie tue. vt in dominica precedenti.

Lectio Isaie prophete.

ca. 7 IN diebus illis. Locutus est Dominus ad Achaz dicens. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, et non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium: et vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum, et eligere bonum. Graduale.

psal. 144 Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

cap. 1



In illo tẽpo. Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ Galilęę, cui nomẽ Nazareth, ad virginẽ despõsatam viro, cui nomẽ erat Joseph, de domo Dauid: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eã dixit. Aue gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque ⁊ quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: ⁊ ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deũ omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secũdum verbum tuum. **Offertorium.**

Isa. 35

Confortamini, ⁊ iaz nolite timere: ecce enim deus noster retribuet iudicium: ipse veniet, ⁊ saluos nos faciet. **Secreta.**

Accepta tibi sint, quęsumus domine, nostra ieiunia: quę ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant, ⁊ ad promissa sempiterna ꝑducant. Per dominum nostrum.

De sancta Maria, Secreta.

In mentibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptuz de virgine deum verum ⁊ hominẽ cõfitemur: per eius salutiferę resurrectionis potentiam ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Pro Papa, Secreta.

Oblatis, quęsumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuuz N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti, assidua ꝓtectione guberna. Per dominum.

Uel contra persecutores Ecclesię. Secreta. Protege nos. **vt in dominica preterita. Cõio.** Ecce, virgo concipiet ⁊ pariet filium, ⁊ vocabit nomen eius Emmanuel. **Postcõ.**

Isa. 7

Salutaris tui domine munere satiati, supplices deprecamur: vt, cuius lętamur gustu renouemur effectu. Per dominum nostrum.

De sancta Maria. Postcommunio.

Gratiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quez pastorem Ecclesię tuę preesse

esse voluisti: vnà cum commisso sibi grege saluet sẽper, & muniat. Per.
Vel contra persecutores Ecclesię.
Postcõmunio. Q uęsumus dñe. vt in Dominica preterita.

¶ Feria sexta Quatuor temporum Aduentus. Statio ad sanctos Duodecim apostolos. Introitus.

psal. 118

PRope es tu domine: & omnes vię tuę veritas: initio cognoui de testimonijs tuis: qa in ęternum tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

EXcita, quęsumus domine, potentiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis & regnas cum deo patre in vni.

De sancta Maria, Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

ECclesię tuę quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.
Vel pro Papa. D eus omnium fi. vt in feria quarta pręterita.

Lectio Isaię Prophetę.

ca. 11

HAec dicit dominus Deus. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascẽdet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit: neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: & arguet in ęquitate pro mansuetis terrę. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

psal. 84

Graduale. O stende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuũ da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



cap. 1

IN illo tẽpore: Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iuda, & intrauit in domũ Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Marię Elisabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit. Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidisti: quoniam perficientur ea,

ea, que dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Offertorium. Deus tu conuertens viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. psal. 84

Secreta.

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusque susceptis: & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Per dominum nostrum Jesum Christum.

De sancta Maria, Secreta.

In mentibus nostris, quesumus domine, vere fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum & hominē cōfitemur, per eius salutifere resurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam.

Contra persecutores Ecclesie. Secreta.

Protege nos domine, tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostrum Jesum. Vel pro Papa. Oblatis quesumus. vt in feria iiij. preterita. Communio. Ecce dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna. psal. 14

Postcommunio.

Vt nos domine sacramenti libatio sancta restauret: & à vetustate purgatos, in mysterij salutaris faciat transire consortium. Per dominum nostrum Jesum Christum.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Gratiam tuam, quesumus domine, mentibus nostris infunde: vt, q angelo nūciāte, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Contra persecutores Ecclesie. Postcommunio.

Quesumus domine, deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nost. Vel pro Papa. Postcommunio. Hec nos. vt in feria quarta preterita.

¶ Sabbato Quatuor temporum Aduentus, Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

Veni, & ostende nobis faciē tuam domine, q sedes sup cherubim, & salui erimus. psal. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Joseph. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sācto. Sicut erat in. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. psal. 79

Deus, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur, concede propitius: vt, ex tua visitatione consolemur. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spi.

Lectio Isaie prophete.

In diebus illis. Clamabunt ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab Aegypto: & cognoscent Aegyptij dominum in die illa: & colent eum in hostijs & muneribus: & vota vouebunt domino, & soluent. Et percutiet ca. 19

tiet dominus Aegyptum plaga, et sanabit eam: et reuertentur ad dominum, et placabitur eis: et sanabit eos dominus deus noster. Gradu.

psal. 18 A summo celo egressio eius: et occursus eius vsque ad summuz eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt, qui sub peccati iugo vetusta seruitute deprimimur, expectata vnigeniti filij tui noua Natiuitate liberemur. Per eundem dominum nostrum Iesum.

Lectio Isaie prophete.

ca. 35 Haec dicit dominus. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria Libani data est ei. Decor Carmeli et Saron. Ipsi videbunt gloriam domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis. Confortamini, et nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis, deus ipse veniet, et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet, sicut ceruus, claudus: et aperta erit lingua mutorum: quia scisse sunt in deserto aque, et torrentes in solitudine. Et que erat arida, erit in stagnum: et sitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. Graduale.

psal. 18 In sole posuit dominus tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsque ad summum eius. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Indignos nos, quesumus domine, famulos tuos, quos actionis proprie culpa contristat, vnigeniti filij tui aduentu letifica. Per eundem dominum nostrum.

Lectio Isaie prophete.

c. 40 Haec dicit dominus: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem. Exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iude. Ecce deus vester: ecce dominus deus in fortitudine veniet: et brachium eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo: et opus illius coram ipso. Sicut pastor, gregem suum pascet: et in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos dominus deus noster. Gradu.

psal. 79 Domine deus virtutum conuerte nos: et ostende faciem tuam, et salui erimus. ℣. Excita domine potentiam tuam: et veni, vt saluos facias nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt filij tui ventura sollemnitas, et presentis nobis vite remedia conferat, et premia eterna concedat. Per eundem dnm.

Lectio Isaie prophete.

c. 45 Haec dicit dominus Christo meo Cyro: cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo ianuas, et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram:

ram: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: vt scias, quia ego dominus, qui voco nomē tuū, deus Israel propter Jacob seruū meum, et Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, et nō cognouisti me. Ego dominus, et non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te, et non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente: quoniam absque me non est deus. Ego dominus, et non est alter: formans lucē, et creās tenebras: faciens pacem, et creans malum. Ego dominus, faciens omnia hec. Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorem: et iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. **Graduale.**

Psal. 79

Excita domine potentiam tuam: et veni, vt saluos facias nos. ℣. Qui regis Israel, intende: qui deducis, velut ouem, Joseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, et Manasse. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. **Oratio.**

Preces populi tui, quesumus domine, clementer exaudi: vt, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis et regnas cum.

Lectio Danielis prophete.

Ca. 3

In diebus illis: Angelus domini descendit cum Azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquā molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deū in fornace, dicentes. **Hymnus.**

Da. 3

Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictū nomen glorie tue: quod est sanctum. Et laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super thronum sanctū regni tui. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es qui sedes super Cherubim intuens abyssos. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorū, et super vndas maris. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicant te omnes angeli, et sancti tui. Et laudent te, et glorificent in secula. Benedicāt te celi, et terra, mare, et oīa que in eis sunt. Et laudent te, et glorificent in secula. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Et laudabili et glorioso in secula. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum, amen. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula.

Hic dicitur ℣. Dominus vobiscū. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede

cede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum Jesum.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero verbum tuũ, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo & exemplo, quibus pręest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrũ Jesum. Uel contra persecutores Ecclesię. Ecclesię tuę. vt in feria vj. pręcedenti. Lectio epistolę beati pauli apostoli ad Thessalonicẽses.

2. c. 2 FRatres: Rogamus vos per aduentum domini nostri Jesu Christi, & nostrę congregationis in ipsum: vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreámini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquã per nos missam, quasi instet dies domini. Nequis vos seducat vllo modo: quoniam, nisi venerit discessio primum: & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostẽdens se tanquam sit deus. Non retinetis, quòd cum adhuc essem apud vos, hęc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Jesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui. Tractus.

Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Joseph. ℣. Qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. ℣. Excita domine potentiã tuam, & veni: vt saluos facias nos. psal. 79

Euangelium. Anno quintodecimo Imperij. vt in sequenti Missa.

Offerto. Exulta satis filia Sion: prędica filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi, sanctus, & Saluator. Zac. 9

Secreta. SAcrificijs pręsentibus, quęsumus domine, placatus intẽde: vt & deuotioni nostrę proficiant, & saluti. Per dominum.

De sancta Maria. Secreta.

IN mentibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deũ verum & hominẽ cõfitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Pro Papa. Secreta.

OBlatis, quęsumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dñm. Uel contra persecutores Ecclesię. Secre. Protege. vt in feria vj. pręcedenti. Cõmunio. Exultauit vt gigas ad currendã viam: à summo cęlo egressio eius, & occursus vsq; ad summum eius. psal. 18

Postcõ. QUęsumus domine Deus noster:

ster: vt hęc sacrosancta mysteria, quę pro reparationis nostrę munimine contulisti, & pręsens nobis remediū esse facias & futurum. Per dominū nostrū Iesum Christū filiū tuum &c.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Gratiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius & crucem, ad resurrectionis gloriā perducamur.

Pro Papa. Postcommunio.

Hęc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: & famulum tuū N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vnà cum cōmisso sibi grege, saluet semper, & muniat. Per dñm.

Vel contra persecutores Ecclesię. Postcōmunio. Quęsumus dñe. vt in feria vj. pręcedenti.

¶ Dominica quarta de Aduentu.

Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

Isa. 45

Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Psal. Celi enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui san. Sicut erat. Orō.

psal. 18

Excita domine potentiam tuam, & veni: & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratię tuę, quod nostra peccata prępediunt, indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spūs. &c.

De sancta Maria. Oratio.

Deus qui de beatę Marię virginis vtero verbum tuum, angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: pręsta supplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum nostrum.

Vel pro Papa. Deus omnium fideliū pa. vt in Sabbato pręcedenti.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.c.4

Fratres: Sic non existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quęritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū. Et tunc laus erit vnicuique à Deo.

Gradua. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem domini loquatur os meū, & benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuę Israel. Alleluia.

psal. 144

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

Anno

ca. 3



Anno quintodecimo imperij Tiberij Cęsaris, procurante Pontio Pilato Judęam, tetrarcha autem Galilęę Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Jturęę ⁊ Traconitidis regionis, ⁊ Lysania Abilinę tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna, ⁊ Caipha: factum est verbum domini super Joannem Zacharię filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis prędicans baptismum penitentię in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Jsaię prophetę. Uox clamantis in deserto. Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons, ⁊ collis humiliabitur. Et erunt praua in directa: ⁊ aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.

Jsa. 40

Lu. 1

Credo. Offerto. Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

Sacrificijs pręsentibus, quęsumus domine, placatus intende: vt ⁊ deuotioni nostrę proficiant, ⁊ saluti. Per dominum nostrū Je.

De sancta Maria. Secreta.

In mentibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine Deum verum ⁊ hominem cōfitemur, per eius salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Cōtra persecutores Ecclesię. Secre.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum.

Uel pro papa. Secreta. Oblatis. vt in Sabbato pręcedenti. Cōmunio. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel. Postcommunio.

Jsa. 7

Sumptis muneribus, quęsumus domine: vt cum frequentatione mysterij crescat nostrę salutis effectus. Per dominum nostrū.

De sancta Maria. Postcōmunio.

Gratiam tuam, quęsumus domine, mentibus nostris infunde: vt, qui angelo nunciante, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius ⁊ crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Contra persecutores Ecclesię. Postcommunio.

Quęsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Jesuz Christū.

Uel pro Papa. Postcommunio. Hęc nos. vt in dnīca pręcedenti.

¶ Si vigilia Natiuita. dnī venerit in dominica, totū officium Missę fit de vigilia, cuz cōmemo. dominicę.

¶ In vigilia Natiuitatis domini. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

Hodie scietis quia veniet dominus, ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriā eius. Psalm. Domini est terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum, ⁊ vniuersi qui habi-

Exo. 16

psal. 23

habitant in eo. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut. Oratio.

Deus qui nos redemptionis nostrę annua expectatione lętificas: presta, vt vnigenitum tuũ, quẽ redemptorẽ lęti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Et dicitur hęc oratio tantum, nisi vigilia venerit in Dominica.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 1 Fratres: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, (quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis) de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui pdestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Per quem accepimus gratiam et apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis et vos vocati Iesu Christi domini nostri. Graduale.

Exo. 16 Psal. 79 Hodie scietis, quia veniet dominus, et saluabit nos: et mane videbitis gloriam eius. ℣. Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem, Ioseph: qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin, et Manasse. Non dicit Alleluia, cum sequenti versu: nisi hęc vigilia venerit in Dominica. Alleluia, alleluia. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terrę: et regnabit super nos Saluator mundi, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij. secundum Mattheum.



ca. 1 In illo tempore: Cum esset desponsata mr̃ Iesu Maria Ioseph: antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hęc autem eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei, dicens. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Offertorium. Tollite portas principes vestras, et eleuamini portę ęternales, et introibit rex glorię. psal. 23 Secreta.

Da nobis, quęsumus omnipotens deus: vt sicut adoranda filij tui natalitia preuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Qui tecũ. Cõio. Reuelabitur gloria domini: et videbit omnis caro salutare dei nostri. Isa. 40 Postcõmunio.

Da nobis, quęsumus domine, vnigeniti tui recensita Natiuitate respirare: cuius celesti mysterio pascimur et potamur. Per eundem dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti etc.

¶ Sacerdos, quoniam in die Natalis domini celebrat tres Missas, in prima et secũda Missa non sumat purificationem, sed in tertia missa.

IN NATIVITATE DOMINI.

Ad primam Missam in nocte Natalis domini. Statio ad sanctã Mariam maiorem ad presepe. Introitus.

ps. 2



DOminus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. psal's. Quare fremuerunt gentes: ⁊ populi meditati sũt inania: ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui hanc sacratissimã noctẽ veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̃s: vt, cuius lucis mysteria in terra cognouimus, eius quoq; gaudijs ĩ celo pfruamur. Qui tecum viuit ⁊c. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Titum.

ca. 2

CArissime: Apparuit gr̃a dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatem, ⁊ secularia desideria, sobriè, ⁊ iustè, ⁊ piè viuamus in hoc seculo: expectantes beatã spem, ⁊ aduentum glorie magni dei, ⁊ Saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hec loquere, ⁊ exhortare: in Christo Jesu domino nostro.

psal. 109

Grad. Tecum principiũ in die virtutis tue: in splẽdoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Alleluia, alleluia.

ps. 2

℣. Dñs dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te, Alleluia.

Sequ. sancti euangelij s̃m Lucam.

ca. 2



IN illo tempore: Exijt edictum à Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima, facta est à preside Syrie Cyrino. Et ibant omnes: vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem ⁊ Joseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Judeam, in ciuitatem Dauid que vocatur Bethleem: eo quod esset de domo ⁊ familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, pregnante. Factum est autem: cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum: ⁊ pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in presepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eàdem vigilãtes, ⁊ custodientes vigilias noctis super gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulsit illos: ⁊ timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnum, quod erit oĩ populo: quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signũ. Inuenietis infantem pannis inuolutũ: ⁊ positũ in p̃sepio. Et subito facta est cũ angelo multitudo militie celestis laudãtiũ deũ, ⁊ dicẽtiũ. Gloria in altissimis Deo: ⁊ in terra pax hoibus bone voluntatis. Credo. Offerto.

psal. 95

Letētur celi: et exultet terra ante faciem dñi: quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi sit domine, quesumus, hodierne festiuitatis oblatio: vt tua gratia largiēte, per hec sacrosancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum est nostra substantia. Qui te. Prefatio.

Aeterne deus. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vsque ad Epiphaniam. Infra actionez. Cōmunicantes et noctem sacratissimaz celebrantes. Et dicitur quotidie vsque ad octauam Natiuitatis tantum inclusiue. In hac missa tantum dicitur noctem, deinceps vero diem. Cōmunio. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Postcommunio.

psal. 109

Da nobis, quesumus, domine deus noster: vt qui Natiuitatez dñi nostri Jesu Christi mysterijs nos frequentare gaudemus, dignis cōuersationibus ad eius mereamur peruenire consortium. Qui tecum.

¶ Debet Sacerdos ante quamuibet Missam confessionem dicere, et in fine cuiuslibet populo benedicere, et Euangelium Sancti Joannis, In principio erat verbum legere. Post tertiaz vero missam, loco predicti euangelij dicitur euangelium, Cum natus esset Jesus. quod in die Epiphanie legitur. folio. 20.

¶ Ad secūdā missā in Aurora. Statio ad sanctā Anastasiaz. Introitus.

Is. 9



Lux fulgebit hodie super nos: quia natus est nobis dñs: et vocabitur admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri seculi: cuius regni nō erit finis.

M. N. R.

Psalmus. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, et precinxit se. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

psal. 92

Da nobis, quesumus, omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfūdimur, hoc in nostro resplendeat opere, quod per fidem fulget in mēte. Per do.

Pro sancta Anastasia. Cōmemo.

Da, q̄sumus, ops deus: vt qui beate Anastasie martyris tue sollemnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominuz.

Lectio eple btī Pauli apli ad Titū.

ca. 3

Charissime: Apparuit benignitas et humanitas Saluatoris nostri Dei: nō ex operibus iustitie, que fecimus nos: sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus sancti, quez effudit in nos abunde per Jesum Christuz saluatorē nostrū: vt iustificati gratia ipsius heredes simus scdm spē vite eterne, in Christo Jesu dño nostro.

Grad. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs, et illuxit nobis. ℣. A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dñs fortitudinē, et precinxit se virtute. Alleluia. Seq. scti euangelij fm Lucaz.

psal. 117



cap. 2

In illo tempore: Pastores loquebantur adinuicem. Transeamus vsque Bethleem: et videamus hoc verbū, quod factum est quod fe-

cit dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Joseph, & infantem pósitum in præsepio. Videntes autem, cognouerunt de verbo, quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt, & de his, quę dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hęc, cónferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes deum in omnibus quę audierant, & viderant: sicut dictum est ad illos. Credo. **Offertorium.** Deus firmauit orbem terrę: qui non commouebitur: parata sedes tua deus ex tunc, à seculo tu es. (ps. 92) **Secreta.**

Munera nostra, quęsumus domine, Natiuitatis hodiernę mysterijs apta proueniant, & pacẽ nobis semper infundant: ut sicut homo genitus idem refulsit deus, sic nobis hęc terrena substantia conferat quod diuinum est. Per dñm.

Pro sancta Anastasia. Secreta.

Accipe, quęsumus domine, munera dignanter oblata, & beatę Anastasię suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxilium prouenire concede. Per dominũ nostrum. **Præfatio, & Communicantes. vt supra. Cõmunio.** Exulta filia Sion, lauda filia Hierusalẽ: ecce rex tuus venit sanctus, & saluator mundi. (Zac. 9) **Postcommunio.**

Huius nos domine sacramenti semper nóuitas Natalis instauret, cuius Natiuitas singularis humanã répulit vetustatẽ. Per do.

Pro sancta Anastasia. Postcõio.

Satiasti domine familiam tuã muneribus sacris: eius, quęsumus, interuentione nos réfoue cuius sollẽnia celebramus. Per dñũ.

¶ Ad tertiam Missam in die Natalis domini. Statio ad sanctam Mariam Maiorẽ. Introitus.

Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super húmerum eius: & vocabitur nomen eius magni consilij angelus. (Is. 9) **Psalmus.** Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. (psal. 97) ℣. Gloria patri, & filio, & spi. **Oratio.**

Concede, quęsumus, omnipotẽs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta serui tus tenet. Per do. **Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.**

Fratres: Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit hęredẽ vniuersorum: per quem fecit & sęcula. (ca. 1) Qui cum sit splendor glorię, & figura substantię eius, portansque omnia verbo virtutis suę: purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius pręillis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et rursum, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et cum iterũ introducit primogenitum in orbem terrę, dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem

dicit.

dicit. Qui facit angelos suos spiritus: ⁊ ministros suos, flammã ignis. Ad filium autem. Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga equitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, Deus tuus, oleo exultationis, pre participibus tuis. Et, tu in principio domine terram fundasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: ⁊ omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, ⁊ mutabuntur. Tu autem idem ipse es, ⁊ anni tui nõ deficient. Grad. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate Deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suã. Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, ⁊ adorate dominum, quia hodie descendit lux magna super terram. Alleluia. Initium sancti euangelij secundum Joannem.

psal. 97

ca. 1



In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipsum factus est: ⁊ mundus eum non cognouit. In propria venit: ⁊ sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis (⁊ vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre) plenum gratie ⁊ veritatis. Credo in vnum. Offertorium. Tui sunt celi, ⁊ tua est terra: orbem terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

psal. 88

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque per hec a peccatorũ nostrorum maculis emunda. Per eundẽ dominũ nostrũ. Prefatio, ⁊ Communicantes. vt supra in prima Missa. Communio. Viderunt omnes fines terre salutare Dei nostri.

psal. 97

Postcommunio.

Presta, quesumus, omnipotẽs Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor: ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula sec.

¶ In festo sancti Stephani protomartyris. Statio ad sanctum Stephanum in Celio monte. Introitus.

psal. 118

Ederunt principes, & adversũ me loquebãtur: & iniqui persecuti sunt me: adiuva me domine deus meus: quia servus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. psal. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio.

Da nobis, q̃s dñe, imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui novit etiã pro persecutoribus exorare dñm nostrũ Iesuz Christum filium tuum. Qui tecum.

Et fit cõmem. de Nativita. Oratio.

Concede, quęsumus, omnipotens deus: ut nos unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per eundem dñm.

Lectio actuum Apostolorum.

ca. 6 In diebus illis: Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quę appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cũ Stephano: & non poterant resistere sapientię & spiritui, qui loquebatur. ca. 7 Audientes autem hęc, dissecabãtur cordibus suis, & stridebãt dentibus in eũ. Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in cęlum vidit gloriaz dei, & Iesum stãtem à dextris virtutis dei, & ait. Ecce video cęlos apertos: & filiũ hominis stantem à dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas: & impetũ fecerunt unanimiter in eum. Et eiicientes eum extra civitatez, lapidabant. Et testes deposuerũt vestimẽta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Dñe Iesu, accipe spiritũ meuz. Positis autem genibus, clamavit voce magna, dicẽs. Dñe ne stãtuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in dño. Gradua.

psal. 118

Sederunt principes, & adversum me loquebantur: & iniqui persecuti sunt me. ℣. Adiuva me domine deus meus: salvuz me fac propter misericordiam tuã. Alleluia, alleluia. ℣. Video cęlos apertos, & Iesuz stãtem à dextris virtutis dei, Alleluia.

Act. 7

Seq. scti evange. scdm Mattheum.

ca. 23 In illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudęorum, & principibus sacerdotũ. Ecce, ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & persequémini de civitate in civitatez: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, q effusus est super terram: à sanguine Abel iusti usqz ad sanguinez Zacharię filij Barachię, quez occidistis inter templũ & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia super generationez istã. Hierusalem hierusalez, quę occidis prophetas, & lápidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas: & noluisti: Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis ámodo, donec dicatis. Benedictus q venit in nomi-

nomine domini. Credo. Offerto.
Elegerunt apostoli Stephanũ le-
uitam, plenum fide & spiritu sancto:
quem lapidauerunt Iudęi orantem
& dicentem: domine Iesu, accipe spi
ritum meum, Alleluia. Secreta.
Suscipe domine munera pro
tuorum commemoratione san
ctorũ: vt, sicut illos passio gloriosos
effecit, ita nos deuotio reddat inno
cuos. Per dominum nostrũ Iesum.
Pro Natiuitate domini. Secreta.
Oblata domine munera, noua
vnigeniti tui Natiuitate sancti
fica: nosq; p hęc à peccatorum no-
strorum maculis emunda. Per eun
dẽdñm. Cõmunio. Video celos a-
pertos, & Iesum stantẽ à dextris vir
tutis dei: domine Iesu, accipe spiri-
tum meum: & ne statuas illis hoc pec
catum. Postcommunio.

Act. 7

Auxilientur nobis domine sum
pta mysteria: & intercedente
beato Stephano ꝓtomartyre tuo,
sempiterna protectione confirmẽt.
Per dominum nostrum Iesum.
Pro Natiuitate. Postcõmunio.
Presta, quęsumus, omnipotẽs
Deus: vt natus hodie Salua-
tor mundi, sicut diuinę nobis gene-
rationis est auctor, ita & ĩmortalita-
tis sit ipse largitor. Qui tecum viuit.

¶ In festo San. Ioannis apostoli & euangelistę. Statio ad sanctam Mariam maiorẽ. Introitus.

Eccle. 15

In medio eccle
się aperuit os
eius: & impleuit
eũ domin⁹ spi
ritu sapiẽtię, &
itellect⁹: stolã
glię iduit eũ.
psal. Bonum

psal. 61

est confiteri domino: & psallere no-
mini tuo altissime. ℣. Gloria patri.
Ecclesiam tuam domi- Orõ.
ne benignus illustra: vt beati
Ioannis apostoli tui & Euangelistę
illuminata doctrinis, ad dona pue-
niat sempiterna. Per dominũ no.
Pro Natiuitate. Oratio.
Concede, quęsumus, omnipo
tens Deus: vt nos vnigeniti
tui noua per carnem Natiuitas libe-
ret: quos sub peccati iugo vetusta
seruitus tenet.
Pro sancto Stephano. Oratio.
Da nobis, quęsumus domine,
imitari quod colim⁹: vt disca
mus & inimicos diligere: quia eius
natalitia celebramus, qui nouit e-
tiã pro persecutoribus exorare do-
minum nostrũ Iesum Christũ filiũ
tuũ. Qui te. Lectio libri Sapientię.

Eccl. 15

Qui timet deum, faciet bona: &
qui continens est iustitię, ap-
prehendet illam: & obuiabit illi quasi
mater honorificata. Cibabit illũ pa
ne vitę & intellectus: & aqua sapien-
tię salutaris potabit illum. Et firma-
bitur in illo: & non flectetur: & conti-
nebit illũ, & non confundetur: & exal
tabit illum apud proximos suos. In
medio Ecclesię aperiet os ei⁹: & im
plebit eum dominus spiritu sapien-
tię & intellectus: & stolam glorię in-
duet eum. Iucunditatem & exulta-
tionem thesaurizabit super eũ: & no
mine ęterno hęreditabit illum do-
minus deus noster. Graduale.

Ioã. 21

Exijt sermo inter fratres, quòd di-
scipulus ille non moritur: & non di-
xit Iesus, nõ moritur. ℣. Sed sic eũ
volo manere donec veniam, tu me-
sequere. Alleluia, alleluia. ℣. Hic
est discipulus ille, qui testimonium
per-

perhibet de his: ⁊ scimus quia verum est testimonium eius, alleluia.

Seq. sancti euang. scdm Joannem.

ca. 21



In illo tempore: Dixit Jesus Petro: sequere me. Cõuersus Petrus, vidit illuʒ discipulũ, queʒ diligebat Jesus, sequentẽ: q ⁊ recubuit in cena super pectus eius, ⁊ dixit: Domine: quis est qui tradet te? Hũc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu. Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus. Sic eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille nõ moritur. Et non dixit ei Jesus, quia nõ moritur: sed sic euʒ volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, ⁊ scripsit hec. Et scimus, quia verum est testimonium eius, Credo. Offertoriũ. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta.

psal. 91

Suscipe domine munera, que in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dñm nostrũ.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; per hec à peccatoruʒ nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe domine munera pro tuoruʒ commemoratione sanctorũ: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominũ. Communio.

Joã 21

Exijt sermo inter fratres, quòd discipulus ille non moritur: ⁊ nõ dixit Jesus, non moritur, sed, sic euʒ volo manere donec veniam. Postcõio.

Refecti cibo potuq; celesti deus noster te supplices deprecamur: vt in cuius hec cõmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Pro Natiui. Postcõ.

Presta, quesumus, omnipotẽs Deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor, ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcõio.

Auxilientur nobis domine sũpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Per dominum nostrum Je.

¶ In sanctorũ Innocentium. Statio ad sanctum Paulũ. Introitus.

psal. 8

Ex ore infantiũ deus ⁊ lactentiuʒ, perfecisti laudẽ propter inimicos tuos. psal. Domine dñs noster, quã admirabile est nomen tuuʒ in vniuersa terra. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Nõ dicitur Gloria in excelsis Deo. nec Alleluia. nec Ite missa est. nisi hoc festum venerit in Dominica: sed in octaua semper dicuntur. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconium Innocentes martyres, non loquendo, sed moriẽdo cõfessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quã lin-

lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dñm nostrũ.

Pro Natiuitate. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus, vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

Da nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dñm nostrũ Jesum Christũ filiũ tuũ.

Pro sancto Joanne. Oratio.

Ecclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ⁊ euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominum nostrũ.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

ca.14

In diebus illis: Vidi supra mõtem Sion agnum stantem, ⁊ cum eo centum quadragintaquatuor millia habentes nomen eius ⁊ nomen patris eius scriptum in frõtibus suis. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum: ⁊ tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem dei, ⁊ ante quatuor animalia, ⁊ seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum, quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitie deo ⁊ agno: ⁊ in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Gradu. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit celum ⁊ terrã. psal. 123

Alleluia, alleluia. ℣. Laudate pueri dominum, laudate nomen domini, alleluia. psal. 112 Tractus subscriptus semper dicitur pretermisso Alleluia. nisi hoc festum venerit in dominica. In octa. vero nunquam dicitur Tractus.

Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam in circuitu Hierusalem. psal. 78 ℣. Et nõ erat qui sepeliret. ℣. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

Seq. sancti euang. scdm Mattheũ.



ca.2

In illo tempore: Angelus domini apparuit in somnis Joseph, dicens. Surge, ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius, ⁊ fuge in Aegyptum: ⁊ esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgẽs accepit puerum ⁊ matrem eius nocte, ⁊ secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitũ Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes, videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde. Et mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, ⁊ in omnibus finibus

nibus eius, à bimatu ⁊ infra secun-
dũ tempus quod exquisierat à Ma-
gis. Tunc adimpletum est quod di-
ctũ est per Hieremiã prophetam,
dicentem. Vox in Rama audita est,
ploratus ⁊ vlulatus multus, Rachel
plorans filios suos: ⁊ noluit consola-
ri, quia non sunt. Credo. Offerto.
psal. 123
Anima nostra sicut passer, erepta
est de laqueo venãtiũ: laqueus cõtri-
tus est, ⁊ nos liberati sumus. Secr.
Sanctorum tuorum domine
nobis pia nõ desit oratio, quę
⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuã no-
bis indulgentiam semper obtineat.
Per dominum nostrum Jesum.

Pro Natiuitate. Secreta.
Oblata domine munera, noua
vnigeniti tui Natiuitate sãcti-
fica: nosque per hęc à peccatorum
nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.
Suscipe, domine, munera pro
tuorum commemoratione san-
ctorum: vt, sicut illos passio glo-
riosos effecit, ita nos deuotio red-
dat innocuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.
Suscipe domine munera, quę
in eius tibi sollemnitate deferi-
mus: cuius nos confidimus patro-
cinio liberari. Per dominum no.
Communio. Vox in Rama audita
Hie. 31
est, ploratus ⁊ vlulatus, Rachel plo-
rans filios suos: ⁊ noluit consolari,
quia non sunt. Postcommunio.
Votiua domine dona percepi-
mus: quę sanctorũ nobis pre-
cibus, ⁊ presẽtis quęsumus vitę pa-
riter ⁊ ęternę tribue conferre subsi-
dium. Per dominũ nostrũ Jesum.

Pro Natiuitate. Postcõio.
Presta, quęsumus: omnipotẽs
Deus: vt natus hodie Saluator
mundi, sicut diuinę nobis genera-
tionis est auctor, ita ⁊ immortalita-
tis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcõiõ.
Auxilientur nos domine sum-
pta mysteria: ⁊ intercedente
beato Stephano, ꝓtomartyre tuo,
sempiterna protectione confirmẽt.

Pro sancto Joanne. Postcõmu.
Refecti cibo, potuque cęlesti
deus noster, te supplices depre-
camur: vt in cuius hęc cõmemora-
tione percepimus, eius muniamur
⁊ precibus. Per dominũ nostrũ.

¶ Si festũ sancti Thomę venerit
in dñica, trãsfertur in sequentẽ diẽ.

¶ In festo sancti Thomę episcopi
⁊ martyris. Introitus.

Gaudeamus om-
nes in domino,
diẽ festum cele-
brãtes sub hono-
re bti Thomę
martyris: de cu-
ius passione gau-
dẽt angeli, ⁊ col-
laudant filiũ dei. Psal. Exultate
psal. 32
iusti in domino: rectos decet collau-
datio. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio.
Deus, pro cuius ecclesia glorio-
sus põtifex Thomas gladijs
impiorũ occubuit: presta quęsumꝰ:
vt omnes, qui eiꝰ implorãt auxiliũ,
petitionis suę salutarẽ consequãtur
effectum. Per dñm nostrũ Jesũ.

Pro Natiuitate domini. Oratio.
Concede, quęsumus, omnipo-
tens Deus: vt, nos vnigeniti
tui noua per carnẽ Natiuitas libe-
ret, quos sub peccati iugo vetusta
seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dñm nostrũ Iesum Christũ filiũ tuum. Pro S. Joanne. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

DEus, cuius hodierna die preconium Innocentes martyres non loquendo sed moriendo cõfessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quã lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 5

FRatres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui cõdolere possit his qui ignorant et errãt: quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre ꝓ peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic et Christus non semetipsuz clarificauit vt põtifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Queadmodum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinez Melchisedech. Graduale.

Ecc. 44

EEcce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legẽ excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus, et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

Joã. 10



ca. 10

IN illo tempore. Dixit Iesus Phariseis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, et q non est pastor, cuius non sunt oues proprie, videt lupum venientem, et dimittit oues, et fugit: et lupus rapit, et dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: et non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater, et ego agnosco patrem: et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, que nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocẽ meam audient: et fiet vnum ouile, et vnus pastor. Credo in vnum. Offerto.

psal. 20

POsuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitaz petijt à te, et tribuisti ei, alleluia. Secre.

MUnera tibi domine dicata sanctifica, et intercedente beato Thoma martyre tuo atque pontifice: per eãdem nos placatus intende. Per dominum nostrum Iesuz.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui natiuitate sãctifica: nosqz ꝓ hec à peccatorũ nostrorum

rum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe domine munera pro tuorū cōmemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. **Pro sancto Joanne. Secre.**

Suscipe domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: quę ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum Je.

Joā. 10

Communio. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me męę. **Postcōmunio.**

Hec nos communio domine purget à crimine: ⁊ intercedēte beato Thoma martyre tuo, atq; pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dn̄m nostrum Jesum Christum filium tuum, qui.

Pro Natiuitate. Postcōmunio.

Presta quęsumus omnipotens deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcō.

Auxilientur nobis dn̄e sumpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione cōfirmēt.

Pro sancto Joanne. Postcōmu.

Refecti cibo potuq; cęlesti, deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione pcepimus, eius muniamur ⁊ pcibus. **Pro Innocen. Postcō.**

Votiua domine dona percepimus: quę sanctorum nobis precibus, ⁊ pręsentis quęsumus vitę pariter, ⁊ ęternę tribue conferre subsidium. Per dominum nostrū.

¶ Si festum Natiuitatis domini, san. Stephani, san. Joannis, ⁊ sanctorum Innocentiū, venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica: sed die proximo post festum sancti Thomę martyris dicitur Missa de Dominica. Si autem festum sancti Thomę venerit in Dominica, dicitur Missa de Dominica cum cōmemoratione de octauis, ⁊ festum sancti Thomę transfertur in secundam feriam. Si vero post festū san. Thomę fuerit Sabbatum, ipsa die Sabbati dicitur Missa de octaua Natiuitatis cum cōmemoratione de alijs octauis. Et in die S. Siluestri fit officium de festo cum cōmemoratione de Dn̄ica, ⁊ de octauis.

¶ **Missa de Dn̄ica infra octauam Natiuitatis domini. Introitus.**

Sap. 8

Dum medium silentiū tenerent omnia, ⁊ nox in suo cursu medium iter haberet: omnipotēs sermo tuus domine, de cęlis à regalibus sedibus venit. **Psal.** Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit se. **℣.** Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui san. **Oratio.**

psal. 92

Omnipotens sempiterne deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abūdare. Per eundem dominum no.

Et fit commemoratio de octauis.
Pro Natiuitate. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

Da nobis, quesumus domine, imitari quod colimus: vt discamus et inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Pro sancto Joanne. Oratio.

Ecclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dñm.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 4

Fratres: Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est, vsque ad prefinitum tempus à patre. Ita et nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factũ ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erãt, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba, pater. Itaque iam non est seruus: sed filius. Quod si filius: et heres per deum. Gradu.

Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. psal. 44

℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Alleluia, alleluia.

℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem, et precinxit se virtute, alleluia. psal. 92

Sequen. san. euange. scdm Lucam.



ca. 2

In illo tempore: Erant Joseph, et Maria mater Jesu, mirantes super his, que dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeõ, et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam: et in resurectionem multorum in Israel: et in signum cui contradicetur: et tuam ipsius animã pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordib⁹ cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hec processerat in diebus multis, et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hec vidua vsque ad annos octogintaquatuor: que non discedebat de templo, ieiunijs et obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hec, ipsa hora superueniens, confitebatur domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia

omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, ⁊ confortabatur: plenus sapientia: ⁊ gratia dei erat in illo. Credo. Offertorium. Deus firmauit orbem terre, qui non commouebitur: parata sedes tua deus, ex tunc a seculo tu es. Secreta.

psal. 92

CONcede q̄sumus, omnipotens deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis pie deuotionis obtineat, ⁊ effectū beate perennitatis acquirat. Per do.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosque per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda.

Pro sancto Stephano. Secreta.

SUscipe domine munera, pro tuorum commemoratione sanctorū: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Pro sancto Joanne. Secre.

SUscipe domine munera, que in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

SAnctorum tuorum domine nobis pia non desit oratio, que ⁊ munera nostra conciliet, ⁊ tuā nobis indulgentiam semper obtineat. Per dn̄m. Cōio. Tolle puerum ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terrā Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcommunio.

mat. 2

PEr huius domine operationē mysterij, ⁊ vitia nostra purgentur, ⁊ iusta desideria compleantur. Per dominum nostrū Jesum.

Pro Natiuitate. Postcōmunio.

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt natus hodie Saluator mundi, sicut diuine nobis generationis est auctor, ita ⁊ immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano. Postcō.

AUxilientur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirment. Pro sancto Joāne. Postcō.

REfecti cibo potuque celesti Deus noster te supplices deprecamur: vt, in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Postcōio.

UOtiua domine dona percepimus: que sanctorū nobis precibus, ⁊ presentis quesumus vite pariter ⁊ eterne tribue conferre subsidium. Per dominum nostrum Je.

¶ Missa de octaua Natiuitatis domini. Introitus.

PUer natus est nobis, ⁊ filius datus est nobis: cuius imperiū super humerū eius: ⁊ vocabitur nomē eius magni consilij angelus. psalmus. Cātate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Is. 9

psal. 97

COncede quesumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem dn̄m.

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quesumus, domine imitari quod colimus: vt discamus

scam⁹ ꝛ inimicos diligere: q̄ꝛ eius na talitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominū nostrū Jesum Christū filiū tuū.

Pro sancto Joanne. Oratio.

Ecclesiā tuā domine benignus illustra: vt beati Joannis apostoli tui ꝛ euangelistę illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconium Innocētes martyres non loquendo sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.

ca. 3 Charissime: Apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei: non ex operibus iustitię, quę fecimus nos: sed scd̄m suam misericordiā saluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis, ꝛ renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde per Jesum Christum saluatorem nostrū: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitę ęternę: In Christo Jesu domino nostro.

Graduale. Viderunt omnes fines terrę salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fecit dominus salutare suū: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. (psal. 97) Alleluia, alleluia. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes, ꝛ adorate dominum: quia hodie descēdit lux magna sup terram, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 2 In illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicē. Transeamus vsque Bethleem: ꝛ videamus hoc verbum: quod factum est: quod fecit dominus, ꝛ ostendit nobis. Et venerunt festinantes, ꝛ inuenerunt Mariam, ꝛ Joseph, ꝛ infantem positum in presepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: ꝛ de his quę dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hęc, cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes ꝛ laudantes deum in omnibus quę audierant, ꝛ viderāt: sicut dictū est ad illos. Credo in vnum Deum patrē.

Offerto. Tui sunt celi, ꝛ tua est terra: orbem terrarum, ꝛ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia ꝛ iudicium preparatio sedis tuę. (psal. 88)

Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sanctifica: nosq; p hęc à peccatorū nostrorū maculis emunda. Per eundem.

Pro sancto Stephano. Secreta.

Suscipe dn̄e munera pro tuorū commemoratione sanctorum: vt, sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe dn̄e munera, q̄ in eius tibi sollemnitate deferim⁹: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari.

Pro Innocētibus. Secreta.

Sanctorum tuorū domine nobis pia non desit oratio: quę ꝛ munera nostra cōciliet, ꝛ tuā nobis indulgētiam semper obtineat. Per.

Cōio. Viderunt omnes fines terrę salutare dei nostri. (psal. 97)

Postcōmunio.

Presta, quęsumus, ops̄ deus: vt natus hodie saluator mundi, sicut diuinę nobis generationis est auctor, ita ꝛ immortalitatis sit ipse largitor.

largitor. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Pro sancto Stephano. Postcō.

AUxilientur nobis domine sūpta mysteria: ⁊ intercedente btō Stephano protomartyre tuo, sēpiterna protectione confirment.

Pro sancto Joanne. Postcōio.

REfecti cibo potúq; celesti deus noster, te supplices deprecamur: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Pro Innocentibus. Postcommunio.

VOtiua domine dona percépimus: que sanctoruz nobis precibus, ⁊ presentis, quesumus, vite pariter ⁊ eterne tribue conferre subsidium. Per dominum nostruz Je.

¶ Si festum sancti Syluestri in dominica venerit, dicitur Missa de eo, cum cōme. de dñica, ⁊ de octauis.

¶ In die sācti Syluestri Pape, ⁊ confessoris. Introitus.

psal. 131



SAcerdotes tui domine induāt iustitiaz, ⁊ sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuū nō auertas faciem Christi tui. ps. Mémēto dñe Dauid, ⁊ omnis māsuetudinis eius. ℣. Gloria pa. Oratio.

DA, quesumus, omnipotens deus: vt beati Syluestri confessoris tui atque pontificis venerāda sollemnitas, ⁊ deuotionez nobis augeat, ⁊ salutem. Per dominum.

Pro Natiuitate. Oratio.

COncede, q̄sumus, ops deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem Natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet.

Pro sancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quesum⁹ dñe, imitari quod cólimus: vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiaz pro psecutoribus exorare dominū nostrum Jesum Christum filium tuū.

Pro sancto Joanne. Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Joānis apostoli tui ⁊ euāgeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Pro Innocētibus. Oratio.

DEus, cuius hodierna die pconiū Innocētes martyres nō loquendo sed moriēdo cōfessi sunt: oīa in nobis vitiorū mala mortifica: vt fidē tuā, quā līgua nostra loquit', etiā moribus vita fateat'. Per. Lcō eplē btī Pauli aplī ad Timotheū.

2.c.4

CHarissime: Testificor coram deo ⁊ Christo Jesu q iudicaturus est viuos ⁊ mortuos, per aduētū ipsius, ⁊ regnum eius. Predica verbū: insta opportunè, importune, argue, obsecra, increpa in oī patientia, ⁊ doctrina. Erit enim tēpus, cuz sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: ⁊ à veritate quidē auditū auertent, ad fabulas autē cōuertētur. Tu vero vigila: in oībus labora: opus fac euangeliste: ministeriū tuuz imple, sobrius esto. Ego eniz iam delibor, ⁊ tēpus mee resolutionis instat. Bonū certamen certaui, cursuz consūmaui, fidem seruaui. In reliquo reposita ē mihi corona iustitie: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Non solū aūt mihi: sed ⁊ his qui diligūt aduentuz eius. Gra. Ecce sacerdos magn⁹, q in diebus suis placuit deo. ℣. Nō

eccl. 44

est

est inuentus similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, alleluia.

Sequentia sancti euāgelij secundum Lucam.

ca. 12

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti, & lucerne ardētes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: vt cum venerit & pulsauerit confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cū venerit dominus, inuenerit vigilātes. Amē dico vobis, quod precinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et, si venerit in secunda vigilia: &, si in tertia vigilia venerit: & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autē scitote: quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domū suā. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Credo. Offer. Inueni

psal. 88

Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meū cōfortabit eū. Secr.

Sancti tui nos domine, quesumus, vbique letificent: vt dum eorū merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata domine munera, noua vnigeniti tui Natiuitate sāctifica: nosque a peccatorum nostrorū maculis emūda.

Pro sancto Stephano. Secre.

Suscipe domine munera, pro tuorū commemoratione sanctorum: vt sicut illos passio gloriosos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro sancto Joanne. Secreta.

Suscipe domine munera, que in eius tibi sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorū tuorū domine nobis pia nō desit oratio: que & munera nostra cōciliet, & tuā nobis indulgentiā semper obtineat. Per. Cōio. Beatus seruus, quē cū venerit dominus, inuenerit vigilantē: amē dico vobis, super omnia bona sua cōstituet eū. Postcō.

mat. 24

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Syluestro cōfessore tuo, atque pontifice, beneficia potiora sumamus. Per.

Pro Natiuitate. Postcōmunio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt natus hodie saluator mūdi, sicut diuine nobis generationis est auctor, ita & immortalitatis sit ipse largitor.

Pro sancto Stephano.

Auxilientur nobis domine sūpta mysteria: & intercedēte beato Stephano protomartyre tuo, sempiterna protectione confirmēt.

Pro sancto Joanne. Postcommunio.

Refecti cibo potuque celesti deus noster, te supplices deprecamur: vt, in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus.

Pro Innocentibus. Postcōio.

Uotiua domine dona percepimus: que sanctorū nobis precibus, & presentis, quesumus, vite pariter & eterne tribue conferre subsidium. Per dominum.

¶ In die Circuncisionis, & in octa. Natiuitatis domini, Statio ad sanctam Mariā trans Tyberim. Introitus.

Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius imperium super humerū eius: & vocabitur nomē eius, magni cōsilij angelus.

Isa. 9

ps. Cātate dño canticū nouum, q2 mirabilia fecit. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: p quam meruimus auctorem vitę suscipere dñm nostrum Jesum Christum filiū tuum. Qui tecum. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Titum.

ca.2 Charissime: Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem, ⁊ secularia desideria: sobriè, ⁊ iustè, ⁊ piè viuamus in hoc seculo: expectantes beatam spem, ⁊ aduentum glorię magni dei, ⁊ saluatoris nostri Jesu Christi: qui dedit semetipsum pro nobis: vt nos redimeret ab oī iniquitate: ⁊ mūdaret sibi populum acceptabilē, sectatorem bonorum operū. Hęc loquere, ⁊ exhortare: in Christo Jesu dño nostro. Grad. Viderunt oēs fines terrę salutare dei nrī: iubilate deo oīs terra. ℣. Notū fecit dñs salutare suū: ante cōspectum gentiū reuelauit iustitiam suam. Alla, alla. ℣. Multifariè olim deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, alleluia. psal. 97

Sequētia sancti euangelij sm Lucā.

ca.2 In illo tpe: Postquam consummati sunt dies octo vt circunciderętur puer: vocatū est nomē eius Jesus. Quod vocatum est ab angelo: priusquam in vtero conciperetur. Credo. Offer. Tui sunt celi, ⁊ tua est terra: orbē terrarum, ⁊ plenitudinem eius tu fundasti: iustitia, ⁊ iudiciū pręparatio sedis tuę. psal. 88 Sec. Muneribus nostris, q̄s dñe, precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mūda mysterijs, ⁊ clemēter exaudi. Per. Cōio. Viderūt oēs fines terrę salutare dei nostri. psal. 97 Postcōio.

Haec nos communio dñe purget à crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Jesum Christū.

¶ Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officium de octaua: de Dominica vero nihil fit.

¶ In octaua S. Stephani totum officium missę dr̄ sicut in die, pter orōnem quę sequit. Et dr̄ Credo. Orō.

Omnipotēs sempiterne deus, qui primitias martyrum in btī leuitę Stephani sanguine dedicasti, tribue q̄s: vt p nobis intercessor existat, qui p suis etiam persecutoribus exorauit dñm nostrū Jesum Chrm filium tuū. Qui tec. Et fit cōmemo. de S. Joanne, ⁊ de Innocentibus.

¶ In octaua sancti Joānis officium missę dicitur sicut in festo eius. Et dicitur Credo. Prima oratio de die, secunda de Innocentibus.

¶ In octa. sanctorum Innocen. officiū Missę dr̄ sicut in die, excepto q Gloria in excelsis, Alleluia, ⁊ Ite missa est, dicuntur: ⁊ nō dr̄ Credo.

¶ In vigilia Epiphanię. Introit⁹.

sap. 18 Dum medium silentiū teneret omnia, ⁊ nox in suo cursu mediū iter perageret, oñs sermo tuus domine, de celis à regalibus sedibus venit. Psalmus. Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit se. psal. 92 ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. Omni-

Omnipotens sempiterne deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eund. De S. Maria. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti: tribue quęsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitę suscipere, dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Contra persecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum. Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor, et rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo et exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 4

Fratres: Quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus et actoribus est, vsque ad pręfinitum tempus à patre. Ita et nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba, pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: et hęres per deum. Graduale. Speciosus forma pre filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribę velociter scribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem, et pręcinxit se virtute, Alleluia. Sequentia sancti euangelii secundum Matthęum.

psal. 44

psal. 92

ca. 2

In illo tempore: Defuncto Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Joseph in Aegypto, dicens. Surge, et accipe puerum, et matrem eius, et vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum, et matrem eius: et venit in terram Israel. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judęa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilęę, Et veniens habitauit in ciuitate, quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam Nazaręus vocabitur. Offertorium.

Deus firmauit orbem terrę: qui non commouebitur: parata sedes tua deus ex tunc, à seculo tu es. Secreta.

psal. 92

Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt oculis tuę maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis pię deuotionis obtineat, et effectum beatę perennitatis acquirat. Per dominum nostrum Jesum Christum. De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusque susceptis: et cęlestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos domine, tuis mysterijs seruientes: vt diui-

nis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, quęsumus dñe, placare muneribus: ⁊ famulũ tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dñm. Cõio. [mat. 2] Tolle puerũ ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quęrebant animã pueri. Postcõmunio.

Per huius domine operationẽ mysterij, ⁊ vitia nostra purgentur, ⁊ iusta desideria compleantur. Per. De sancta Maria. Postcõ.

Haec nos cõmunio dñe purget à crimine: ⁊ intercedẽte beata dei genitrice Maria, cęlestis remedij faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcõmunio.

Quęsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis.

Vel pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulũ tuum N. quem pastorem Ecclesię tuę pręesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege saluet semper ⁊ muniat. Per dominũ nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vni.

¶ In Epiphania domini. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

[Malach 3] Ecce aduenit dominator dominus: ⁊ regnum in manu eius, ⁊ potestas, ⁊ imperium. Psal. [psal. 71] Deus iudicium tuum regi da, ⁊ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus, vsque ad contemplandam speciem tuę celsitudinis perducamur. Per eundem dominum nostrum Iesum.

Lectio Isaię prophetę.

[c. 60] Surge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, ⁊ gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terram, ⁊ caligo populos. Super te autem orietur dominus, ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo, ⁊ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, ⁊ vide: omnes isti cõgregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de lõge veniẽt, ⁊ filię tuę de latere surgent. Tunc videbis, ⁊ afflues: ⁊ mirabitur, ⁊ dilatabitur cor tuũ, quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madian, ⁊ Epha. Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes. Graduale. [Isa. 60] Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes ⁊ laudẽ domino annunciantes. ℣. Surge, ⁊ illuminare Hierusalem; quia gloria domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dñm, alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthęum.

[ca. 2] Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerũt Hierosolymã, dicentes. Vbi est,

est, qui natus est rex Iudeorum? Vi
dimus enim stellã eius in oriente, ꝛ
venimus adorare eũ. Audiens au-
tẽ Herodes rex turbatus est, ꝛ om-
nis Hierosolyma cũ illo. Et cõgre
gans omnes principes sacerdotũ,
ꝛ scribas populi sciscitabatur ab eis,
vbi Christus nasceretur. At illi di-
xerunt ei. In Bethleem Iudę. Sic
enim scriptum est per prophetam.
Et tu Bethleem terra Iuda nequa-
quam minima es in principibus Iu
da. Ex te enim exiet dux: qui regat
populum meum Israel. Tunc He-
rodes clam vocatis Magis, dili-
genter didicit ab eis tempus stellę,
quę apparuit eis. Et mittens illos
in Bethleem, dixit. Ite, ꝛ interro-
gate diligenter de puero: ꝛ cum
inueneritis, renunciate mihi: vt ꝛ
ego veniens, adorem eum. Qui cũ
audissent regem, abierunt. Et ecce
stella, quam viderant in oriente, an-
tecedebat eos vsque dum veniens,
staret supra vbi erat puer. Videntes
autem stellam, gauisi sunt gaudio
magno valde. Et intrantes domũ,
inuenerunt puerum cum Maria
matre eius: ꝛ procidentes, hic ge-
nuflectitur. adorauerunt eum. Et
apertis thesauris suis, obtulerunt
ei munera, aurum, thus, ꝛ myrrhã.
Et responso accepto in somnis ne re
dirẽt ad Herodem: per aliam viam
reuersi sunt in regionem suã. Cre
do. Offertorium. Reges Thar-
sis ꝛ insulę munera offerent: reges
Arabum, ꝛ Saba dona adducent: ꝛ
adorabunt eum omnes reges terrę,
omnes gentes seruient ei. Secreta.

psal. 71

Ecclesię tuę, quęsumus domi-
ne, dona propitius intuere,
quibus non iam aurũ, thus, ꝛ myr-
rha profertur: sed quod eisdem mu-
neribus declaratur, immolatur, ꝛ
sumitur. Per. Pręfa. Aeterne de
us. Quia cum vnigenitus. Infra
actionẽ. Communicantes, ꝛ diem sa-
cratissimum celebrantes, quo vnige
nitus tuus. vt in pręfationibus fol.
112. Et dicitur per octauã. Cõio.
Vidimus stellam eius in oriente: ꝛ venimus cum muneribus, adora-
re dominum. Postcommunio.

mat. 2

Presta quęsumus omnipotens
deus: vt quę solemni celebra-
mus officio, purificatę mentis intel
ligentia consequamur. Per domi-
num nostrũ Ie. Infra octauã Epi
phanię fit idem officium, quod in
die: ꝛ post orationem diei dicuntur
orationes. Deus qui salutis ęter-
nę. ꝛ Ecclesię tuę. vel pro Papa.
vt in vigilia Epiphanię.
De festis duplicibus ꝛ semiduplici-
bus, quę infra octauam veniunt, ni-
hil agitur, nisi in propria ecclesia,
sed peracta octaua celebrantur: de
simplicibus autẽ fit tantũ cõmemo.
De Dominica infra octauam Epi-
phanię, Missa dicitur vt infra.
Quod si festum Epipha. in Dñica
venerit, ipsa Missa Dñicę dicitur in
Sabbato infra octauam: ꝛ in octaua
Epiphanię nihil fit de Dominica.

¶ Dñica infra oct. Epiph. Introi.

In excelso throno
vidi sedere virum,
quem adorat mul-
titudo angelorum
psallentes in vnũ:
ecce cuius imperij
nomen est in ęter-
num. Psalmus. Iubilate deo om-
nis terra: seruite domino in lętitia.
V. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

psal. 99

Vota, quesumus domine, supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt, et que agenda sunt videant, et ad implenda que viderint conualescant. Per dominum nost.

Pro cōmem. Epiphanę. Oratio.

Deus, qui hodierna die vnigenitum tuū gentibus stella duce reuelasti: cōcede propitius: vt qui iā te ex fide cognouimus, vsq3 ad cōtemplandam speciē tuę celsitudinis perducamur. Per eun. Lectio epistolę btī Pauli aplī ad Romanos.

ca. 12

Fratres: Obsecro vos per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem, sanctam, deo placentez, rationabile obsequium vestruz. Et nolite cōformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, que sit voluntas dei bona, et beneplacēs, et pfecta. Dico eniz p gratiā dei quę data est mihi, omnibus qui sunt inter vos. Non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuique, sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. In Christo Jesu domino nostro. Graduale. Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia magna solus à seculo. ℣. Suscipiant montes pacez populo tuo: et colles iustitiā. Alla, alla. ℣. Jubilate deo omnis terra: seruite dn̄o in letitia, alleluia. Sequētia sancti euangelij fm̄ Lucā.

psal. 71

psal. 99

ca. 2

Cum factus esset Jesus annorū duodeciz, ascendentibus illis Hierosolymā secūdū cōsuetudinez diei festi, cōsummatisq3 diebus cum redirent, remāsit puer Jesus in Hierusalez, et nō cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei: et requirebant euz inter cognatos et notos. Et nō inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est: post triduum inuenerunt illuz in templo sedentez in medio doctorum, audientem illos, et interrogantem. Stupebant autez omnes qui eum audiebant, super prudētia et responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid est, quod me quęrebatis? Nesciebatis, quia in his quę patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, et venit Nazareth: et erat subditus illis. Et mater ei⁹ cōseruabat omnia verba hęc in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia et ętate et gratia apud deuz et homines. Credo. Offertor.

Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione, quia dominus ipse est deus. Secreta.

psal. 99

Oblatum tibi domine sacrificiū viuificet nos semper et muniat. Per d. Pro Epipha. Secre.

Ecclesię tuę, quęsumus dn̄e, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus, et myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur, et sumit. Per dn̄m nost. Cōio. Fili, quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus dolentes quęrebamus te. Et quid est,

Lu. 2

est, quod me quęrebatis? nesciebatis, quia in his quę patris mei sunt, oportet me esse? Postcommunio.

Supplices te rogam⁹ omnipotēs deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiā placitis moribus dignanter deseruire concedas. Per. Pro Epiphania. Postcō.

Presta, q̄s, ōps de⁹: vt q̄ sollēni celebramus officio, purificatę mētis intelligētia cōsequamur. per.

¶ In octa. Epiphanię. Introitus.

[mal. 3] Ecce aduenit dominator dn̄s, ⁊ regnū in manu eius, ⁊ potestas, ⁊ imperiuȝ. [psal. 71] Ps. Deus iudiciuȝ tuum regi da, ⁊ iustitiam tuam filio regis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, cuius vnigenitus in substantia nostrę carnis apparuit, pręsta quęsumus: vt per eum, quem similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecū viuit ⁊ re. Lectio Isaię prophetę.

[c. 60] Surge, illuminare Hierusalem: quia venit lumen tuum, ⁊ gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terram, ⁊ caligo populos. Super te autem orietur dominus, ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: ⁊ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, ⁊ vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Filij tui de longe veniēt: ⁊ filię tuę de latere surgēt. Tūc videbis, ⁊ afflues: ⁊ mirabitur, ⁊ dilatabitur cor tuum, quādo conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij Madiā ⁊ Epha. Oēs de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes, ⁊ laudē dn̄o annunciantes. Grad. [Isa. 60] Oēs de Saba venient, aurū ⁊ thus deferentes, ⁊ laudē dn̄o annunciantes. ℣. Surge, illuminare Hierusalem: quia gloria domini super te orta est. Alleluia, alleluia. ℣. [mat. 2] Vidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dn̄m. Alleluia. Seq. sancti euangelij scd̄m Ioannem.

[ca. 1] In illo tp̄e: Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, ⁊ ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi. Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat, ⁊ ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniū perhibuit Ioannes, dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbā de celo, ⁊ mansit super euȝ. Et ego nesciebā eū: sed q misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem, ⁊ manentē super euȝ, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: ⁊ testimoniuȝ perhibui: quia hic est filius dei. Credo. Offertoriū. [psal. 71] Reges Tharsis ⁊ insulę munera offerent: reges Arabum ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eum omnes reges terrę, omnes gentes seruient ei. Secreta.

Hostias tibi dn̄e pro nati filij tui apparitione deferim⁹, suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorum auctor est munerum: ita sit ipse misericors ⁊ susceptor, Iesus Christus dominus noster. Qui te. Cōmunio. [mat. 2] Vidimus stellaȝ eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōmunio.

Celesti lumine, q̄s dñe, semp̄ ꝛ vbiq̄ȝ nos p̄ueni: vt mysteriū cuius nos participes esse voluisti, ꝛ puro cernam⁹ intuitu, ꝛ digno percipiamus affectu. Per domin.

¶ Ab oct. Epiph. vsq̄ȝ ad Purificati. nisi fuerit duplex, post orōnem diei dicūtur istę orōnes. Deus qui salutis ęternę. ꝛ Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium.

¶ Si tēpus breue fuerit ab octaua Epipha. vsq̄ȝ ad Septuagesimā, ita quod dñicalia officia nō possint expleri suis diebus, officia residuaruȝ Dominicarum post secundam Dominicam post Epiphaniam, eo anno omittuntur, ꝛ resumuntur (quò ad orationem, epistolam, ꝛ Euangelium duntaxat) post vigesimam tertiam Dominicam post Pentecosten, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si Dñica Septuagesimę venerit sequenti Dñica post octauā Epiphanię, in p̄cedēti Sabbato, si nō est impeditum festo duplici vel semiduplici, dicitur Missa de Dñica secunda post Epiphaniaȝ cū cōmemoratione festi simplicis ī eo occurrentis. Si vero Sabbatuȝ fuerit impeditu ȝ festo duplici vel semiduplici, tunc prima die post octauā Epiphanię dicitur Missa de secunda dominica, ꝛ festum duplex vel semiduplex transfertur in primam dieȝ simili festo non impeditam.

¶ Dñica ij. post Epiphaniā. Intr.

psal. 65

Omnis terra adoret te deus, ꝛ psallat tibi: psalmuȝ dicat nomini tuo altissime. Ps. Jubilate deo omnis terra: psalmū dicite nomini eius: date gloriam laudi eius: V. Gloria patri, ꝛc. dicitur Gloria in excelsis Deo. in Dñicis vsque ad Septuag. exclusiue: in ferialibus vero diebus, quando resumitur Missa de Dñica p̄terita, nō dr̄. Quod seruatur ꝛ post Pentecosten. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui cęlestia simul ꝛ terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, ꝛ pacem tuam nostris concede tēporibus. Per do.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi p̄mia p̄stitisti, tribue q̄sumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitę suscipere dñm nostrum Jesum Christū filiū tuum.

Cōtra persecutores Ecclesię. Orō.

Ecclesię tuę, quęsumus dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, ꝛ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per d. Vel pro Papa. Oratio.

Deus omniū fidelium pastor, ꝛ rector, famulū tuum N. quem pastorē Ecclesię tuę p̄esse voluisti, propitius respice: da ei, quęsumus, verbo ꝛ exemplo quibus p̄est, proficere: vt ad vitā, vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum nō. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca.12

Fratres, Habentes donationes, secūdū gratiā quę data est nobis, differētes: siue prophetiā s̄m rationē fidei, siue ministerium in ministrādo, siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortādo, qui tribuit in simplicitate, qui p̄est in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

Dile-

Dilectio sine simulatione. Odiētes malum: adhęrentes bono. Charitatem fraternitatis inuicez diligētes: honore inuicem preuenientes. Solicitudine non pigri, spiritu feruētes: domino seruientes: spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes: necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectātes. Benedicite persequentibus vos: benedicite, et nolite maledicere. Gaudete cū gaudentibus: flete cuz flentibus. Idipsum inuicē sentiētes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Grad. Misit dominus verbuz suuz, et sanauit eos: et eripuit eos de interitu eorum. ℣. Cōfiteantur domino misericordię eius: et mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate dominū omnes angeli eius: laudate eū omnes virtutes eius, alleluia.

psal. 106

psal. 148

¶ Sic dicitur Alleluia, cum versu post graduale ab octaua Epiphanię vsque ad Septuagesimam, et ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, etiam infra hebdomadam quando resumitur Missa de Dnica. Seq. sancti euangelij scdm Joannem.

ca. 2



In illo tpe: Nuptię factę sunt in Cana Galilęę: et erat mater Jesu ibi. Vocatus est aūt et Jesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad euz: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus. Quid mihi et tibi est mulier? Nondū venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite. Erāt autez ibi lapideę hydrię sex positę secundū purificationē Judęorum: capiētes singulę metretas binas vel ternas. Dicit eis Jesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Jesus. Haurite nunc, et ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinuz factā, et non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, et dicit ei. Omnis homo primum, bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initiū signorum Jesus in Cana Galilęę: et manifestauit gloriā suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. Credo. Offerto. Jubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite et audite, et narrabo vobis, omnes qui timetis deum quanta fecit dominus animę meę, alleluia. Secre.

psal. 65

Oblata domine munera sanctifica: nosqz à peccatorum nostrorum maculis emunda. Per do.

De sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, quęsumus domine, precibusque susceptis: et cęlestibus nos munda mysterijs, et clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, et corpore tibi famulemur, et mente. Per dominum no.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis, q̄sumus dn̄e, placare muneribus: et famulū tuuz N. quem pastorem Ecclesię tuę preesse voluisti,

voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Cõmunio. Vicit dominus, implete hydrias aqua, et ferte Architriclino: dum gustasset Architriclinus aquam vinuz factã, dicit sponso, servasti bonum vinum usqz adhuc: hoc signũ fecit Jesus primũ corã discipulis suis. Postcõio.

Jo. 2

Augeatur in nobis, quesumus domine, tue virtutis operatio: ut diuinis vegetati sacramentis, ad eoruz promissa capienda, tuo munere preparemur. Per dominum no.

Pro sancta Maria. Postcõio.

Haec nos communio domine purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes.

Contra persecutores Ecclesie. Postcommunio.

Quesumus dñe deus noster: ut, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominũ.

Uel pro Papa. Postcommunio.

Haec nos, qsumus dñe, diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, vnà cum commisso sibi grege, saluet semper et muniat. Per dominum.

Dñica iij. post Epipha. Introit.

psal. 96

Adorate deum oẽs angeli ei⁹: audiuit, et letata est Sion: et exultauerunt filie Jude. Ps. Dñs regnauit, exultet terra, letentur insule multe. V. Gloria patri, et c. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, infirmitatẽ nostram propitius respice: atque ad protegenduz nos, dexterã tue maiestatis extẽde. Per domin.

De sancta Maria. Oratio.

Deus, qui salutis eterne beate Marie virginitate fecũda, humano generi premia prestitisti: tribue qs: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorẽ vite suscipere dñz nrm Jesũ Chrm filiũ tuũ. Pro Papa. Orõ.

Deus omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, qs, verbo et exẽplo quibus preest, proficere: vt ad vitaz vnã cum grege sibi credito perueniat sempiternã. Per.

Uel contra persecutores Ecclesie. Oratio. Ecclesie tue. vt in Dominica precedenti. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 12

Fratres: Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidẽtes bona non tantum coraz deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, charissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Mihi vindictam: et ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illuz. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cõgeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malũ. Grad. Timebunt gentes nomen tuum dñe, et omnes reges terre gloriam tuã. V. Quoniã edificauit dominus Sion, et videbitur in maiestate sua. Allia, allã. V. Dñs regnauit, exultet terra: letentur insule multe, allã. Sequẽtia sancti euangelij secundũ Matheũ.

psal. 101

psal. 96

ca. 8



In illo tpe: Cum descendisset Iesus de mõte, secutę sũt eum turbę multę. Et ecce leprosus veniẽs, adorabat eum, dicẽs. Dñe, si vis, potes me mundare. Et extendens manum Iesus tetigit eũ, dicens. Volo. Mũdare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti: & offer munus, quod pcepit Moyses in testimoniũ illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eũ Centurio, rogans eũ, & dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniã, & curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, nõ inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum: filij autẽ regni eijciẽtur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Et dixit Iesus Centurioni. Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo. Offertoriũ. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuã: & narrabo opera dñi. Secreta.

psal. 117

Haec hostia, qs dñe: emundet nostra delicta: & ad sacrificium celebrandum, subditorũ tibi corpora, mentesque sanctificet. Per do. Pro Sancta Maria. Secreta.

Muneribus nostris, qs dñe, precibusque susceptis, & celestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Pro Papa. Secreta.

Oblatis, qs dñe, placare muneribus: & famulũ tuũ N. quem pastorem Ecclesię tuę pesse voluisti, assidua protectione guberna. Per do. Vel contra persecutores Ecclesię Secreta. Protege. vt in Dominica preterita. Cõmunio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore dei. Postcommunio.

Lu. 4

Quos tantis dñe largiris vti mysterijs: qs, vt effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per. De S. Maria. Postcõ.

Haec nos communio domine purget à crimine: & intercedẽte beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Per. Vel pro Papa. Postcõio.

Haec nos, qs dñe, diuini sacramẽti pceptio protegat: & famulũ tuũ N. quẽ pastorẽ Ecclesię tuę preesse voluisti: vna cũ cõmisso sibi grege saluet semp & muniat. Per do. Vel cõtra psecutores Ecclę. Postc. Quesumus. vt in dñica preterita.

¶ Dñica iiij. post Epiph. Introit.

Adorate deum oẽs Angeli eius: audiuit, & letata est Siõ: & exultauerunt filię Iudę. Ps. Dñs regnauit, exultet terra, letentur insulę multę. V. Gloria patri, &c. Oratio.

psal. 96

Deus

DEus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mētis & corporis: vt ea, quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per.

De sancta Maria. Oratio.

DEus, qui salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pmia pstitisti, tribue qsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitę suscipere dominum nostrum Jesum Christū filium.

Contra psecutores Ecclesię. Oro.

EcclesiÆ tuę, quęsumus dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dominum. Vel pro Papa. Deus omnium fidelium. vt in dominica precedēti. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos:

ca 13 FRatres: Nemini quicquam debeatis: nisi, vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: nō falsum testimonium dices: non concupisces: & siquod est aliud mādatū, in hoc verbo instauratur: diliges pximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi, malū non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. Gra.

psal. 101 Timebunt gentes nomen tuū dñe: & omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Qm̄ ędificauit dñs Sion, & videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. ℣. Dñs regnauit, exultet terra:

psal. 96 lętentur insulę multę, allā. Sequētia sancti euangelij secundū Matthęū.

ca. 8 IN illo tpe: Ascendente Jesu in nauiculā, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce, motus magnus fact⁹ est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicētes. Dñe, salua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicę fidei? Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic, qr venti & mare obediūt ei. Credo. Offertor. Dextera dñi fecit virtutem, dextera dñi exaltauit me, dextera dñi fecit virtutē: nō moriar, sed viuam, & narrabo opera dñi. Secre.

psal. 117

COncede, quęsumus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, & muniat. Per dominum nostrum Jesum Christū filiū tuū. Qui tecum.

De Sancta Maria. Secreta.

MUneribus nostris, quęsumus domine, precibusque susceptis: & cęlestibus nos munda mysterijs, & clementer exaudi. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

PRotege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inhęrētes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per dominum nostrum. Vel pro Papa. Secreta. Oblatis. vt in Dominica precedenti. Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore Dei.

Lu. 4

Postcommunio.

MUnera tua nos deus à delectationibus terrenis expediant: & cęlestibus semper instaurent alimentis. Per dñm nostrum Jesum Christū filiū tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oia secula seculorū. Amē.

De

De sancta Maria. Postcõmunio.

Haec nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Contra persecutores Ecclesię. Postcõmunio.

Quesumus dñe deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominũ nostrum Iesum Christum. Vel pro Papa. Postcõmunio. Hęc nos quesumus: vt in dominica preterita.

Dñica v. post Epipha. Introit⁹.

psal. 96

Adorate deum omnes angeli eius: audiuit, ⁊ letata est Sion: ⁊ exultauerunt filię Iudę. Psal. Dominus regnauit, exultet terra: letentur insulę multę. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Familiam tuã, quęsumus domine, continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per dominũ nostrum Ie. Secunda oratio dicitur ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, q̃s domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, Ecclesia tua: secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum sacerdotis. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. 3

Fratres. Induite vos, sicut electi Dei sancti, ⁊ dilecti viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: ⁊ donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquẽ habet querelã. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos. Super omnia autẽ hęc charitatem habentes, quod est vinculũ perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua ⁊ vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docẽtes ⁊ cõmonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, ⁊ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris domino. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo ⁊ patri, per Iesum Christũ Dominum nostrũ. Gradu. Timebunt gentes nomen tuum dñe, ⁊ omnes reges terrę gloriã tuã. ℣. Quia ędificauit dominus Sion: ⁊ videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra, letetur insulę multę, Alleluia. Seq. sancti euãge. scḋm Mattheum.

psal. 101

psal. 96



ca. 13

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum cęlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, ⁊ superseminauit zizania in medio

dio tritici, ⁊ abijt. Cum autem creuisset herba, ⁊ fructum fecisset: tunc apparuerunt ⁊ zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Uis imus, ⁊ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis simul ⁊ triticum. Sinite utraque crescere vsque ad messem: ⁊ in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, ⁊ alligate ea in fasciculos ad comburendũ: triticum autem congregate in horreum meum. Credo. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuã: ⁊ narrabo opera domini. Secr.

psal. 117

Hostias tibi dñe placationis offerimus: vt delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per. Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio. Mirabantur omnes de his, que procedebant de ore Dei. Postcommunio.

Luc. 4

Quesumus omnipotens deus, vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum. Alia Postcommunio.

Mundet ⁊ muniat nos, quesumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus Sanctis: à cunctis nos reddat, ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos.

¶ Dominica sexta post Epiphaniam. Introitus.

Adorate deum omnes angeli eius: audiuit, ⁊ letata est Sion: ⁊ exultauerunt filie Jude. Psal. Dominus regnauit, exultet terra: letẽtur insule multe. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

psal. 96

Presta quesumus omnipotens deus: vt semper rationabilia meditantes, que tibi sunt placita, ⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per dominum nostrũ Jesum. Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quesumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semperq; virgine Dei genitrice Maria cũ beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo atque beato N. ⁊ omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Tertia oratiõ dicitur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1. Ce. 1

Fratres: Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis memoriã vestri facientes in orationibus nostris, sine intermissione, memores operis fidei vestre, ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ sustinentie spei domini nostri Jesu Christi ante Deum ⁊ Pa-

⁊ Patrem nostrum. Scientes fratres dilecti, à deo electionem vestram: quia euangelium nostrum nõ fuit ad vos in sermone tantum, sed ⁊ in virtute, ⁊ in spiritu sancto, ⁊ in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, ⁊ domini: excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma oĩbus credentibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini, non solum in Macedonia ⁊ in Achaia, sed ⁊ in omni loco fides vestra, quę est ad deum, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annunciant qualẽ introitum habuerimus ad vos: ⁊ quomodo conuersi estis ad deum à simulacris, seruire deo viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filium eius de celis (quem suscitauit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

psal. 101.

Graduale. Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion, ⁊ videbitur in maiestate sua. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 13



In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolã hanc. Simile est regnũ celorũ grano sinapis: qđ accipiens homo seminauit ĩ agro suo: quod minimũ quidem est oĩbus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus: ⁊ fit arbor, ita vt volucres celi veniãt, ⁊ habitẽt in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, donec fermentatum est totum. Hęc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: ⁊ sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentẽ. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à cõstitutione mundi. Credo.

psal. 117

Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar: sed viuam: ⁊ narrabo opera domini.

Secreta.

Haec nos oblatio deus mundet, quęsumus, ⁊ renouet, gubernet, ⁊ protegat. Per dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuũ.

Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutem à cunctis nos mentis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuẽs in pręsenti, ⁊ gloriam in futuro.

Lu. 4

Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de ore dei.

Postcommunio.

Coelestibus domine pasti delicijs, quęsumus: vt semper eadem, per quę veraciter viuimus, appetamus. Per dominum nost.

Alia Postcommunio.

Mundet ⁊ muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine Dei genitrice Maria cum beatis apostolis tuis Petro

tro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos ⁊ aduersitatibus expeditos.

¶ Dominica in Septuagesima. Statio ad sanctum Laurentium extra muros. Introitus.

psal. 17

Circundederūt me gemitus mortis, dolores inferni circūdederunt me: ⁊ in tribulatiōe mea inuocaui dn̄m, ⁊ exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meam. ps. Diligam te dn̄e fortitudo mea: dominus firmamentum meum, ⁊ refugiū meū, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelsis, à Dominica Septuagesimę vsq; ad Pascha, exceptis feria v. in cena Domini, ⁊ Sabbato sancto, ⁊ quando dicitur Missa de festo. Oratio.

Preces populi tui, q̄s dn̄e, clementer exaudi: vt, qui iustè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum no. Ad poscenda suffragia Sanctorū. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus sanctis: salutē nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, Ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Tertia oratio dr̄ ad libitum sacerdotis. Sic dr̄ secunda ⁊ tertia oratio à festo Purificationis vsq; ad feriā quartā Cinerum exclusiuè, quando nō est dupl. nisi dn̄ica Septuagesimę venerit ante festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, quia tunc dicuntur orationes sicut in dn̄ica ij. post Epiphaniā, de sancta Maria, ⁊ contra persecutores Ecclesię, vel pro Papa. Simili modo fiat in Sexagesima, ⁊ Quinquagesima. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.C.9

Fratres: Nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: Sic currite, vt comprehēdatis. Omnis autem qui in agone contendit: ab omnib⁹ se abstinet. Et illi quidem, vt corruptibilē coronam accipiant, nos autem incorruptā. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meū, ⁊ in seruitutem rèdigo: ne forte cum alijs prędicauerim, ipse rèprobus efficiar. Nolo enī vos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, ⁊ omnes mare transierunt, ⁊ omnes in Moyse baptizati sunt in nube, ⁊ in mari. Et omnes eandē escam spiritualē manducauerunt, ⁊ oēs eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autē de spirituali consequente eos, petra: Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorū beneplacitū est deo. Gradu. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: sperent in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinquis quęrentes te domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in ęternum: exurge dn̄e, non pręualeat homo. Trac. De profundis clamaui ad te dn̄e, domine

ca.10

psal. 9

psal. 129

dñe exaudi vocē meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationez serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe, quis sustinebit? ℣. Qr apud te propitiatio est, ꝛ propter legem tuam sustinui te domine.

¶ A Septuagesima vsqꝫ ad feriaz iiij. Cinerū Tractus dicitur tantuz in Dominicis ꝛ festis: in ferijs autē quando repetitur Missa de Dñica, non dicitur, sed tantum Graduale. Seq. sancti euangelij fm Matthēū.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnū celorū homini patrifamilias, qui exijt primo mane cō ducere operarios in vineam suam. Cōuentione autē facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suā. Et egressus circa horā tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, ꝛ dixit illis. Ite ꝛ vos in vineaz meā: ꝛ quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi aūt abierunt. Iteruz autem exijt circa sextā ꝛ nonā horā: ꝛ fecit similiter. Circa vndecimā verò exiit, ꝛ inuenit alios stātes, ꝛ dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite ꝛ vos in vineā meā. Cū sero autē factū esset, dicit dñs vinee procuratori suo. Uoca operarios, ꝛ redde illis mercedem, incipiēs à nouissimis vsqꝫ ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimaz horam venerāt, acceperūt singulos denarios. Uenientes autē ꝛ primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi. Acceperūt aūt ꝛ ipsi singulos denarios. Et accipiētes, murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: ꝛ pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei ꝛ estus? At ille respondens, vni eoruz dixit. Amice non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuū est: ꝛ vade. Uolo autē ꝛ huic nouissimo dare sicut ꝛ tibi. Aut nō licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequā est, qr ego bonus sum? Sic erūt nouissimi, primi: ꝛ primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offe. Bonum est confiteri dño: ꝛ psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribus nostris, q̄s dñe, precibusque susceptis: ꝛ celestibus nos munda mysterijs, ꝛ clementer exaudi. Per domi. Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutez à cunctis nos mentis ꝛ corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti, ꝛ gloriā in futuro. Tertia ad libitum. Cōmunio. Illumina faciem tuam super seruum tuum: ꝛ saluuz me fac in tua misericordia: domine non confundar: quoniam inuocaui te. Postcommunio.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem ꝛ percipiendo requirāt, ꝛ querēdo sine fine percipiāt. Per dom. Alia Postcōm.

Mundet, ꝛ muniat nos, quesumus dñe, diuini sacramēti munus oblatū: ꝛ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atqꝫ beato N. ꝛ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

¶ Dominica in Sexagesima, Statio ad sanctū Paulum. Introitus.

Exurge,

psal. 91

psal. 118 ꝛ 30

psal. 43

Exurge, quare obdormis dñe? exurge, et ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuam auertis, obliuisceris tribulationẽ nostram? et adhesit in terra venter nr̃, exurge dñe, adiuua nos, et libera nos. ps. Deus aurib⁹ nostris audiuimus: patres nostri annunciauerũt nobis. ℣. Glia. Orõ.

Deus, qui conspicis q̃ ex nulla nostra actione confidimus, cõcede propitius: vt contra aduersa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per do. Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̃s domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atq; beato N. et omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus et pacem: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Terna ad libitũ. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

2. ca. 11. et 12

Fratres: Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, siquis vos in seruitutẽ rédigit, siquis deuorat, siquis áccipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cędit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet, (in insipientia dico) audeo et ego. Hebręi sunt: et ego. Israelitę sunt: et ego. Semẽ Abrahę sunt: et ego. Ministri Christi sunt, et ego: vt minus sapiẽs dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modũ: in mortibus frequenter. A Iudęis, quinquies, quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte, et die in profundum maris fui. In itineribus sępe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore et ęrumna, in vigilijs multis: in fame et siti: in ieiunijs multis: in frigore et nuditate. Preter illa, quę extrinsecus sunt: instãtia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego nõ vror? Si gloriari oportet: quę infirmitatis meę sunt, gloriabor. Deus et pater dñi nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit q nõ mẽtior. Damasci, prępositus gẽtis Aretę regis, custodiebat ciuitatẽ Damascenorũ, vt me cõprehenderet: et per fenestram in sporta demissus sum per murum: et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet, nõ éxpedit quidẽ. Veniã autem ad visiones et reuelationes dñi. Scio hominẽ in Christo ante annos quatuordecim: siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit: raptum huiusmodi vsque ad tertium cęlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradisum: et audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, ꝓ me aũt nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nã et, si voluero gloriari, nõ ero insipiens. Veritatẽ enim dicã. Parco

autem:

autem nequis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meç angelus satanç qui me colaphizet. Propter quod, ter dñm rogaui, vt discederet à me: et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Christi. Gradu. Sciant gentes quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Tractus. Commouisti domine terram, et conturbasti eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota est. ℣. Ut fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

psal. 82 — psal. 59 — ca. 8

In illo tempore: Cum turba plurima conuenirent, et de ciuitatibus properarent ad Jesum, dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, et conculcatum est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exortç spinç suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum, fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quç esset hçc parabola. Quibus ipse dixit. Uobis datum est nosse mysteriũ regni dei: cçteris autem in parabolis, vt vidẽtes non videant, et audientes nõ intelligant. Est autem hçc parabola. Semen, est verbum Dei. Quod autem secus viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram: hi sunt, qui cũ audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: et hi radices non habent: quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autẽ in spinis cecidit: hi sunt, qui audierunt, et à solicitudinibus, et diuitiis, et voluptatibus vitç, euntes, suffocantur, et non referunt fructum. Quod autẽ in terram bonã: hi sunt, qui in corde bono et optimo, audiẽtes verbũ retinent, et fructũ afferunt in patientia. Offerto. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nõ moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam, et exaudi verba mea, mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te dñe. Secreta.

psal. 16

Oblatum tibi domine sacrificiũ viuificet nos semper, et muniat. Per dominũ. Alia Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in pñsenti, et gloriã in futuro. Tertia ad libitum. Communio. Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lçtificat iuuentutem meã. Postcõio.

psal. 42

Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiã placitis moribus dignãter deseruire concedas. Per dom. Alia Postcommunio.

Mundet, et muniat nos, quçsumus domine, diuini sacramenti munus oblatũ: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis

beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atq3 beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat et perversitatibus expiatos, et adversitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Benedicamus domino. R. Deo gratias.

Dñica in Quinquagesima, Statio ad sanctuz Petrum. Introitus.

psal. 30

Esto mihi in deũ ꝓtectorẽ et in locũ refugij: vt saluũ me facias: qm̃ firmamentũ meũ, et refugiuz meũ es tu: et ꝓpter nomẽ tuuz dux mihi eris, et enutries me. ps. In te dñe speraui, nõ cõfundar in eternũ: in iustitia tua libera me. ℣. Glia. Oro.

Preces nostras, q̃s dñe, clemẽter exaudi: atq3 a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos adversitate custodi. Per d. Ad poscẽda suffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̃s dñe, mentis et corporis defende periculis: et intercedẽte beata et gloriosa semper que virgine dei genitrice Maria, cũ btis aplis tuis Petro et Paulo, atq3 btõ N. et oibus sanctis, salutẽ nobis tribue benignus et pacem: vt destructis adversitatibus et erroribus vniversis, ecclesia tua secura tibi serviat libertate. Tertia ad libitũ. Lctõ eple bti Pauli apostoli ad Corinthios.

I.c.13

Fratres: Si linguis hominuz loquar, et angelorum: charitatem autẽ nõ habeã: factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens. Et, si habuero prophetiam, et nouerim mysteria omnia et omnem scientiam: et, si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et, si distribuero in cibos pauperuz omnes facultates meas: et, si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit perperam: non inflatur: non est ambitiosa: non querit que sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitatem: congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetie, euacuabuntur: siue lingue, cessabunt: siue scientia, destruet. Ex parte eniz cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cũ aũt venerit qđ perfectũ est, euacuabit̃ qđ ex parte est. Cũ essez paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quando autez factus suz vir: euacuaui q̃ erant paruuli. Videmus nunc per speculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte: tũc aũt cognoscaz, sicut et cognitus suz. Nunc autẽ manent, fides, spes, charitas, tria hec: maior aũt horũ est charitas. Grad.

psal. 76

Tu es deus, qui facis mirabilia solus: notã fecisti in gentibus virtutẽ tuã. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuũ, filios Israel, et Ioseph. Tra. Iubilate deo omnis terra, servite dño in letitia. ℣. Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote q̃ dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos, et non ipsi nos: Nos aũt populus eius: et oues pascue eius.

psal. 99

Sequẽtia sancti euãgelij ẜm Lucaz.

ca.18

In illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, et ait illis. Ecce ascendimus

mus Hierosolymā, & cōsummabitur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat aūt verbū istud abscōditū ab eis, & nō intelligebant que dicebantur. Factū est autē, cum appropinquaret Jericho, cecus quidam sedebat secus viam, mendicās. Et cum audiret turbā pretereuntē, interrogabat qd hoc esset. Dixerūt aūt ei q Jesus Nazarenus trāsiret. Et clamauit dicens. Jesu fili Dauid miserere mei. Et q preibāt, increpabant eū, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili Dauid miserere mei. Stans aūt Jesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illū dicens. Quid tibi vis faciā: At ille dixit. Dñe, vt videam. Et dixit illi Jesus. Respice: Fides tua te saluū fecit. Et confestī vidit, & sequebatur illum, magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. Offert. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: in labijs meis pronūciaui oīa iudicia oris tui. Secre. *Psal. 118*

Haec hostia, qs dñe: emundet nostra delicta: & ad sacrificiū celebrādū, subditorū tibi corpora, mētesq3 sanctificet. Per. Alia secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, à cūctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiā tribuens in presenti, & gloriam in futuro. Per do: Cōio. Manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desideriū eorum attulit eis dñs: non sunt fraudati à desiderio suo. Postcommunio. *Psal. 77*

Quesumus oþs deus: vt qui celestia alimenta percepimus: per hec cōtra omnia aduersa muniamur. Per do. Alia postcōmunio.

Mundet, & muniat nos, qs dñe, diuini sacramenti munus oblatū: & intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis aplīs tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oībus sanctis: à cūctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatib9 expeditos. Per eū. Benedicamus dño. R. Deo gratias.

¶ Feria iiii. Cinerū ante missā bndicunt cineres facti de ramis oliue benedictis preteriti anni hoc modo. Primo cantatur Antiphona.

Exaudi nos dñe: qm̄ benigna est misericordia tua: & secūdū multitudinē miserationū tuarū respice nos dñe. Ps. Saluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aque vsque ad animam meā. V. Gloria. repetitur Exaudi nos. Deinde dicit Dñs vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus. *Psal. 68*

Omnipotēs sempiterne de9, parce penitētibus, propitiare supplicātibus: & mittere digneris sanctū angelū tuū de celis, q bene✠dicat, & sancti✠ficet hos cineres: vt sint remediū salubre oībus nomē sāctū tuum humiliter implorātib9: ac semet ipsos p cōsciētia delictorū suorū accusantib9: atq3 ante cōspectū diuine clemētie tue facinora sua deplorātibus: vel serenissimā pietatē tuā suppliciter obnixeq3 flagitātibus: & presta per inuocationē sanctissimi nominis tui: vt, quicūq3 eos sup se asperse-

rint, ꝓ redēptione peccatoꝝ suoꝝ, corporis sanitatē, ⁊ anime tutelam percipiant. Per Christū dominū nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui non mortē, sed penitentiam desideras peccatorū: fragilitatē conditionis humane benignissime respice: ⁊ hos cineres, quos causa ꝓferende humilitatis, atq; ꝓmerende venie, capitib⁹ nr̄is, imponi decernim⁹, bene ✠ dicere pro tua pietate dignare: vt, qui nos cinerem esse, ⁊ ob prauitatis nr̄e meritū in puluerē reuersuros cognoscimus: peccatorū oīum veniā, ⁊ premia penitentib⁹ repromissa misericorditer consequi mereamur. Per Christū dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Oremus.

Deus qui humiliatione flecteris, ⁊ satisfactione placaris: aurem tue pietatis inclina precibus nostris: ⁊ capitib⁹ seruorū tuorū, horū cinerum aspersione attactis, effunde ꝓpitius gratiam tue bene ✠ dictionis: vt eos ⁊ spiritu compunctionis repleas, ⁊ q̄ iuste postulauerint, efficaciter tribuas: ⁊ concessa perpetua stabilitate, intactos manere decernas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus, qui Niniuitis, in cinere ⁊ cilicio penitentibus, indulgentie tue remedia prestitisti, concede propitius: vt sic eos imitemur habitu, quatenus venie prosequamur obtentu. Per d. Completa cinerū benedictione, primo imponit cinis sacerdoti celebraturo missam ab alio sacerdote, si adest: alioquin ipsemet sacerdos genibus flexis coram altari sibi ipsi cineres imponit: ⁊ cantatur statim a choro Antiphona.

Immutemur habitu, in cinere ⁊ cilicio: ieiunem⁹, ⁊ ploremus añ dn̄m: q; multū misericors est dimittere peccata nostra de⁹ nr̄. Alia añ. (Joel. 2)

Iuxta vestibulū ⁊ altare plorabunt sacerdotes ministri dn̄i, ⁊ dicēt: parce dn̄e, parce ꝑplo tuo: ⁊ ne dissipes ora canentium te dn̄e. Sequitur ℟.

Emēdemus in melius, que ignoranter peccauimus: ne subito preoccupati die mortis, queramus spatiū penitentie, ⁊ inuenire nō possimus. Attēde dn̄e: ⁊ miserere: q; peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter honorem nōis tui dn̄e libera nos. Attende. ℣. Gloria. Attēde. (psal. 78) Sacerdos vero dū cantant añs, ⁊ responsoriū: primo ministris stātibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem dicēs. Memento homo q; puluis es, ⁊ in puluerem reuerteris. (Gen. 3) Postea veniunt alij, primo Clerus p ordinē, deinde populus: ⁊ genibus flexis ante altare singillatī recipiūt cineres a sacerdote, vt dictum est de ministris. Cōpleta cinerum datione dicitur Dominus vobiscū. Oremus. Oratio.

Concede nobis dn̄e presidia militie Christiane sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spirituales nequitias pugnaturi continentie muniamur auxilijs. Per Christum dominū nostrum. ℟. Amen.

¶ Deinde dicitur Missa. Statio ad sanctam Sabinam. Introitus.

Misereris oīum dn̄e, ⁊ nihil odisti eorū que fecisti: dissimulans peccata hominū ꝓpter penitentiā: ⁊ parcēs illis: q; tu es dn̄s deus noster. (sapi. 11)

Psal. 56 ster. Psal. Miserere mei deus, miserere mei: qm̄ in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri, &c. Oremus.

Presta dn̄e fidelibus tuis: vt ieiuniorū veneranda sollemnia, & congrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per do.

¶ Ab hac die vsque ad dominicaz de passione, post orōnez diei dicunt due sequentes orationes. Ad poscēda suffragia Sanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s dn̄e, mētis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semp̄que virgine Dei genitrice Maria, cuz beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutē nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui viuorū dominaris simul & mortuorū, omniūq3 misereris, quos tuos fide & ópere futuros esse pr̄enoscis: te supplices exoramus: vt, pro qbus effūdere preces decreuimus, quósq3, vel pr̄esens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iā exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tu§ clemētia, omniū delictorum suorum veniā consequantur. Per dominum. Lectio Joelis prophete.

ca. 2 Hec dicit dominus, Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimēta vestra. Et conuertimini ad dn̄m deum vestrū: q2 benignus & misericors est, patiens & multe misericordi§: & pr̄estabilis sup malitia. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat deus: & relinquat post se benedictionē, sacrificium & libamē dn̄o deo nostro: Canite tuba in Sion: sanctificate ieiunium: vocate cetū, cōgregate populū: sanctificate ecclesiaz, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes úbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri dn̄i, & dicēt. Parce domine, parce populo tuo: & ne des hereditatē tuam in opprobriū, vt dominent eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorū: Zelatus est dn̄s terram suā: & pr̄ecepit populo suo. Et respōdit dn̄s, & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumētum, & vinum, & oleum: & replebimini in eis: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus: dicit dominus omnipotens.

psal. 56 Gradu. Miserere mei deus, miserere mei: qm̄ in te confidit anima mea. ℣. Misit de celo, & liberauit me: dedit in opprobrium cōculcantes me.

psal. 102 Trac. Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neq3 secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dn̄e, ne memineris ini- psal. 78 quitatum nostrarum antiquarū: cito anticipent nos misericordi§ tu§, q2 pauperes facti sumus nimis. Cū dicitur sequens versus, genuflectit. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: propter gloriam nominis tui dn̄e libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Supradictus tractus ab hac die dicitur feria ij. iiij. & vj. vsque ad feriaz quartam maioris hebdomad§, nisi proprius assignetur.

Sequentia sancti euangelij secundum Matthéum.

Ca. 6 In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocrite, tristes. Exterminant eniz facies suas: vt appareãt hominibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis: receperunt mercedem suã. Tu autez cum ieiunas, vnge caput tuum; & faciẽ tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscõdito, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi erugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo: vbi neqz erugo, neqz tinea demolitur: & vbi fures nõ effodiunt, nec furãtur. Ubi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

psal. 29 Offertoriũ. Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, dñe clamaui ad te, & sanasti me. Secreta.

Hac nos, q̃s dñe, his muneribus offerendis cõuenienter aptari: quibus ipsius venerabilis sacramẽti celebramus exordiũ. Per d. Alie secrete vsqz ad Dominicã passionis.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in p̃senti, & gloriã in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorũ in superna felicitate locãdus: tribue q̃s: vt, intercedẽtibus omnibus sanctis tuis, vniuersorũ, quos in oratione commendatos suscepimus, & nomina omniũ fideliuz beate predestinationis liber ascripta retineat. Per domi. Prefatio. Qui corporali ieiunio. fo. 103. Et d̃r quotidie vsqz ad Dñicã passionis etiã in missa de festo, qñ proprias nõ habuerit. Cõio. Qui meditabit̃ psal. 1 in lege dñi die ac nocte, dabit fructũ suum in tẽpore suo. Postcõmunio.

Percepta nobis dñe prebeant sacramẽta subsidiũ: vt tibi gratã sint nostra ieiunia, & nobis proficiant ad medelã. Per. Alie postcõiones vsqz ad Dominicam passionis.

Mundet, & muniat nos q̃s dñe, diuini sacramenti munus oblatum: & intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & oĩbus sanctis: a cunctis nos reddat & peruersitatibus expiatos, & aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, q̃s, oĩps & misericors deus, sacramenta q̃ sumpsimus: & intercedẽtibus omnibus sanctis tuis, presta: vt hoc tuũ sacramentũ nõ sit nobis reatus ad penã: sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per d. Deinde sacerdos absolute dicit Orem⁹. Postea diaconus (si in officio diaconatus seruiat) dicit. Humiliate capita v̾a Deo. Alioqn ipsemet sacerdos. Sequitur super populũ. Oro.

Inclinãtes se dñe maiestati tue, propitiatus intende: vt, qui diuino munere sunt refecti, celestibus semp̄ nutriant̃ auxilijs. Per d. Et hic mod⁹ dicẽdi orõnẽ sup̄ pp̄lm seruatur tãtũmodo in missa de feria vsque ad iiij. feriã maioris hebdomade. Benedicamus dño. R. Deo gr̃as.

Feria v. Statio ad sanctum Georgium. Introitus.

Dum

psal. 54

Dum clamarem ad dñm, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquãt mihi: et humiliauit eos, q est ante secula, et manet in eternum: iacta cogitatum tuum in dño, et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intẽde mihi: et exaudi me. ℣. Gloria p. Oratio.

Deus, q culpa offenderis, penitentia placaris, preces populi tui supplicãtis ppitius respice: et flagella tue iracũdie, que pro peccatis nostris meremur, auerte. Per.

Ad poscẽda suffragia sãctorũ. Oro.

A cunctis nos, qs dñe, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata et gloriosa semperqz virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atqz beato N. et omnibus sanctis: salutẽ nobis tribue benignus et pacẽ: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, Ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui viuorũ dominaris simul et mortuorũ, omniumqz misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoram⁹: vt p quibus effundere preces decreuimus, quósque vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus oĩbus sanctis tuis: pietatis tue clementia, omniũ delictorũ suorum veniam consequãtur. Per dominum. Lectio Isaie prophete.

ca. 38

In diebus illis: Aegrotauit Ezechias vsque ad mortẽ: et introiuit ad eũ Isaias filius Amos, propheta, et dixit ei. Hec dicit dñs. Dispone domui tue: q: morieris tu, et nõ viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, et orauit ad dñm, et dixit. Obsecro dñe, memento, queso, quomodo ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto: et quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad Isaiam, dicens. Uade: et dic Ezechie. Hec dicit dñs deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã: et vidi lacrymas tuas. Ecce ego adijciã super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorũ eruam te, et ciuitatẽ istam, et protegam eã. Ait dñs omnipotens. Grad. Iacta cogitatum tuum in dño, et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquant mihi. Sequentia sancti euangelii scdm Mattheum.

psal. 54

ca. 8

In illo tpe. Cũ introisset Jesus Capharnaũ, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, et dicens. Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniã: et curabo eũ. Et respondẽs Centurio, ait. Dñe nõ sum dignus, vt intres sub tectũ meũ: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nã et ego homo sũ sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites: et dico huic: Uade, et vadit: Et alio: veni, et venit: Et seruo meo: fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidẽte venient, et recumbent cum Abraham,

ham, Isaac, ꝛ Iacob in regno celorum: filij autē regni eijciētur in tenebras exteriores: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni. Vade: ꝛ sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

psal. 24 Offerto. Ad te dñe leuaui animam meam: deus meus in te confido, nō erubescam: neq3 irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. Secreta.

Sacrificijs presentibus domine, q̄s, intende placatus: vt ꝛ deuotioni nostre proficiant, ꝛ saluti. Per dominum nost. Alie secrete.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, per huius sacramenti virtutē, à cunctis nos mentis ꝛ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, ꝛ gloriā in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus, tribue q̄s: vt, intercedētibus oībus sanctis tuis, vniuersorū, quos in oratione cōmendatos suscepimus, ꝛ nomina omnium fideliū, beate predestinationis liber ascripta retineat. Per d. Communio.

psal. 50 Acceptabis sacrificium iusticie, oblationes, ꝛ holocausta, super altare tuū dñe. Postcommunio.

Celestis doni benedictione percepta, supplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idē nobis, ꝛ sacramenti causa sit, ꝛ salutis. Per domi. Alie postcōiones.

Mundet, ꝛ muniat nos, q̄s dñe, diuini sacramenti munus oblatū: ꝛ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque beato N. ꝛ omnibus sanctis: à cunctis nos reddat ꝛ peruersitatibus expiatos, ꝛ aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, q̄s omnipotens ꝛ misericors deus, sacramenta q̄ sumpsimus: ꝛ intercedētibus oībus sanctis tuis, presta: vt hoc tuum sacramentū nō sit nobis reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorū. Per dominū nost. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Parce dñe, parce pplo tuo: vt dignis flagellationibus castigatꝰ, in tua miseratione respiret. Per.

¶ Feria vj. Statio ad sanctos Joannem, ꝛ Paulum. Introitus.

Audiuit dominus, ꝛ misertus est mihi: dominus factus est adiutor meus. Psalm. Exaltabo te dñe, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spir. Oratio. psal. 29

Inchoata ieiunia, quesumus domine, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quam corporaliter exhibemus, mētibus etiā synceris exercere valeamus. Per dominū. Alie orationes, vt in feria iiij. Cinerū. Lectio Isaie prophete. c. 58

Haec dicit dominus deus. Clama, ne cesses: quasi tuba, exalta vocem tuam, ꝛ annuncia populo meo scelera eorum, ꝛ domui Jacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt, ꝛ scire vias meas volunt: quasi gens que iustitiam fecerit, ꝛ que iudicium dei sui non

non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, et nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, et nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum, et saccum et cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium et diem acceptabilem dño? Nonne, hoc est magis ieiuniuz, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: et omne onus disrumpe. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosqz induc in domuz tuā. Cum videris nudum, operi eum: et carnē tuaz ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuū: et sanitas tua citius orietur: et anteibit faciem tuaz iustitia tua: et gloria dñi colliget te. Tūc inuocabis, et dñs exaudiet: clamabis, et dicet: ecce adsum. Quia misericors sum dominus deus tuus.

Psal. 26. Grad. Unaz petii a domino, hanc requiram: vt inhabitez in domo domini. ℣. Ut videam voluptatez domini, et protegar a tēplo sancto eius.

Psal. 102. Trac. Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris

Psal. 78 iniquitatum nostrarum antiquarū: cito anticipēt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui dñe libera nos, et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Seq. sancti euāge. sm Matthæum.

ca. 5 et 6 In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis, quia dictū est antiquis. Diliges proximum tuū: et odio habebis inimicum tuuz. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: et orate pro persequentibus et calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in celis est: qui solem suū oriri facit sup bonos et malos, et pluit sup iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligūt, quā mercedē habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt? Et, si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos pfecti, sicut et pr̄ vester celestis pfectus est. Attēdite, ne iustitiā vestrā faciatis coraz hominibus, vt videamini ab eis: alioqn mercedē nō habebitis apud patrē vestrū qui in celis est. Cum ergo facis eleemosynā, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt in synagogis et in vicis, vt honorificētur ab hominibus: Amen dico vobis receperūt mercedē suā. Te autem faciēte eleemosynā, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Offert. Domine, viuifica me secundum eloquium tuum: vt sciam testimonia tua. (Psal. 118) Secreta.

Sacrificium domine obseruantie quadragesimalis quod offerimus, presta, quesumus, vt tibi et

bi: & mētes nostras reddat acceptas, & continentię promptioris nobis tribuat facultatē. Per. Alię secr. vt in fer. iiij. Cinerū. Cōio. Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcōmunio.

psal. 2

Spiritū nobis domine tuę charitatis infunde: vt, quos vno pane cęlesti satiasti, tua facias pietate concordes. Per do. in vni. eius. Alię postcōiones. vt in feria iiij. Cinerū. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tuere dñe populū tuū: & ab omnibus peccatis clemēter emūda: q2 nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per.

¶ Sabbato. Statio ad sanctum Tryphonem. Introitus.

psal. 29

Audiuit dñs, & misertus est mihi: dñs factus est adiutor meus. Ps. Exaltabo te dñe, qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Gloria pa. Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris, & concede: vt hoc sollemne ieiuniū, quod animis, corporibusq3 curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per. Alię oōnes, vt in feria iiij. Cinerū. Lectio Isaię prophetę.

ca. 58

Haec dicit dominus deus. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest: cum effuderis esurienti animam tuam, & animā afflictā repleueris: tūc orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs de⁹ tuus semper: & implebit splēdorib⁹ aīam tuā: & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarū, cuius nō deficient aquę. Et edificabunt in te deserta sęculorum: fundamēta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ędificator sepiū, cōuertēs semitas in quietē. Si auerteris à sabbato pedē tuū, facere volūtatē tuā in die sancto meo: & vocaueris sabbatū delicatū, & sanctū dñi gloriosum: & glorificaueris eū dū nō facis vias tuas, & nō inuenitur volūtas tua, vt loquaris sermonē: tūc delectaberis sup dño: & sustollam te sup altitudinē terrę: & cibabo te hereditate Jacob patris tui. Os enim dñi locutum est. Gradua.

psal. 26

Unā petij à dño, hanc requiram, vt inhabitē in domo domini. ℣. Ut videam voluptatem domini: & protegar à templo sancto eius. Sequētia sancti euangelij secundum Marcū.

ca. 6

In illo tēpore: Cum sero esset factū, erat nauis in medio mari, & Jesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando. Erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulās supra mare, & volebat pręterire eos. At illi vt viderūt eū ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dixit illis. Confidite. Ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. Erat enim cor illorum obcęcatum. Et cū transfretassent, venerunt in terram Genesareth: & appli-

applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui, cōtinuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersam regionē illā, ceperunt in grabatis eos qui se male habebāt circumferre, vbi audiebant eū esse. Et quocunq; introibat, in vicos, vel in villas, aut in ciuitates: in plateis ponebāt infirmos, & deprecabant eū, vt vel fimbriā vestimēti eius tangerēt. Et quotquot tangebant eū, salui fiebant. Offert. (Psal. 118) Dñe viuifica me secundū eloquiū tuū, vt faciā testimonia tua. Secre.

Suscipe dñe sacrificium, cuius te voluisti dignanter immolatione placari: pr̄sta q̄s: vt huius operatione mysterij mundati, beneplacitum tibi nr̄e mētis offeramus affectum. Per. Alię secretę, vt in feria iiij. Cinerū. Cōio. (Ps. 2) Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne pereatis de via iusta. Postcommunio.

Celestis vitę munere vegetati, q̄s dñe: vt quod est nobis in pręsenti vita mysterium, fiat ęternitatis auxiliū. Per domi. Alię post communiones, vt in feria iiij. Cinerum. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadē & percipiēdo requirant, & quęrendo sine fine percipiant. Per dominū nostrum.

¶ Dñica j. in Quadrage. Statio ad S. Joannē in Laterano. Introitus. (Psal. 90)

Inuocabit me, & ego exaudiā eū: eripiā eū, & glorificabo eū: longitudine dierū adimplebo eum. Ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. V. Gloria p. Oremus.

Deus, q ecclesiā tuā annua quadragesimali obseruatione purificas: pr̄sta familię tuę: vt, qd̄ a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per. Ad poscenda suffragia Sanctorū. Oratio.

A Cunctis nos, q̄s domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata & gloriosa semperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & oībus sanctis: salutē nobis tribue benignus & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, Ecclesia tua, secura tibi seruiat libertate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui viuorū dominaris simul & mortuorū, omniūq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse pr̄noscis: te supplices exoram⁹: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quósque vel pr̄sens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iā exutos corpore suscepit: intercedētibus omnibus sanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum suorum veniā consequantur. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios. (2.c.6)

Fratres: Hortamur vos ne in vacuum gratiā dei recipiatis. Ait enim. Tēpore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce, nūc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionē: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus,

bus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitię à dextris ꝛ à sinistris, per gloriaꝫ ꝛ ignobilitatem: per infamiā ꝛ bonam famā: vt seductores ꝛ veraces: sicut qui ignoti ꝛ cogniti: quasi morientes, ꝛ ecce viuimus: vt castigati ꝛ nō mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ꝛ omnia possidentes. Gradua.

psal. 90 Angelis suis deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te, ne vnquā offendas ad lapidē pedē tuū.

psal. 90 Tractus. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei celi commorabitur. Dicet domino, susceptor meus es tu, ꝛ refugiū meū: deus meus sperabo in eū. Quoniā ipse liberabit me de laqueo venantiū, ꝛ à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: ꝛ sub pēnis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. A sagitta volante p diē, à negocio perambulante in tenebris, a ruina ꝛ demonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, ꝛ decē millia à dextris tuis: tibi aūt non appropinquabit. Qm̄ angelis suis mādauit de te, vt custodiant te in oībus vijs tuis. In manibus portabūt te, ne vnquā offendas ad lapidē pedē tuū. Super aspidē ꝛ basiliscū ambulabis, ꝛ conculcabis leonē ꝛ draconem. Qm̄ in me sperauit, liberabo eū: protegam euꝫ, qm̄ cognouit nomen meū. Inuocabit me, ꝛ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. Eripiam eum, ꝛ glorificabo eum: longitudine dierum adimplebo eum, ꝛ ostendam illi salutare meum.

Seq. sancti euangelij fm̄ Mattheū.

ca. 4 In illo tempore: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, ꝛ quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptū est: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: ꝛ statuit eum supra pinnaculuꝫ templi, ꝛ dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim. Qr angelis suis mandauit de te, ꝛ in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptuꝫ est. Non tentabis dn̄m deum tuū. Iterum assumpsit eū diabolus in montē excelsum valde: ꝛ ostēdit ei omnia regna mūdi, ꝛ gloriam eorū, ꝛ dixit illi. Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade satana, scriptuꝫ est enim. Dominum deum tuū adorabis: ꝛ illi soli seruies. Tunc reliquit euꝫ diabolus: ꝛ ecce angeli accesserunt, ꝛ ministrabant ei. Credo. Offertorium. psal. 90 Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, ꝛ sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initij sollemniter immolamus, te domine deprecantes: vt cuꝫ epularum restrictione carnalium à no-

xijs quoque voluptatibus temperemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū. Alie Secrete.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem, a cūctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiā tribuens in presenti et gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione commendatos suscepimus, et nomina omnium fidelium beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dominum nost.

Communio. Scapulis suis obumbrabit tibi dominus, et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veritas eius. Postcommunio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos, in mysterii salutaris, facias transire consortium. Per dominum. Alie Postcommuniones.

Mundet et muniat nos, qs dñe, diuini sacramenti munus oblatum: et, intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis, a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

Purificent nos, quesumus, omnipotens et misericors deus, sacramenta que sumpsimus: et intercedentibus omnibus sanctis tuis presta: vt hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per dominum.

Feria iij. Statio ad sanctum Petrum ad vincula. Introitus.

Sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri: miserere nostri dñe, miserere nostri. Ps. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria p. Oratio. psal. 122

Conuerte nos deus salutaris noster: et, vt nobis ieiuniū quadragesimale proficiat, mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum nostrum Jes. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio Ezechielis prophete.

Hec dicit dominus deus. Ecce, ego ipse requirā oues meas: et visitabo illas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, et liberabo eas de omnibus locis: in quibus disperse fuerant in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris: et inducam eas in terram suam: et pascam eas in montibus Israel, in riuis, et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus excelsis Israel erūt pascua earū. Ibi requiescēt in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas: et ego eas accubare faciam, dicit dñs deus. Quod perierat, requiram: et quod abiectum erat, reducam: c. 34

cã: ꝛ quod confractum fuerat, alligabo: ꝛ quod infirmũ fuerat, cõsolidabo: ꝛ quod pingue ꝛ forte, custodiã. Et pascam illas in iudicio, dicit dñs omnipotens. Gradua. Protector noster aspice deus, ꝛ respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutũ exaudi preces seruorũ tuorum. Tractus. Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq; secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

psal. 83 — psal. 102 — psal. 78 — ca. 25

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, ꝛ omnes angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis suę. Et congregabuntur ante eu; omnes gentes: ꝛ separabit eos ab inuice;: sicut pastor ségregat oues ab hędis. Et státuet oues quidem à dextris suis: hędos aute; à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt. Uenite benedicti patris mei: possidete paratũ vobis regnũ à constitutione mundi. Esuriui enim, ꝛ dedistis mihi manducare. Sitiui: ꝛ dedistis mihi bibere. Hospes erã: ꝛ collegistis me. Nudus: ꝛ operuistis me. Infirmus: ꝛ visitastis me. In carcere eram: ꝛ venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine, quãdo te vidimus esurientẽ, ꝛ pauimus te: sitiente;, ꝛ dedimus tibi potum: Quando autẽ te vidimus hospite;: ꝛ collegimus te: aut nudum, ꝛ cooperimus te: Aut quando te vidimus infirmũ, aut in carcere: ꝛ venimus ad te: Et respondens rex, dicet illis. Amen dico vobis quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet ꝛ his, qui à sinistris eius erũt. Discedite à me maledicti, in igne; ęternum, qui paratus est diabolo, ꝛ angelis eius. Esuriui enim: ꝛ nõ dedistis mihi manducare. Sitiui: ꝛ nõ dedistis mihi potũ. Hospes erã: ꝛ non collegistis me. Nudus: ꝛ non operuistis me. Infirmus, ꝛ in carcere: ꝛ non visitastis me. Tunc respondebunt ei ꝛ ipsi, dicentes. Dñe, quando te vidimus esurientẽ, aut sitientem, aut hospitem, aut nudũ, aut infirmũ, vel in carcere: ꝛ non ministrauimus tibi: Tunc respondebit illis, dicẽs. Amẽ dico vobis: quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppliciũ ęternũ: iusti autẽ, in vitã ęternam. Offer. Leuabo oculos meos, ꝛ considerabo mirabilia tua domine, vt doceas me iustitias tuas: da mihi intellectum, ꝛ discam mandata tua. Secreta.

Munera tibi dñe oblata sanctifica, nosq; à peccatorũ nostrorum maculis emunda. Per do. Alię secretę, vt in Dominica precedẽti. Cõmunio. Amẽ dico vobis: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum ab initio seculi. Postcommunio.

Salutaris tui domine munere satiati, supplices exoramus: vt cuius letamur gustu, renouemur effectu. Per dominum. Alię postcõmu-

psal. 118 — mat. 25

muniones, vt in Dominica preceden. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Absolue, qs dñe, nostrorũ vincula peccatorũ: et quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.

psal. 89

Domine refugiuz factus es nobis a generatione in generationẽ: a seculo et i seculũ tu es. psal. Priusquã mõtes fierent, aut formaretur terra et orbis, a seculo et vsque in seculũ tu es deus. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Oratio.

Respice domine familiaz tuã, et presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, que se carnis maceratione castigat. Per dñm.

Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio Isaie prophete.

ca. 55

In diebus illis: Locutus est Isaias propheta, dicẽs. Querite dñm, dum inueniri potest: inuocate eũ, duz prope est. Derelinquat impius viã suã: et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm, et miserebitur eius: et ad deuz nostrũ, quoniã multus est ad ignoscenduz. Non enim cogitationes mee, cogitationes vestre, neqz vie vestre, vie mee, dicit dñs. Qr sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris, et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Et, quomodo descendit imber et nix de celo, et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram, et infundit eaz, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panẽ comedenti. Sic erit verbuz meũ quod egredietur de ore meo: nõ reuertetur ad me vacuuz, sed faciet quecũqz volui, et prosperabitur in his, ad que misi illud: ait dñs ops. Gradu.

psal. 140

Dirigatur oratio mea, sicut incẽsũ in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Sequ. sancti euang. scdm Mattheuz.



ca. 21

In illo tẽpore: Cuz intrasset Iesus Hierosolymã, cõmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebãt. Hic est Iesus propheta, a Nazareth Galilee. Et intrauit Iesus in templum Dei: et eijciebat omnes vendentes et ementes in templo: et mensas numulariorum, et cathedras vendentium colũbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserũt ad eum ceci, et claudi in templo: et sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum, et scribe, mirabilia que fecit, et pueros clamãtes in templo, et dicẽtes hosanna filio Dauid: indignati sunt, et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Vtiqz. Nunquam legistis, qr ex ore infantium et lactentium perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniaz: ibiqz mansit. Offertor. In te speraui domine: dixi, tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta.

psal. 30

Oblatis, qs dñe, placare muneribus, et a cũctis nos defende

periculis. Per do. Alię orationes vt in dñica pręcedenti. Cōmunio.

ps.4 Cum inuocarem te, exaudisti me, deus iustitię meę: in tribulatione dilatasti me: miserere mihi dñe, ⁊ exaudi orationem meā. Postcōmunio.

Presta, q̄s, omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum, cuius per hęc mysteria pignus accepimus. Per dñm. Alię postcōmuniones, vt in dñica pręcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Ascendant ad te domine preces nostrę: ⁊ ab ecclesia tua cūctam repelle nequitiaȝ. Per dñm.

¶ Feria quarta Quatuor temporum Quadrag. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

psal. 24 Reminiscere miserationum tuarū dñe, ⁊ misericordię tuę, quę à sęculo sūt: ne vnquā dominētur nobis inimici nostri: libera nos deus Israel ex omnibus angustijs nostris. ps. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubescaȝ. ℣. Gloria. post kyrie eleison. dī Oremus. Flecta.gen. ℟. Leua.

Preces nostras, q̄s domine, clemēter exaudi: ⁊ contra cuncta nobis aduersantia, dexteraȝ tuę maiestatis extende. Per dominuȝ no.

Lectio libri Exodi.

c.24 In diebus illis: Dixit dominus ad Moysen: Ascende ad me in monteȝ, ⁊ esto ibi: daboq́ȝ tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legē, ac mandata quę scripsi: vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, ⁊ Iosue minister eius: ascēdensqȝ Moyses in monteȝ dei, senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron ⁊ Hur vobiscū. Si quid natum fuerit quęstionis, referetis ad eos. Cūque ascēdisset Moyses, operuit nubes montem: ⁊ habitauit gloria dñi super Sinai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dñs de medio caliginis. Erat autem species glorię domini quasi ignis ardēs super verticem montis, in conspectu filiorum Israel. Ingressusqȝ Moyses medium nebulę, ascendit in montē. Et fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. Grad. psal. 24 Tribulationes cordis mei dilatatę sunt: de necessitatibus meis erue me domine. ℣. Vide humilitatem meam, ⁊ laborē meū: ⁊ dimitte oīa peccata mea. Hic dī Dñs vobiscū. Orem⁹.

Deuotioneȝ populi tui, quęsumus domine, benignus intēde: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mēte. Per dominuȝ nostrū Iesum Christū ⁊c.

Alię orationes vt in Dominica pręcedenti. Lectio libri Regum.

3.c.19 In diebus illis: Venit Elias in Bersabee Iuda; ⁊ dimisit ibi puerum suum: ⁊ perrexit in desertum, viam vnius diei. Cumqȝ venisset, ⁊ sederet subter vnam iuniperū: petiuit animę suę vt moreret̄: ⁊ ait. Sufficit mihi dñe: tolle animaȝ meam. Neqȝ enim melior sum, quā patres mei. Proiecitqȝ se, ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce, angelus domini tetigit eum, dixitque illi. Surge, comede. Et respexit, ⁊ ecce ad caput suum subcinericius panis, ⁊ vas aquę. Comēdit ergo, ⁊ bibit:

⁊ bibit: ⁊ rursum obdormiuit: reuersus qꝫ est angelus dñi secundo, ⁊ tetigit eũ: dixitqꝫ illi. Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cũ surrexisset, comedit, ⁊ bibit, ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹, vsqꝫ ad montem dei Horeb. Trac.

Psal. 24

De necessitatibus meis eripe me dñe: vide humilitatem meã ⁊ laborem meũ, ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te dñe leuaui animam meam, deus meus in te confido, nõ erubescã: neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenĩ vniuersi qui te expectant, nõ confundentur: confundantur omnes facientes vana. Sequẽtia sancti euangelij ſm Mattheum.

ca. 12



In illo tempore: Accesserunt ad Jesum scribę ⁊ pharisei, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala, ⁊ adultera signũ quęrit: ⁊ signum non dabitur ei, nisi signum Jonę prophetę. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus ⁊ tribus noctibus. Viri Niniuitę surgent in iudicio cũ generatione ista, ⁊ condemnabunt eam: q̃r pęnitentiã egerũt in prędicatione Jonę. Et ecce plus, quã Jonas, hic. Regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, ⁊ condemnabit eam: quia venit à finibus terrę audire sapientiã Salomonis. Et ecce plus, quam Salomon, hic. Cum autẽ immũdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiẽ, ⁊ non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domũ meã, vnde exiui. Et veniens, inuenit eã vacantẽ, scopis mundatã, ⁊ ornatam. Tunc vadit, ⁊ assumit septẽ alios spiritus secũ nequiores se, ⁊ intrantes habitant ibi: ⁊ fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimę. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce, mater eius ⁊ fratres stabãt foris, quęrentes loqui ei. Dixit aũt ei quidã. Ecce, mater tua ⁊ fratres tui foris stant, quęrentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait. Quę est mater mea, ⁊ qui sũt fratres mei? Et extendens manũ in discipulos suos, dixit. Ecce mater mea, ⁊ fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatẽ patris mei q in cęlis est, ipse me⁹ frater ⁊ soror ⁊ mater est. Offe.

Psal. 118

Meditabor in mandatis tuis, quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mãdata tua, quę dilexi. Secreta.

Hostias tibi dñe placationis offerimus: vt, ⁊ delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per. Alię secr. vt in Dñica precedenti. Cõio.

Ps. 5

Intellige clamorẽ meũ: intende voci orationis meę, rex meus ⁊ de⁹ meus: quoniam ad te orabo dñe. Postcõio.

Tui dñe perceptiõe sacramẽti, ⁊ à nostris mũdemur occultis, ⁊ ab hostiũ liberemur ĩsidijs. Per. Alię postcõiones, vt in Dñica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Mentes nostras, q̃s dñe, lumine tuę claritatis illustra: vt videre possimus q̃ agenda sunt: ⁊ quę recta sunt agere valeamus. Per d.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Laurentiũ in Paneperna. Introitus. Con-

[psal. 95] Confessio, ⁊ pulchritudo in conspectu eius: sanctitas ⁊ magnificẽtia in sanctificatione eius. Psal. Cantate dño canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria pa. Oremus.

Deuotionẽ populi tui, q̃s dñe, benignus intende: vt, qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiãtur in mente. Per dñm. Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Ezechielis prophete.

[ca. 18] In diebus illis: Fact⁹ est sermo domini ad me, dicẽs. Quid est quòd inter vos parabolam vértitis in prouerbium istud in terra Israel, dicẽtes: patres comederunt vuam acerbã, ⁊ dẽtes filiorũ obstupescũt? Viuo ego, dicit dñs deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in Israel. Ecce, omnes anime, mee sunt: vt anima patris, ita ⁊ anima filij, mea est. Anima que peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, ⁊ fecerit iudicium ⁊ iustitiã: in montibus non comederit, ⁊ oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: ⁊ vxorẽ proximi sui nõ violauerit: ⁊ ad mulierez menstruataz non accesserit: ⁊ hominẽ non cõtristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nihil rapuerit: panẽ suũ esurienti dederit: ⁊ nudum operuerit vestimento: ad vsuram non commodauerit, ⁊ amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: ⁊ iudicium verum fecerit inter virum ⁊ virum: ⁊ in preceptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet, ait dominus deus. Graduale. Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuaruz protege me. [psal. 16] ℣. De vultu tuo iudicium meuz prodeat: oculi tui videant equitatez. Sequentia sancti euangelij secundũ Matthæũ.



[ca. 15] In illo tempore: Egressus Iesus secessit in partes Tyri ⁊ Sidónis: Et ecce, mulier Chananea à finibus illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei dñe fili Dauid: filia mea male à demonio vexatur. Qui non respondit ei verbũ. Et accedẽtes discipuli eius, rogabant eũ dicentes. Dimitte eã: quia clamat post nos. Ipse aũt respondens, ait. Non sum missus, nisi ad oues, que perierunt, domus Israel. At illa venit: ⁊ adorauit eũ, dicens. Dñe, adiuua me. Qui respondens, ait. Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, ⁊ mittere canibus. At illa dixit. Etiam dñe. Nam ⁊ catelli edũt de micis, que cadunt de mensa dñorũ suorũ. Tũc respondẽs Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offerto. [psal. 33] Immittet angelus dñi in circuitu timẽtiũ meũ, ⁊ eripiet eos: gustate, ⁊ vite, qm̃ suauis est dominus. Secre.

Sacrificia domine, q̃s, propitius ista nos saluẽt, que medicinalibus sũt instituta ieiunijs. Per. Alie sec. vt in Dñica p̃cedẽti. Cõio.

[Jo. 6] Panis quez ego dedero, caro mea est pro seculi vita. Postcõmunio.

Tuorum nos domine largitate donorũ ⁊ tẽporalibus attolle p̃sidijs, ⁊ renoua sempiternis. Per.

Super

Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Da, quesumus domine, populis christianis: et que profitentur agnoscere: et celeste munus diligere, quod frequentant. Per dominum.

¶ Feria vj. Quatuor temporum Quadragesime. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

psal. 24

De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam et laborem meum: dimitte omnia peccata mea. psalmus. Ad te domine levavi animam meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, et filio. Oremus.

Esto domine propitius plebi tue: et quam tibi facis esse devotam, benigno refove miseratus auxilio. Per. Alie orationes, vt in dominica precedenti. Lectio Ezechielis prophete.

ca. 18

Hec dicit dominus deus. Anima que peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est, et custodierit vniversa precepta mea, et fecerit iudicium et iustitiam: vita vivet, et non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quam operatus est, vivet. Nunquid voluntatis mee est mors impij, dicit dominus deus, et non vt convertatur a vijs suis, et vivat? Si autem averterit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid vivet? Omnes iustitie eius quas fecerat, non recordabuntur. In prevaricatione sua qua prevaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite ergo domus Israel. Nunquid via mea non est equa, et non magis vie vestre prave sunt? Cum enim averterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iustitia quam operatus est, morietur. Et cum averterit se impius ab impietate sua quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam: ipse animam suam vivificabit. Considerans enim, et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita vivet et non morietur, ait dominus omnipotens. Grad. Salvum fac servum tuum deus meus sperantem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam.

psal. 85

Tractus. Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuva nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. Sequentia sancti evangelij secundum Ioannem.

psal. 102

psal. 78



ca. 5

In illo tempore: Erat dies festus Iudeorum: et ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica piscina, que cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cecorum, clau-

dorũ, aridorũ, expectãtiũ aquę motũ. Angel⁹ aũt dñi ẜm tẽpus descẽdebat in piscinã: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior descẽdisset in piscinaꝫ post motionẽ aquę, san⁹ fiebat à quacunqꝫ detinebat̃ infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi, triginta ⁊ octo annos habẽs in infirmitate sua. Hũc cũ vidisset Jesus iacẽtẽ: ⁊ cognouisset, q̃ iã multũ tẽpus haberet, dixit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Dñe, hominẽ nõ habeo, vt cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Duꝫ venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus. Surge: tolle grabatuꝫ tuũ, ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo ille: ⁊ sustulit grabatũ suũ, ⁊ ambulabat. Erat aũt sabbatũ in illa die. Dicebãt ergo Judęi, illi, q sanus factus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuũ, ⁊ ambula. Interrogauerũt ergo eũ. Quis est ille homo, q dixit tibi: tolle grabatũ tuum, ⁊ ambula? Js aũt, q sanus fuerat effectus, nesciebat q̃s esset. Jesus aũt declinauit à turba cõstituta in loco. Postea inuenit eũ Jesus in tẽplo, ⁊ dixit illi. Ecce sanus factus es: iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo: ⁊ nunciauit Judęis, q̃ Jesus esset, q fecit euꝫ sanum. Offer. Benedic anima mea domino, ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius: ⁊ renouabitur sicut aquila iuuentus tua. (psal. 102) Secreta. Suscipe, q̃s dñe, munera nr̃is oblata seruitijs: ⁊ tua propitius dona sanctifica. Per do. Alię secretę, vt in dñica pręcedẽti. Cõio. (ps. 6) Erubescant, ⁊ cõturbentur omnes inimici mei: auertant̃ retrorsũ, ⁊ erubescãt valde velociter. Postcõio. Per huius dñe operationẽ mysterij, ⁊ vitia nostra purgẽtur, ⁊ iusta desideria cõpleantur. Per. Alię postcõiones, vt in dñica pręcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Exaudi nos misericors deus: ⁊ mentibus nostris gratię tuę lumen ostende. Per dominum no.

¶ Sabbato quatuor tẽpor. Quad. Statio ad sanctũ Petrũ. Introit⁹.

Intret oratio mea in cõspectu tuo: inclina aurẽ tuaꝫ ad precẽ meã dñe. (psal. 87) Ps. Dñe deus salutis meę: in die clamaui, ⁊ nocte corã te. ℣. Glia. post Kyrie eleison. dicit̃ Oremus. Flecta. genua. ℟. Leua. Populũ tuũ, q̃s dñe, propitius respice: atqꝫ ab eo flagella tuę iracundię clemẽter auerte. Per d. Lectio libri Deuteronomij. (ca. 26) In diebus illis: Locutus est Moyses ad dñm, dicẽs. Respice dñe de sanctuario tuo, ⁊ de excelso cęlorũ habitaculo: ⁊ benedic populo tuo Jsrael, ⁊ terrę quaꝫ dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrę lacte ⁊ melle manãti. Audi Jsrael. Hodie dominus deus tuus pręcepit tibi, vt facias mãdata eius atque iudicia: ⁊ custodias ⁊ impleas ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua. Dominũ elegisti hodie, vt sit tibi deus: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ custodias ceremonias illius, ⁊ mandata atque iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En, dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus

locutus est tibi: ꝛ custodias omnia pręcepta illius: ꝛ faciet te excelsiorē cunctis gentibus, quas creauit in laudem, ꝛ nomen, ꝛ gloriam suaꝫ: vt sis populus sanctus dn̄i dei tui, sicut locutus est tibi. Gradua. Propitius esto dn̄e peccatis nostris: nequādo dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

psal. 78

PRotector noster aspice deus: vt, q malorū nostrorū pōdere premimur, pcepta misericordia tua libera tibi mēte famulemur. Per.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. 11

IN diebus illis: Dixit Moyses filijs Israel. Si custodieritis mādata, quę ego pręcipio vobis, ꝛ feceritis ea, vt diligatis dn̄m deum vestrum, ꝛ ambuletis in omnibus vijs eius adhęrentes ei: disperdet dn̄s oēs gētes istas ante faciem vestrā, ꝛ possidebitis eas quę maiores ꝛ fortiores vobis sunt. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, ꝛ Libano, ꝛ flumine magno Euphrate, vsqꝫ ad mare occidētale, erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorē vestrū, ꝛ fortitudinē dabit dn̄s deus vester super omnē terram quaꝫ calcaturi estis: sicut locutus est vobis dn̄s deus vester. Gradua. Protector noster aspice deus: ꝛ respice super seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutū exaudi preces seruorū tuorꝫ. Oremus. Flecta. genua. ℟. Leua.

psal. 83

ADesto, q̄s dn̄e, supplicationibus nostris: vt esse, te largiente, mereamur ꝛ inter ꝓspera humiles, ꝛ inter aduersa securi. Per do.

Lectio libri Machabęorum.

2. c. 1

IN diebus illis: Orationem faciebant sacerdotes, dum offerrēt sacrificiū pro populo Israel, Ionatha incohoante, cęteris aūt respōdētibus, ꝛ dicētibus. Benefaciat vobis deus: ꝛ meminerit testamēti sui, quod locutus est ad Abraaꝫ, Isaac, ꝛ Iacob, seruoꝝ suoꝝ fideliū. Et det vobis cor oībus: vt colatis eū, ꝛ faciatis eius voluntatē corde magno ꝛ animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua: ꝛ in pręceptis suis: ꝛ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras: ꝛ reconcilietur vobis, nec vos deserat in tpe malo dn̄s deus vester. Gra. Cōuertere dn̄e aliquātulum, ꝛ deprecare super seruos tuos. ℣. Dn̄e refugium factus est nobis à generatione in generationeꝫ. Oremus. Flect. genua. ℟. Leuate.

psal. 89

PReces populi tui, q̄s dn̄e, clemēter exaudi: vt q iustē ꝓ peccatis nostris affligimur, ꝓ tui nōis gloria misericorditer liberemur. Per dn̄m. Lectio libri Sapientię.

MIserere nostri deus omniū, ꝛ respice nos: ꝛ ostēde nobis lucem miserationum tuaruꝫ, ꝛ immitte timorem tuum super gentes quę nō exquisierunt te: vt cognoscāt, qa non est deus nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas: vt videant potētiam tuā. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in cōspectu nostro magnificaberis in illis: vt cognoscant te, sicut ꝛ nos cognouimus, qm̄ non est deus pręter te domine. Innoua signa, ꝛ immuta mirabilia. Glorifica manum, ꝛ brachium dextruꝫ. Excita furorē, ꝛ effunde irā. Tolle aduersariū, ꝛ af

eccl. 36

flige inimicum. Festina tempus, et memento finis: vt enarrent mirabilia tua dñe deus noster. Grad. D irigatur oratio mea, sicut incensũ in cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. O remus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

psal. 140

A Ctiones nostras, quesumus domine, aspirando preueni, et adiuuando prosequere: vt cũcta nostra oratio et operatio a te semp incipiat, et per te cepta finiatur. Per.

Lectio Danielis prophete.

ca. 3

I N diebus illis: Angelus domini descendit cũ Azaria, et socijs eius in fornacẽ: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis, quasi ventum roris flantem. Flãma aũt diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: et incẽdit quos repperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristauit, nec quicquam molestie intulit. Tũc hi tres, quasi ex vno ore, laudabant, et glorificabant, et benedicebant deum in fornace, dicentes. Hymnus.

B Enedictus es domine deus patrum nostrorũ. E t laudabilis et gloriosus in secula. E t benedictũ nomen glorie tue, quod est sanctum. E t laudabile, et gloriosum in secula. B enedictus es in tẽplo sancto glorie tue. E t laudabilis et gloriosus in secula. B enedictus es sup thronum sanctum regni tui. E t laudabilis, et gloriosus in secula. B enedictus es super sceptrum diuinitatis tue. E t laudabilis, et gloriosus in secula. B enedictus es q sedes super cherubim, intuens abyssos. E t laudabilis et gloriosus in secula. B enedictus es qui ambulas super pẽnas ventorũ, et super vndas maris. E t laudabilis, et gloriosus in secula. B enedicant te omnes angeli, et sancti tui. E t laudent te, et glorificent in secula. B enedicant te celi, terra, mare, et omnia que in eis sunt. E t laudẽt te, et glorificent in secula. G loria patri, et filio, et spiritui sancto. E t laudabili, et glorioso in secula. S icut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorũ. Amen. E t laudabilis et gloriosus in secula. B enedictus es domine deus patrum nostrorum. ℟. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum. Non dicitur Flectamus genua. O remus.

D Eus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominũ nostrum Iesum. Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1. ca. 5

F Ratres: Rogamus vos, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonũ est sectamini in inuicem, et in omnes. Sẽper gaudete. Sine intermissione orate: In omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonũ est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester, et anima,

ma,ꝛ corpus sine querela,in aduentu dñi nostri Jesu Christi seruetur.

Psal. 116 Trac. Laudate dominũ omnes gẽtes:ꝛ collaudate eũ omnes populi. ℣. Quõ cõfirmata est sup nos misericordia eius:ꝛ veritas dñi manet in eternũ. Euangeliũ. In illo tẽpore: Assumpsit Jesus Petrũ ꝛ Jacobũ.

Psal. 87 quere in sequẽti dñica. Offer. Domine deus salutis mee, in die clamaui ꝛ nocte coram te:intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Presentibus sacrificijs,qs domine,ieiunia nostra sanctifica: vt,quod obseruãtia nr̃a profitetur exterius,interius operet. Per do.

Alie secrete, vt in dñica precedẽti.

Ps. 7 Cõio. Domine deus in te speraui, libera me ab omnibus persequentibus me,ꝛ eripe me. Postcõmunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus,ꝛ vitia nostra curent,ꝛ remedia nobis eterna proueniãt. Per Alie postcõiones, vt in dñica pce. Sup populũ. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Fideles tuos deus benedictio desiderata confirmet:q̃ eos,ꝛ à tua voluntate nunquam faciat discrepare,ꝛ tuis semper indulgeat beneficijs gratulari. Per dominum.

¶ Dominica ij. in Quadragesima.

Statio ad sanctam Mariam in Dominica. Introitus.

Psal. 24 Reminiscere miserationũ tuarum dñe: ꝛ misericordie tue, que à seculo sunt,ne vnquã dñentur nobis, inimici nostri: libera nos de⁹ Israel ex omnibus angustijs nostris. Ps. Ad te domine leuaui animã meam, deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Oremus.

Deus,q cõspicis oĩ nos virtute destitui:interi⁹,exteriusq; custodi:vt ab oib⁹ aduersitatib⁹ muniamur in corpore,ꝛ à prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per.

Ad poscẽda suffragia sctõrũ. Orõ.

A cunctis nos,qs dñe,mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedẽte beata ꝛ gloriosa semperque virgine dei genitrice Maria,cũ beatis aplis tuis Petro ꝛ Paulo, atq; btõ N. ꝛ oibus sanctis:salutẽ nobis tribue benignus ꝛ pacem:vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis,ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem domi.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui viuorũ dominaris simul ꝛ mortuorum,omniumq; misereris, quos tuos fide ꝛ ope futuros esse p̃noscis:te supplices exoramus:vt ꝓ quibus effundere preces decreuimus,quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet,vel futurũ iã exutos corpore suscepit:intercedentibus omnibus sanctis tuis: pietatis tue clementia,omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per d. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.c.4 Fratres: Rogamus vos,ꝛ obsecramus in domino Jesu:vt quemadmodum accepistis à nobis, quõ vos oporteat ambulare,ꝛ placere deo:sic ꝛ ambuletis,vt abũdetis magis. Scitis enim q̃ precepta dederi; vobis,per dñm Jesu;. Hec est enim volũtas dei sanctificatio vestra:vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione ꝛ

ne τ honoꝛe: non in passione deside-
rij: sicut τ gentes que ignoꝛant deū.
Et ne quis supergrediatur, neq; cir
cūueniat in negotio fratrem suum:
qm̄ vindex est dn̄s de his omnibus,
sicut prediximus vobis, τ testificati
sumus. Non enim vocauit nos de-
us in immunditiam: sed in sanctifica
tionē: In Christo Jesu domino no
stro. Grad. Tribulationes coꝛdis
mei dilatate sunt: de necessitatibus
meis eripe me domine, ℣. Uide hu
militatem meam, τ laboꝛem meū:
τ dimitte omnia peccata mea. Tra.
Confitemini domino, quoniā bo-
nus: quoniam in seculum misericoꝛ
dia eius. ℣. Quis loquetur poten-
tias dn̄i: auditas faciet oēs laudes
eius? ℣. Beati q custodiūt iudiciū:
τ faciunt iustitiā in omni tēpoꝛe. ℣.
Memento nostri dn̄e in beneplaci-
to populi tui: visita nos in salutari
tuo. Seq. sancti euā. sm̄ Mattheū.

psal. 24

psal. 105

ca. 17



In illo tē-
poꝛe: As-
sumpsit Jesus
Petrum τ Ja
cobum τ Joan
nē fratrē eius:
τ duxit illos in
montē excelsū
seoꝛsum: τ trās-
figuratus est
ante eos. Et resplenduit facies eius
sicut sol: vestimēta aūt eius facta sūt
alba sicut nix. Et ecce, apparuerūt
illis Moyses τ Elias cū eo loquen
tes. Respondens autē Petrus, di-
xit ad Jesum. Dn̄e, bonū est nos hic
esse. Si vis, faciamus hic tria taber
nacula: tibi vnū, Moysi vnū, τ Elie
vnū. Adhuc eo loquēte, ecce nubes
lucida obūbꝛauit eos. Et ecce vox
de nube, dicens. Hic est filius meus
dilectus in quo mihi bene cōplacui:
ipsū audite. Et audientes discipuli
ceciderunt in faciē suā, τ timuerunt
valde. Et accessit Jesus, τ tetigit eos
dixitque eis. Surgite, τ nolite time
re. Leuantes autem oculos suos, ne
minem viderunt, nisi solum Jesum.
Et descendentibus illis de monte,
pꝛecepit eis Jesus dicens. Nemini
dixeritis visionem: donec filius ho
minis à moꝛtuis resurgat. Credo.
Offer. Meditaboꝛ in mādatis tuis,
q̄ dilexi valde, τ leuabo man⁹ meas
ad mādata tua, que dilexi. Secreta.

psal. 118

Sacrificijs pꝛesentibus dn̄e,
quesumus, intende placatus:
vt τ deuotioni nostre pꝛoficiāt, τ sa
luti. Per dominū. Alie Secrete.
Exaudi nos deus salutaris no
ster: vt p huius sacramēti vir-
tutē, à cunctis nos mentis τ coꝛpo-
ris hostibus tuearis, gratiam tribu
ens in pꝛesenti, τ gloꝛiam in futuro.
Deus cui soli cognitus est nu-
merus electoꝛum in superna
felicitate locādus, tribue quesumus:
vt, intercedētibus omnibus sanctis
tuis, vniuersoꝛum, quos in oꝛatione
commendatos suscepimus, τ nomi
na omniū fideliū, beate pꝛedestina-
tionis liber ascripta retineat. Per
do. Cōio. Intellige clamoꝛem me
um: intende voci oꝛationis mee rex
meus, τ Deus meus: quoniā ad te
oꝛabo domine. Postcommunio.

ps. 5

Supplices te rogamus omni-
potēs deus: vt, quos tuis refi
cis sacramētis, tibi etiā placitis mo
ribus dignanter deseruire cōcedas.
Per dn̄m. Alie postcōmuniones.
Mundet, τ muniat nos, q̄s do-
mine, diuini sacramēti munus
oblatum:

oblatū: et intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

Purificēt nos, q̄s ops et misericors deus, sacramenta q̄ sumpsimus: et intercedētibus oībus sanctis tuis p̄sta: vt hoc tuū sacramētū nō sit nobis reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniā: sit ablutio scelerū, sit fortitudo fragiliū, sit cōtra oīa mundi pericula firmamētū, sit viuorū atq̄ mortuorum fideliū remissio oīuz delictorum. Per.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Clementem. Introitus.

psal. 25

Redime me dn̄e, et miserere mei, pes enim meus stetit in via recta, in ecclesijs benedicam dn̄m. ps. Judica me dn̄e, qm̄ ego in innocentia mea ingressus sum: et in dn̄o sperans, non infirmabor. ℣. Gloria patri. Oremus.

Presta, q̄s, ops deus: vt familia tua, que se affligendo carnē ab alimētis abstinet, sectādo iustitiā a culpa ieiunet. Per do. Alie orō. vt in dn̄ica pce. Lectō Danielis pphete.

ca. 9

In diebus illis. Orauit Daniel dn̄m, dicēs. Dn̄e deus noster, qui eduxisti populū tuum de terra Aegypti in manu forti, et fecisti tibi nomen scdm diē hāc, peccauimus, iniquitatē fecimus. Dn̄e in omnem iustitiam tuā, auertatur obsecro ira tua, et furor tuus a ciuitate tua Hierusalē, et a monte sancto. Propter peccata enim nostra, et iniquitates patrum nostrorū, Hierusalem et populus tuus in opprobriū sunt omnibus per circuitū nostrum. Nunc ergo exaudi dn̄e deus noster oratione serui tui, et preces eius: et ostende faciē tuā super sanctuariū tuū quod desertū est. Propter temetipsū inclina deus meus aurē tuam, et audi: aperi oculos tuos, et vide desolationē nostrā, et ciuitatē sup quā inuocatū est nomen tuū. Neq̄ enim in iustificationibus nostris psternimus preces ante faciē tuā: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi dn̄e, placare dn̄e: attēde, et fac ne moreris propter temetipsum deus meus: q̄r nomen tuum inuocatū est super ciuitatē, et super populum tuū, dn̄e deus noster. Grad. Adiutor meus, et liberator meus esto: dn̄e ne tardaueris. ℣. Confundantur, et reuereantur inimici mei, qui querunt animā meā. Trac. Dn̄e non sm̄ peccata nostra, que fecimus nos, neque secūdum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue, q̄r pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos: et propitius esto peccatis nostris, ppter nomē tuū. Sequētia sancti euangelij secundū Joannem.

psal. 69

psal. 102

psal. 78

ca. 8



In illo tēpore: Dixit Jesus turbis Judeorum. Ego vado, et q̄retis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos nō potestis

testis venire. Dicebāt ergo Iudei. Nūquid interficiet semetipsū, qꝛ dicit quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebant ei. Uos de deorsū estis: ego de supernis sum. Uos de mūdo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, qꝛ ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principiū: q et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, et iudicare. Sed qui misit me, verax est: et ego q̄ audiui ab eo, hec loquor in mundo. Et nō cognouerunt, qꝛ patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis qꝛ ego sum, et a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hec loquor. Et q me misit, mecū est: et nō reliquit me solum, qꝛ ego que placita sunt ei, facio semp.

psal. 15 **Offert.** Benedicā dn̄m, qui tribuit mihi intellectum: prouidebā dn̄m in conspectu meo semp: qm̄ a dextris est mihi, ne commouear. **Secreta.**

Hec hostia dn̄e placationis et laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per. **Alie secre. vt in dn̄ica p̄cedēti.**

ps. 8 **Cōio.** Domine dn̄s noster, quā admirabile est nomē tuum in vniuersa terra. **Postcōio.**

Hec nos cōio, dn̄e, purget a crimine: et celestis remedij faciat esse cōsortes. Per dn̄m. **Alie postcōmuniones, vt in dn̄ica p̄cedenti. Super populum.** Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciā sperā de pietatis indulges, cōsuete misericordie tribue benignus effectū. Per.

Feria iij. Statio ad sanctam Balbinam. Introitus.

psal. 26 Tibi dixit cor meū, quesiui vultū tuū: vultū tuū dn̄e requiram: ne auertas faciē tuā a me. **Psal.** Dn̄s illuminatio mea, et salus mea: quē timebo? ℣. Gloria. **O**remus.

Perfice, q̄s dn̄e, benignus in nobis obseruātie sancte subsidiū: vt, que te auctore facienda cognouimus, te operāte impleamus. Per. **Alie orationes, vt in dominica precedenti. Lectio libri Regum.**

3.c.17 In diebus illis. Factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens. Surge et vade in Sarephta Sidoniorum, et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue, vt pascat te. Surrexit, et abijt in Sarephta: Cumq; venisset ad portā ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna: et vocauit eam, dixitq; ei. Da mihi paululū aque in vase, vt bibam. Cumq; illa pergeret vt afferret, clamauit post tergū eius, dicēs. Affer mihi obsecro et buccellam panis in manu tua. Que respōdit. Uiuit dn̄s deus tuus, qꝛ nō habeo panē, nisi quātū pugillus capere pōt farine in hydria, et paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna: vt ingrediar, et faciā illud mihi, et filio meo: vt comedamus, et moriamur. Ad quā Elias ait. Noli timere: sed vade, et fac sicut dixisti. Uerūtamē mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū, et affer ad me: tibi aūt et filio tuo facies postea. Hec aūt dicit dn̄s deus Israel. Hydria farine non deficiet: nec lecythus olei minuetur, vsq; in diem

in diem in qua daturus est dominus pluuiā super faciē terrę. Que abijt, ⁊ fecit iuxta verbum Elię. Et comedit ipse, ⁊ illa, ⁊ domus eius. Et ex illa die, hydria farinę nō defecit: ⁊ lecytus olei nō est imminutus, iuxta verbū dñi, quod locutus fuerat in manu Elię. Grad. Iacta cogitatū tuū in dño, ⁊ ipse te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm, exaudiuit vocem meā ab his q appropinquāt mihi. (psal. 54)

Sequē. sancti euāg. sēm Mattheū. (ca. 23)



In illo tēpore: Locutus est Iesus ad turbas, ⁊ ad discipulos suos dicēs. Sup Cathedrā Moysi sederūt Scribę, ⁊ pharisęi. Oia ergo, quęcunq; dixerint vobis, seruate, ⁊ facite: sēm vero opera eorū nolite facere. Dicunt enim, ⁊ nō faciūt. Alligāt enim onera grauia, ⁊ importabilia, ⁊ imponūt in humeros hominū: digito autē suo nolūt ea mouere. Oia vero opa sua faciūt, vt videāt ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, ⁊ magnificāt fimbrias. Amant aūt primos recubitus in cenis, ⁊ primas cathedras in synagogis, ⁊ salutationes in foro, ⁊ vocari rabbi. Un⁹ est enim magister vester oēs autē vos fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis sup terrā: vnus est enim pater vester q est in cęlis. Nec vocemini magistri: q2 magister vester, vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: ⁊ qui se humiliauerit, exaltabitur.

Offerto. Miserere mei dñe secundum magnā misericordiā tuā: dele dñe iniquitatem meam. (psal. 50) Secreta.

Sanctificationē tuā nobis dñe his mysterijs operare placatus: quę nos ⁊ à terrenis purget vitijs, ⁊ ad cęlestia dona pducat. Per do. Alię secretę, vt in dñica pręced.

Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: lętabor ⁊ exultabo in te: psallā nomini tuo altissime. (ps. 9) Postcommunio.

Ut sacris dñe reddamur digni muneribus, fac nos tuis, quęsum⁹, semp obedire mādatis. Per. Alię postcōiones, vt in dñica pcedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Propitiare domine supplicationibus nostris, ⁊ animarum nostrarū mēdere languoribus: vt, remissione percepta, in tua semper benedictione lętemur. Per dñm.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctam Cęciliam. Introitus.

Ne derelinquas me dñe deus meus, ne discedas à me: intēde in adiutoriū meum, dñe virtus salutis meę. (psal. 37) ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oremus.

Populū tuū dñe propitius respice: ⁊, quos ab escis carnalibus pręcipis abstinere, à noxijs quoque vitijs cessare cōcede. Per dominum nostrum Iesum Christum. Alię orationes, vt in Dominica pręcedenti. Lectio libri Hester. (ca. 13)

In dieb⁹ illis: Orauit Mardocheus ad dñm, dicēs. Dñe deus rex omnipotēs in ditione tua cūcta sunt

sunt posita: et nō est qui possit tue re-
sistere volūtati. Si decreueris salua-
re nos, continuò liberabimur. Tu
enim dñe fecisti celū et terraz, et quic
quid celi ambitu continetur. Tu es
dñs omnium: et non est qui resistat
maiestati tue. Et nūc dñe rex regū,
de' Abrahā, miserere populo tuo:
q2 volunt nos inimici nostri perde-
re, et hereditatez tuā delere. Ne de-
spicias partē tuā, quā redemisti tibi:
sed exaudi deprecationē nostram, et
propitius esto sorti et funiculo here
ditatis tue. Et conuerte luctum no-
strum in gaudium: vt viuentes, lau-
demus nomen tuum: et ne claudas
ora canentium te dñe deus noster.

psal. 27 Grad. Saluū fac populū tuū dñe,
et benedic hereditati tue. ℣. Ad te
dñe clamaui, deus meus ne sileas à
me, et ero similis descendentibus in
lacū.

psal. 102 Trac. Dñe, non sm peccata
nostra, que fecimus nos, neqz sm
iniquitates nras, retribuas nobis.

psal. 78 ℣. Dñe, ne memineris iniquitatū
nostrarū antiquarū: cito anticipent
nos misericordie tue, q2 pauperes
facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos
deus salutaris noster, et propter glo
riā nominis tui domine libera nos,
et propitius esto peccatis nostris, p
pter nomen tuum. Sequentia san-
cti euangelij secundum Mattheū.

ca. 20



In illo tpe: Ascendēs Iesus Hierosolymā, assumpsit duodecim disci-
pulos suos se-
cretò, et ait illis. Ecce ascēdim' Hierosolymā, et filius hominis
tradet principib' sacerdotū, et scri-
bis: et condēnabunt eū morte. Et tra
dent eū gentibus ad illudendum, et
flagellādū, et crucifigendū: et die ter
tia resurget. Tūc accessit ad eū ma-
ter filiorū Zebedei cū filijs suis, ado
rans et petēs aliquid ab eo. Qui di-
xit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt se-
deant hi duo filij mei, vnus ad dex-
terā tuā, et vnus ad sinistrā, in regno
tuo. Respondens aūt Iesus, dixit.
Nescitis quid petatis. Potestis bi
bere calicē, quē ego bibiturus sum?
Dicūt ei. possumus. Ait illis. Calicē
quidē meū bibetis: sedere autez ad
dexteram meā vel ad sinistrā, nō est
meū dare vobis: sed quibus paratū
est à patre meo. Et audientes decē,
indignati sunt de duobus fratribus.
Iesus autē vocauit eos ad se: et ait.
Scitis, q2 principes gentiū domi-
nantur eorū: et qui maiores sunt, po
testatē exercent in eos? Nō ita erit
inter vos. Sed quicunqz voluerit
inter vos maior fieri, sit vester mini-
ster: et q voluerit inter vos primus
esse, erit vester seruus. Sicut filius
hois non venit ministrari: sed mini-
strare, et dare animā suā redemptio-
nē pro multis.

psal. 24 Offer. Ad te dñe le
uaui aīam meā deus in te confido,
nō erubescā: neqz irrideant me ini-
mici mei: etenim vniuersi, q te expe
ctant, non confundentur. Secreta.
Hostias, qs dñe, quas tibi offe
rimus pitius respice: et per
hec sancta cōmercia, vincula pecca
torū nostrorū absolue. Per d. Alie
secre. vt in dñica pcedēti.

psal. 10 Cōio. Iu
stus dñs et iustitiā dilexit: equitatez
vidit vultus eius. Postcōmunio.
Sumptis dñe sacramentis, ad
redemptionis eterne, qsum',
proficia-

proficiamus augmentũ. Per do.
Alię postcõmuniones, vt in dñica pcedẽti. Super populũ. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

Deus innocentię restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruorũ: vt spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per dominum nost. in vnitate eiusdem.

¶ Feria v. Statio ad sanctam Mariam trans Tyberim. Introitus.

psal. 69

Deus in adiutoriũ meũ itẽde, dñe ad adiuuãdũ me festina: cõfundant & reuereant oẽs inimici mei q q̃runt animã meã. ps. Auertant retrorsum, & erubescãt: q volũt mihi mala. ℣. Gloria pa. Orem9.

Presta nobis, q̃s, dñe, auxiliũ gratię tuę: vt ieiunijs & orationibus cõuenienter intẽti liberemur ab hostibus mẽtis & corporis. Per.

Alię orationes, vt in dñica pręcedenti. Lectio Hieremię prophetę.

ca. 17

Hec dicit dñs deus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachium suũ: & à dño recedit cor eius. Erit enim quasi myricę in deserto, & non videbit cũ venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis, & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & nõ timebit cũ venerit ęstus. Et erit foliũ eius, viride: & in tempore siccitatis nõ erit solicitũ: nec aliquando desinet facere fructum. Prauũ est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda, & probãs renes: qui do vnicuiq; iuxta viam suã, & iuxta fructum adinuentionum suarũ: dicit dominus omnipotens. Graduale.

psal. 78

Propitius esto peccatis nostris domine, nequando dicant gentes, vbi est deus eorũ? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter honorẽ nominis tui domine libera nos. Sequentia sancti euangelij sm Lucã.



ca. 16

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis quę cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autẽ, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę. Mortuus est autẽ & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater Abrahã miserere mei, & mitte Lazarũ: vt intingat extremũ digiti sui in aquã, vt refrigeret linguã meam: qr crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham. Fili, recordare qr recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc transi

re ad

re ad vos, nõ possint: neq3 inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater, vt mittas eu3 in domu3 patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne ꝛ ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abrahã. Habent Moysen, ꝛ prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi. Si Moysen ꝛ prophetas non audiũt: neq3, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Ex. 32 Offer. Precatus est Moyses in cõspectu domini dei sui, ꝛ dixit: quare dñe irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento Abraham, Isaac, ꝛ Jacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac, ꝛ mel: ꝛ placatus est dñs de malignitate, qua3 dixit facere populo suo. Secreta.

Presenti sacrificio nomini tuo nos dñe ieiunia dicata sanctificẽt: vt qđ obseruãtia nr̃a profitet exterius, interiꝰ operet effectu. Per.

Alie secrete, vt in dñica precedẽti.

Jo. 6 Cõio. Qui manducat meã carne3, ꝛ bibit meũ sanguinẽ: in me manet, ꝛ ego in eo, dicit dñs. Postcõio.

Gratia tua nos, qs dñe, non derelinquat: que ꝛ sacre nos deditos faciat seruituti, ꝛ tuã nobis opẽ semp acquirat. Per. Alie postcõmuniones, vt in dominica pcedẽti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Adesto dñe famulis tuis, ꝛ perpetuam benignitate3 largire poscẽtibus: vt his, q te auctore, ꝛ gubernatore gloriãt, ꝛ cgregata restaures, ꝛ restaurata conserues. Per.

¶ Feria sexta. Statio ad sanctum Vitalem. Introitus.

Ego aũt cũ iustitia apparebo i cõspectu tuo: satiabor, du3 manifestabit glia tua. (psal. 16) Ps. Exaudi dñe iustitiã meã intẽde deprecationem meã. V. Gloria pa. Oremus.

Da, qs, omnipotẽs deus: vt sacro nos purificãte ieiunio, synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per dominum.

Alie orationes vt in Dominica precedenti. Lectio libri Genesis.

In diebus illis: Dixit Joseph (ca. 37) fratribus suis. Audite somniũ meũ, quod vidi. Putabã nos ligare manipulos in agro: ꝛ quasi cõsurgere manipulũ meũ, ꝛ stare, vestrosq3 manipulos circũstãtes adorare manipulũ meũ. Responderunt fratres eiꝰ. Nunquid rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorũ atq3 sermonũ, inuidie ꝛ odij fomitem ministrauit. Aliud quoq3 somnium vidit: quod narrãs fratribus, ait. Vidi per somniũ quasi solem, ꝛ lunam, ꝛ stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, ꝛ fratribꝰ retulisset, increpauit eũ pater, ꝛ dixit. Quid sibi vult hoc somniu3, quod vidisti? Nunquid ego, ꝛ mater tua, ꝛ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero re3 tacitus cõsiderabat. Cũmq3 fratres illius in pascendis gregibus patris morarẽtur in Sichem, dixit ad eum Israel. Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mitta3 te ad eos. Quo respondẽte, presto sum: ait. Vade, ꝛ vide, si cũcta pspera sint erga fratres tuos, ꝛ pecora: ꝛ renũcia mihi quid agatur.

agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem. Inuenitque eum vir errantem in agro: et interrogauit quid quereret. At ille respõdit. Fratres meos quero: indica mihi vbi pascant greges. Dixit ei vir. Recesserunt de loco isto: Audiui autem eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joseph post fratres suos, et inuenit eos in Dothain. Qui cum audissent eum procul, ante quam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum, et mittamus eum in cisternam veterem, dicemusque, fera pessima deuorauit eum. Et tũc apparebit, quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hec Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem: sed proiicite eum in cisternam hanc, que est in solitudine: manusque vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, et reddere patri suo.

Psal. 119

Gradu. Ad dominum cum tribularer clamaui, et exaudiuit me. V. Domine libera animã meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa.

Psal. 102

Trac. Domine non secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Psal. 78

V. Domine: ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuũ.

Seq. sancti euãge. secundum Matthẽum.

M. N. R.



ca. 21

In illo tpe: Dixit Jesus turbis Iudeorũ parabolã hãc. Homo qdam erat paterfamilias, q plantauit vineã, et sepem circũdedit ei, et fodit in ea torcular, et edificauit turrim, et locauit eã agricolis: et peregre profectus est. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius. Et agricole, apprehẽsis seruis eius, aliũ ceciderunt, aliũ occiderunt, aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissimè aũt misit ad eos filium suũ: dicens, verebuntur forte filium meum. Agricole aũt vidẽtes filium, dixerunt intra se. Hic est heres: venite, occidamus eum, et habebimus hereditatẽ eius. Et apprehẽsum eum eiecerunt extra vineã, et occiderunt. Cum ergo venerit dñs vinee, qd faciet agricolis illis? Aiũt illi. Malos male perdet: et vineã suã locabit aliis agricolis, q reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Jesus. Nunquam legistis in scripturis, lapidem quẽ reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? A dño factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferet a vobis regnum dei, et dabit genti facienti fructus eius. Et q ceciderit super lapidẽ istum, cõfringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere: timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum ha-

psal. 39 bebãt. Offert. Domine, in auxilium meum respice: confundantur, ⁊ reuereantur qui querunt animam meam, vt auferant eam: domine in auxilium meum respice. Secreta. Haec in nobis sacrificia, deus, ⁊ actione permaneant, ⁊ operatione firmentur. Per. Alie secr. vt in dñica p̄cedenti. Cõio. psal. 11 Tu dñe seruabis nos, ⁊ custodies nos a generatione hac in eternum. Postcõio. Fac nos, q̄s dñe, accepto pignore salutis eterne, sic tendere cõgruẽter, vt ad eã puenire possimus. Per. Alie postcõiones, vt in dñica p̄cedẽti. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Da, q̄s dñe, populo tuo salutẽ mẽtis ⁊ corporis: vt bonis operibus inherendo, tue semp̄ virtutis mereat̃ protectione defendi. Per.

¶ Sabbato. Statio ad sanctos Marcellinũ ⁊ Petrũ. Introitus.

psal. 18 Lex dñi irreprehensibilis, conuertens animas: testimonium dñi fidele, sapientiã prestans paruulis. Psal. Celi enarrãt gloriã dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentũ. ℣. Gloria p. Oremus. Da, q̄s dñe, nostris effectũ ieiunijs salutarẽ: vt castigatio carnis assumpta, ad nostrarũ vegetationem transeat animarum. Per do. Alie orationes, vt in dominica precedenti. Lectio libri Genesis.

c.27 In diebus illis: Dixit Rebecca filio suo Jacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, ⁊ dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, ⁊ fac cibos vt comedã, ⁊ benedicam tibi corã dño antequã moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce cõsilijs meis: ⁊ pergens ad gregem affer mihi duos hedos optimos, vt faciã ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cũ intuleris, ⁊ comederit, benedicat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille respondit. Nosti, q̄ Esau frater meus homo pilosus sit, ⁊ ego leuis: si attrectauerit me pr̃ meus, ⁊ senserit, timeo ne putet me voluisse sibi illudere, ⁊ inducã super me maledictionẽ, p̄ benedictione. Ad quẽ mater: in me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meã, ⁊ pergẽs, affer que dixi. Abijt, ⁊ attulit, deditque matri sue. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patrẽ illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eũ: pelliculásq; hedorũ circumdedit manibus, ⁊ colli nuda protexit. Deditq; pulmẽtũ: ⁊ panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi? At ille respõdit. Audio. Quis es, fili mi? Dixitq; Jacob. Ego sum Esau primogenitus tuus: feci, sicut precepisti mihi. Surge, sede, ⁊ comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium suum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac. Accede huc, vt tangam te fili mi: ⁊ probem vtrum tu sis filius meus Esau, an nõ? Accessit ille ad patrẽ: ⁊ palpato eo, dixit Isaac. Vox quidẽ, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum: q̄ pilose manus similitudinem maioris expresserãt. Benedicens ergo illi, ait. Tu es

es fili⁹ meus Esau? Respōdit. Ego sum. At ille: Affer, inquit, mihi, cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eū. Accede ad me: ꝛ da mihi osculū fili mi. Accessit, ꝛ osculat⁹ est eum. Statimque vt sensit vestimētorū illius fragrantiā, benedicēs ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dn̄s. Det tibi deus de rore celi, ꝛ de pinguedine terre, abundātiam frumēti, vini, ꝛ olei. Et seruiāt tibi populi, ꝛ adorent te trib⁹. Esto dn̄s fratrum tuorū: ꝛ incuruent ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: ꝛ q benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Uix Isaac sermonē impleuerat: ꝛ egresso Jacob foras, venit Esau, coctosq3 de venatione cibos intulit patri, dicens. Surge pater mi, ꝛ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq3 illi Isaac. Quis enī es tu? Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehemēti: ꝛ vltra quā credi potest, admirās ait. Quis ergo ille est, q dudū captā venationē attulit mihi, ꝛ comedi ex omnibus priusquā tu venires: benedixiq3 ei, ꝛ erit benedict⁹. Auditis Esau sermonib⁹ patris, irrugiit clamore magno: ꝛ cōsternat⁹ ait. Benedic etiā ꝛ mihi pater mi. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulēter, ꝛ accepit benedictionē tuā. At ille subiunxit. Juste vocatū est nomen eius Jacob. Supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, ꝛ nūc secūdo surripuit benedictionē meā. Rursumque ad patrē. Nunquid nō reseruasti, ait, ꝛ mihi benedictionē? Respōdit Isaac. Dn̄m tuū illum cōstitui, ꝛ oēs fratres eius seruituti illi⁹ subiugaui. Frumento, vino, ꝛ oleo stabiliui eū: ꝛ tibi post hec fili mi, vltra qd faciā? Cui Esau. Nū vnā, inqt, tātū benedictionē habes pater? Mihi quoq3 obsecro vt benedicas. Cūq3 eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum. In pinguedine terre, ꝛ in rore celi desup erit benedictio tua. Gra.

Bonū est confiteri domino, ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuā per noctem. psal. 91

Sequētia sancti euāgelij s̄m Lucā.



In illo tpe: Dixit Jesus phariseis parabolā hanc. Homo qdā habuit duos filios: ꝛ dixit adolescētior ex illis, patri. Pater da mihi portionē substātie, q̄ me cōtingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, cōgregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquā: ꝛ ibi dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriose. Et postquam consummasset omnia, facta est fames valida in regione illa: ꝛ ipse cepit egere. Et abiit, ꝛ adhesit vni ciuium regionis illius. Et misit illū in villā suā, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suum de siliquis quas porci manducabāt: ꝛ nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit. Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autē hic fame pereo. Surgam, ꝛ ibo ad patrem meum, ꝛ dicam ei. Pater peccaui in celum ꝛ ca. 15

corã te: iam nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cũ autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius: ⁊ misericordia motus est. Et accurrẽs cecidit super collũ eius, ⁊ osculatus est eũ. Dixitq; ei filius. Pater, peccaui in celum, ⁊ corã te: iam non sũ dignus vocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, ⁊ induite illũ: ⁊ date anulũ in manu eius, ⁊ calceamenta in pedes eius: ⁊ adducite vitulum saginatum, ⁊ occidite, ⁊ manducemus, ⁊ epulemur: q꞉ hic filius meus mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret, ⁊ appropinquaret domui, audiuit symphoniã ⁊ chorum. Et vocauit vnum de seruis: ⁊ interrogauit q̃ hec essẽt, Isq; dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulũ saginatũ, q꞉ saluũ illũ recepit. Indignatus est aũt, ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare eũ. At ille respondẽs, dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: ⁊ mandatũ tuũ nunquã preteriui: ⁊ nũquã dedisti mihi hedũ, vt cũ amicis meis epularer. Sed postquã filius tuus hic, qui deuorauit substantiã suã cum meretricibus, venit: occidisti vitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili, tu semper mecũ es: ⁊ oĩa mea, tua sũt. Epulari autẽ, ⁊ gaudere oportebat, q꞉ frater tuus hic, mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus est. Offe. Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam in morte: neq̃n dicat inimicus meus, preualui aduersus eum. Secre.

ps. 12

Hjs sacrificijs dñe cõcede placatus: vt, q propriis oramus absolui delictis, nõ grauemur externis. Per. Alie secre. vt in dñica pcedẽti. Cõio. Oportet te fili gaudere: q꞉ frater tuus mortuus fuerat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuẽtus est. Postcõ. Sacramẽti tui dñe diuina libatio penetralia nr̃i cordis infundat: ⁊ sui nos participes potẽter efficiat. Per. Alie postcõiones, vt in dñica pced. Sup populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Familiã tuã, q̃s dñe, continua pietate custodi: vt, que in sola spe gratie celestis innititur, celesti etiã protectione muniatur. Per do.

¶ Dñica iij. in Quadrag. Statio ad sãctũ Laurẽtiũ extra muros. Intro. Oculi mei semp ad dñm: q꞉ ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me, ⁊ miserere mei qm̃ vnicus, ⁊ pauper sum ego. psal. Ad te domine leuaui animam meã: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Oremus. Quesumus, ops deus, vota humilium respice: atq; ad defensionem nostram, dexteram tue maiestatis extende. Per d. Ad poscẽda suffragia Sanctorum. Oratio. A cunctis nos, q̃s dñe, mẽtis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente btã ⁊ gloriosa sempq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; btõ N. ⁊ oibus sctis, salutẽ nobis tribue benignus ⁊ pacẽ: ⁊ destructis aduersitatibus ⁊ erroribus vniuersis, eccla tua secura tibi seruiat libertate. Oro. Omni-

psal. 24

Omnipotēs sempiterne deus, q viuorū dn̄aris simul ⁊ mortuoꝝ, oīumque misereris, quos tuos fide ⁊ ope futuros esse p̄noscis: te suppli ces exoramus: vt ꝓ qbus effundere preces decreuimus, quósq₃ vel p̄sens seculū adhuc in carne retinet, vel futurū iā₃ exutos corpore susce pit: intercedentibus oībus sanctis tuis, pietatis tuę clemētia, oīu₃ delictoꝝ suoꝝ veniā consequant. Per.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 5

Fratres: Estote imitatores dei, sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectione, sicut ⁊ Christus dilexit nos: ⁊ tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem ⁊ hostiā₃ deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē ⁊ omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sctōs: aut turpitudo, aut stultiloquiū₃, aut scurrilitas, q̄ ad rē nō pertinet: sed magis gratiarū actio. Hoc aūt scitote intelligentes: ꝙ oīs fornicator, aut immūdꝰ, aut auarus, qđ est idolorū seruitus, nō habet hęreditatē in regno Christi ⁊ dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hęc enim venit ira dei in filios diffidētię. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enī₃ aliquādo tenebrę: nūc aūt lux in dn̄o. Ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in oī bonitate, ⁊ iustitia, ⁊ veritate. Gra.

ps. 9

Exurge dn̄e, nō pręualeat homo: iudicentur gentes in cōspectu tuo. ℣. In cōuertendo inimicū meū retrorsum, infirmabuntur, ⁊ peribunt à facie tua. Trac. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancillę in manibꝰ dn̄e suę: ita oculi nostri ad dominū deū₃ nostrum, donec misereaē nr̄i. ℣. Miserere nobis dn̄e, miserere nobis.

psal. 122

Sequētia sancti euangelij s̄m Lucā.

ca. 11



In illo tp̄e: Erat Jesus eiiciens demoniū: ⁊ illud erat mutū. Et cū eiecisset demonium, locutus est mutus: ⁊ admiratę sunt turbę. Quidā autē ex eis dixerunt. In beelzebub principe demonioꝝ eijcit demonia: Et alij tentantes, signū de celo q̄rebant ab eo. Ipse aūt vt vidit cogitationes eoꝝ, dixit. Oē regnū in seipsum diuisum, desolabit: ⁊ domus supra domū cadet. Si aūt ⁊ satanas in seipsū₃ diuisus est: quō stabit regnū ipsius, q: dicitis in beelzebub eijcere me demonia? Si aūt ego in beelzebub eiicio demonia: filij vr̄i in quo eiiciūt? Ideo ipsi, iudices vr̄i erunt. Porrò si in digito dei eiicio demonia: ꝓfectò peruenit in vos regnū₃ dei. Cū fortis armatus custodit atrium suū: in pace sunt omnia quę possidet. Si aūt fortior illo supueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui nō est mecū, aduersum me est: ⁊ qui nō colligit mecum, dispergit. Cū immundus spiritus exierit ab homine, perambulat p loca inaquosa, quęrēs requiē. Et nō inueniens dicit. Reuertar in domum meā, vnde exiui. Et cū venerit, inuenit eā scopis mundatā ⁊ ornatam. Et tunc vadit, ⁊ assūmit se cum septem alios spiritus nequiores se: ⁊ ingressi habitāt ibi. Et fiūt nouissima hominis illius peiora prioribus.

rib⁹. Factū est aūt: cū hec diceret, ex
tollēs vocē quedam mulier de turba
dixit illi. Beat⁹ vēter q te portauit:
⁊ vbera q̄ suxisti. At ille dixit quin
immo, beati q audiunt verbū dei, ⁊
custodiūt illud. Et dr̄ Credo. Off.
psal. 18
Iustitie dn̄i recte, letificātes corda:
⁊ iudicia ei⁹ dulciora sup mel ⁊ fauū:
nā ⁊ seruus tuus custodit ea. Secr.

Haec hostia, q̄s dn̄e, emundet
nostra delicta, ⁊ ad sacrificiū ce
lebrandū, subditoꝝ tibi corpora, mē
tesqꝫ sanctificet. Per. Alie secre.

Exaudi nos deus salutaris no
ster: vt p huius sacramenti vir
tutem, à cunctis nos mentis ⁊ corpo
ris hostibus tuearis, gratiam tribu
ens in presenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus, cui soli cognitus est nu
merus electorum in supna fe
licitate locādus: tribue q̄s: vt, inter
cedentibus omnibus sanctis tuis,
vniuersorum, quos in orone cōmē
datos suscepimus, ⁊ nomina oium
fidelium beate pdestinationis liber
ascripta retineat. Per. Cōio.
psal. 83
Passer inuenit sibi domū ⁊ turtur nidū,
vbi reponat pullos suos: altaria tua
dn̄e virtutū, rex meus ⁊ deus meus:
beati qui habitāt in domo tua, in se
culū seculi laudabūt te. Postcōio.

A Cūctis nos, q̄s dn̄e, reatibus
⁊ piculis ppitiatus absolue:
quos tanti mysterij tribuis esse par
ticipes. Per d. Alie postcōiones.

Mundet, ⁊ muniat nos, q̄s dn̄e,
diuini sacramenti munus ob
latum: ⁊ intercedēte beata virgine
dei genitrice Maria, cum btīs apo
stolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque
beato N. ⁊ omnibus sanctis: à cun
ctis nos reddat ⁊ puersitatibus ex
piatos, ⁊ aduersitatibus expeditos.

Purificēt nos, q̄s ops ⁊ miseri
cors deus, sacramēta q̄ sumpsi
mus: ⁊, intercedētibus oībus sanctis
tuis, presta: vt hoc tuū sacramētum
non sit nobis reatus ad penā, sed in
tercessio salutaris ad veniā: sit ablu
tio scelerū, sit fortitudo fragiliuꝫ, sit
cōtra omnia mundi pericula firma
mētuꝫ, sit viuoꝝ atqꝫ mortuoꝝ fide
liuꝫ remissio oium delictorū. Per.

¶ Feria secunda. Statio ad san
ctum Marcum. Introitus.
psal. 55
In Deo laudabo
verbuꝫ: in dn̄o lau
dabo sermonē: in
deo sperabo: nō ti
mebo, qd faciat mi
hi homo. ps. Mi
serere mei de⁹, qm̄
conculcauit me homo, tota die bel
lās tribulauit me. ℣. Glia. Orem⁹.

Cordibus nostris, q̄s dn̄e, gra
tiam tuam benignus infunde:
vt, sicut ab escis carnalibus abstine
mus, ita sensus quoqꝫ nostros à no
xijs retrahamus excessibus. Per
domi. Alie orationes, vt in dn̄ica
precedenti. Lectio libri Regum.
4.c.5
In diebus illis: Naaman prin
ceps militie regis Syrie, erat
vir magnus apud dominum suum,
⁊ honoratus. Per illum enim de
dit dominus salutem Syrie. Erat
autem vir fortis, ⁊ diues: sed lepro
sus. Porro de Syria egressi fuerāt
latrunculi: ⁊ captiuam duxerant de
terra Israel puellam paruulaꝫ, que
erat in obsequio vxoris Naaman:
que ait ad dominam suam. Vtinam
fuisset dn̄s meus ad prophetaꝫ qui
est in Samaria: profecto curasset
euꝫ à lepra quam habet. Ingressus
est itaque Naaman ad dominū suū,

⁊ nunciauit ei, dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de terra Israel. Dixitque ei rex Syrie. Uade, ⁊ mittā literas ad regē Israel. Qui cū ꝓfectus esset, ⁊ tulisset secū decē talēta argēti, ⁊ sex millia aureos, ⁊ decē mutatoria vestimētoꝝ: detulit literas ad regē Israel, in hec verba. Cū acceperis epistolā hāc, scito ꝙ miserim ad te Naamā seruū meum: vt cures eū à lepra sua. Cumq; legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua, ⁊ ait. Nūqd de⁹ sū ego, vt occidere possim, ⁊ viuificare, q; iste misit ad me, vt curē hoiem à lepra sua. Animaduertite, ⁊ videte: ꝙ occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir dei: scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua: misit ad eum, dicēs. Cur scidisti vestimēta tua? Ueniat ad me, ⁊ sciat ꝓphetā esse in Israel. Uenit ergo Naaman cum equis ⁊ curribus, ⁊ stetit ad ostium domus Elisei: misitq; ad eum Eliseus nunciū, dicens. Uade, ⁊ lauare septies in Iordane: ⁊ recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman, recedebat dicens. Putabā ꝙ egrederet ad me: ⁊ stans inuocaret nomen domini dei sui, ⁊ tangeret manu sua locū lepre, ⁊ curaret me. Nunquid non meliores sunt Abana, ⁊ Pharphar fluuij Damasci, oībus aquis Israel, vt lauer in eis, ⁊ munder? Cū ergo vertisset se, ⁊ abiret indignās: accesserūt ad eū serui sui, ⁊ locuti sunt ei. Pater, ⁊ si rem grandē dixisset tibi propheta, certè facere debueras: quanto magis, q; nunc dixit tibi: lauare, ⁊ mundaberis? Descendit: ⁊ lauit in Iordane septies, iuxta sermonē viri dei: ⁊ restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: ⁊ mūdatus est. Reuersusq; ad virū dei cū vniuerso comitatu suo, venit, ⁊ stetit coram eo, ⁊ ait. Uerè scio, quòd nō sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantū in Israel.

Grad. Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere mei domine, qm̄ conculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. (psal. 55)

Tra. Dñe non secundum peccata nostra, que fecimus nos, neq; secūdum iniquitates nostras retribuas nobis. (psal.) ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū: cito anticipēt nos misericordie tue, q; pauperes facti sumus nimis. (psal. 78) ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui dñe libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequētia sancti euāgelij sm̄ Lucā.



In illo tpe: Dixerunt pharisei ad Iesum. (ca. 4) Quāta audiuimus facta in Capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua. Ait autē. Amē dico vobis, q; nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus Elie in Israel, qñ clausū est celū annis tribus ⁊ mēsibus sex, cum facta esset fames magna in oī terra: ⁊ ad nullā illarum missus est Elias, nisi in Sarephta Sidonie, ad mulierē viduā. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo ꝓpheta: ⁊ nemo eoꝝ mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt oēs in synagoga, ira, hec audiētes. Et surrexerūt, ⁊ eiecerunt eū extra ciuitatē: ⁊ duxerūt illū vsq; ad su-

percilium mõtis, ſupquem ciuitas
eorum erat edificata, vt precipita
rent eum. Ipſe autē transiens per
medium illorum, ibat. Offertoriũ.
psal. 54 Exaudi deus orationem meam, ⁊
ne deſpexeris deprecationē meam:
intende in me, ⁊ exaudi me. Secre.
Munus, qđ tibi dñe noſtre ſerui
tutis offerimus, tu ſalutare nõ
bis perfice ſacramentũ. Per. Alie
ſecr. vt in dñica precedenti. Cõio.
ps. 13 Quis dabit ex Sion ſalutare Iſra
el: cũ auerterit dominus captiuita
tem plebis ſue, exultabit Jacob, ⁊ le
tabitur Iſrael. Poſtcommunio.
Preſta, qs, ops ⁊ miſericors de
us: vt, quod ore cõtingimus,
pura mēte capiamus. Per d. Alie
poſtcõmuniones, vt in dñica prece
denti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
Subueniat nobis domine miſe
ricordia tua: vt ab imminenti
bus peccatorum noſtrorū pericu
lis, te mereamur protegente eripi;
te liberante ſaluari. Per dominū.
¶ Feria iij. Statio ad ſanctam
Pudentianam. Introitus.
psal. 16 Ego clamaui, qm̃
exaudiſti me de
us: inclina aurē
tuã, ⁊ exaudi ver
ba mea: cuſtodi
me dñe vt pupil
lã oculi: ſub vm
bra alarũ tuarū
protege me. Psal. Exaudi dñe iu
ſtitiam meam: intende depre catio
nem meã. ℣. Gloria pa. Oremus.
Exaudi nos ops ⁊ miſericors
deus: ⁊ cõ tinentie ſalutaris p
pitius nobis dona cõcede. Per do
minum. Alie orationes, vt in domi
nica precedēti. Lectio libri Regum.
In diebus illis: Mulier quedã 4. ca. 4
clamabat ad Eliſeum prophe
tam, dicēs. Seruus tuus vir meus
mortuus eſt: ⁊ tu noſti qr ſeruus tuus
fuit, timens deum. Et ecce creditor
venit, vt tollat duos filios meos ad
ſeruiēdũ ſibi. Cui dixit Eliſe⁹. Quid
vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid
habes in domo tua? At illa reſpon
dit. Non habeo ancilla tua quicquã
in domo mea, niſi parũ olei quo vn
gar. Cui ait. Uade, pete mutuo ab
oĩbus vicinis tuis vaſa vacua non
pauca. Et ingredere, ⁊ claude oſtiũ
tuum, cũ intrinſecus fueris tu ⁊ filij
tui: ⁊ mitte inde omnia vaſa hec: ⁊ cũ
plena fuerint, tolles. Iuit itaqz mu
lier, ⁊ clauſit oſtiũ ſuper ſe ⁊ ſuper fi
lios ſuos: illi offerebãt vaſa, ⁊ illa in
fundebat. Cumqz plena fuiſſent va
ſa, dixit ad filiũ ſuū. Affer mihi ad
huc vas. Et ille reſpondit. Non ha
beo. Stetitqz oleũ. Uenit autē illa,
⁊ indicauit homini dei. Et ille. Ua
de, inquit, vēde oleum, ⁊ redde cre
ditori tuo: tu autem ⁊ filij tui viuite
de reliquo. Gra. Ab occultis meis psal. 18
munda me dñe: ⁊ ab alienis parce
ſeruo tuo. ℣. Si mei nõ fuerint do
minati, tunc immaculatus ero: ⁊
emundabor à delicto maximo.
Seq. ſancti euãge. ſm Mattheum.
In illo tempore: ca. 18



Dixit Jeſus diſci
pulis ſuis. Si pecca
uerit in te frater tu
us: vade, ⁊ corripe eũ
inter te ⁊ ipſum ſolũ.
Si te audierit: lucra
tus eris fratrem tuum. Si autem te
non audierit: adhibe tecum adhuc
vnum vel duos, vt in ore duorũ vel
trium

trium testium stet omne verbum. Quod si nõ audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: quecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo: & quecunqz solueritis super terram, erunt soluta & in celo. Iterum dico vobis: qz si duo ex vobis cõsenserint super terraz: de omni re quamcunqz petierint, fiet illis à patre meo q in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad euz Petrus dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Usque septies? Dixit illi Jesus. Non dico tibi vsqz septies: sed vsqz septuagies septies. Offerto. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit vtutẽ: nõ moriar, sed viuã, & narrabo opera dñi. Secreta.

Per hec veniat, qs dñe, sacramenta nostre redẽptionis effectus: q nos & ab humanis retrahat semper excessibus: & ad salutaria dona perducat. Per do. Alie secre. vt in dñica pcedenti. Cõio. Dñe, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Postcommunio.

Sacris dñe mysterijs expiati, & veniam, quesumus, cõsequamur, & gratiam. Per do. Alie postcommuniones, vt in dominica precedẽti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Tua nos domine protectione defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuuz.

Feria iiij. Statio ad sanctum Sixtum. Introitus. psal. 70

Ego aũt in dño sperabo: exultabo & letabor in tua misericordia: qz respexisti humilitatẽ meã. Ps. In te dñe speraui, nõ cõfundar in eternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. ℣. Gloria pa. Oremus.

Presta nobis: qs dñe: vt salutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoqz vitijs abstinentes, ppitiationez tuã facilius impetremus. Per domi. Alie orationes, vt in Dominica precedenti. Lectio libri Exodi. ca. 20

Hec dicit dominus deus. Honora patrem tuum & matrem tuã: vt sis longeuus super terrã, quã dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Nõ furtum facies. Non loqueris contra proximum tuuũ falsuz testimoniũ. Nõ cõcupisces domũ proximi tui, nec desiderabis vxorem eius: non seruum: non ancillam, non bouem, nõ asinũ: nec omnia que illius sunt. Cunctus aũt populus videbat voces, & lampades: & sonitum buccine, montemque fumigantem: & perterriti ac pauore concussi, steterũt procul, dicẽtes Moysi. Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait Moyses ad populũ. Nolite timere. Ut enim probaret vos, venit deus: & vt terror illius esset in vobis, & nõ peccaretis. Stetitque populus de lõge. Moyses autez accessit ad caliginẽ, in qua erat deus. Dixitque preterea dñs ad Moysen. Hec dices filijs Israel. Uos vidistis, quòd de celo locutus

locut⁹ sũ vobis. Nõ facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis sup illud holocausta, ⁊ pacifica vestra: oues vestras ⁊ boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Graduale. ps. 6 Miserere mei domine, quoniã infirmus sum: sana me dñe. ℣. Cõturbata sunt oĩa ossa mea: ⁊ anima mea turbata est valde. Trac. psal. 102 Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos, neqȝ secundum iniquitates nostras, retribuas nobis. ℣. psal. 78 Domine, ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordię tuę, qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ ꝓpter gloriam nominis tui domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuũ. Sequentia sancti euangelij secundũ Matthęũ.

ca. 15 In illo tpe: Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribę, ⁊ pharisęi, dicentes. Quare discipuli tui transgrediunt traditiones seniorum? Non eniȝ lauant manus suas, cum panem manducãt. Ipse aũt respondẽs, ait illis. Quare, ⁊ vos trãsgredimini mãdatum dei ꝓpter traditionẽ vestrã? Nã deus dixit. Honora patrẽ ⁊ matrẽ: ⁊, qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos aũt dicitis. Quicunqȝ dixerit patri, vel matri: munus quodcũqȝ est ex me, tibi proderit: ⁊ non honorificabit patrem suum, aut matrem suã: ⁊ irritum fecistis mandatũ dei propter traditionem vestram. Hypocritę, bene ꝓphetauit de vobis Isaias dicẽs. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorum longe est à me. Sine causa aũt colunt me, docentes doctrinas, ⁊ mãdata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, ⁊ intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei. Scis, qꝛ pharisęi, audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille respondẽs ait. Oĩs plantatio, quã nõ plãtauit pater meus cęlestis, eradicabitur. Sinite illos. Cęci sunt, ⁊ duces cęcorum. Cęcus autẽ si cęco ducatum pręstet, ambo in foueã cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos sine intellectu estis? Non intelligitis, qꝛ omne quod in os intrat, in ventrem vadit, ⁊ in secessum emittitur? Quę autem procedunt de ore, de corde exeunt: ⁊ ea coinquinãt hominem. De corde enim exeũt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię. Hęc sunt quę coinquinant hominem. Non lotis autem manibus mãducare, nõ coinquinat hominẽ. Offe. psal. 108 Dñe, fac mecũ misericordiã tuam, propter nomen tuum: qꝛ suauis est misericordia tua. Secreta.

Suscipe, q̃s dñe, preces populi tui cũ oblationibus hostiaruȝ: ⁊ tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per. Alię secretę, vt in Dominica pręcedenti. Communio. psal. 15 Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia, cum vultu tuo dñe. Postcõio.

Sanctificet nos dñe, qua pasti sumus, mensa cęlestis, ⁊ à cunctis erroribus expiatos, supernis promis-

promissionibus reddat acceptos. Per. Alie postcõiones, vt in dñica pcedẽti. Super populũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Concede, q̃s ops deus: vt, q protectionis tue gratiaz querimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per d.

¶ Feria v. Statio ad sanctos Cosmam, & Damianum. Introitus.

psal. 77

Salus populi ego sum, dicit dñs: de quacunq; tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: & ero illorum dñs in perpetuuz.

Psal. Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria. Oremus.

Magnificet te dñe sanctorũ tuorum Cosme & Damiani beata sollemnitas: qua & illis gloriã sempiternã, & opem nobis ineffabili prouidẽtia contulisti. Per domi. Alie orationes vt in dominica precedenti. Lectio Hieremie prophete.

ca. 7

In diebus illis: Factuz est verbum domini ad me, dicẽs. Sta in porta domus domini: & predica ibi verbum istud, & dic. Audite verbum domini omnis Juda, q ingredimini per portas has, vt adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum deus Israel. Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscũ in loco isto. Nolite cõfidere in verbis mẽdacij, dicentes. Templum domini, tẽplum domini, templum domini est. Quoniã si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum & proximum eius: aduene & pupillo & vidue nõ feceritis calumniam: nec sanguinẽ innocẽtem effuderitis in loco isto: & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum in loco isto, in terra quã dedi patribus vestris a seculo vsque in seculũ: Ait dñs omnipotens. Graduale.

psal. 144

Oculi omnium in te sperant domine: & tu das illis escam in tpe opportuno. ℣. Aperis tu manuz tuam, & imples omne animal benedictione. Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucaz.



ca. 4

In illo tpe: Surgẽs Jesus de synagoga, introiuit in domũ Simonis. Socrus aũt Simonis tenebat magnis febribus. Et rogauerũt illum pro ea. Et stãs sup illam, imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgẽs ministrabat illis. Cũ sol autẽ occidisset: omnes, qui habebãt infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem demonia a multis, clamantia & dicentia: q; tu es filius Dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui, q; sciebant ipsum esse Christuz. Facta aũt die egressus ibat in desertum locum: & turbe requirebant eum: & venerũt vsq; ad ipsuz, & detinebãt illuz ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Q; & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus suz. Et erat pdicãs in synagogis Galilee. Offe.

psal. 137

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: & super iram inimicorum meorum extẽdes manũ tuã: & saluũ me fecit dextera tua. Secre.

In tuorũ dñe preciosa morte iu
storũ sacrificiũ illud offerimus,
de quo martyrium sumpsit oẽ, prin-
cipiũ. Per. Alię secre. vt in dñica
p̄cedenti. Cõio. Tu mãdasti mãda-
ta tua custodiri nimis: vtinam diri-
gantur vię meę ad custodiendas iu-
stificationes tuas. Postcõmunio.

psal. 118

Sit nobis dñe sacramẽti tui cer
ta saluatio: quę cum beatorum
martyrũ tuorũ Cosmę & Damiani
meritis imploratur. Per do. Alię
postcõiones, vt in dñica p̄cedẽ-
ti. Super populum. Oremus.
Humiliate capita vestra deo.
Subiectũ tibi populũ, q̃s dñe, p
pitiatio celestis amplificet: & tu
is semp faciat seruire mãdatis. Per.

¶ Feria vj. Statio ad sanctum.
Laurentium in Lucina. Introitus.

psal. 85

Fac mecum dñe si-
gnũ in bonũ: vt vi-
deant qui me ode-
rũt, & cõfundãtur,
qm̃ tu dñe adiuui-
sti me, & cõsolatus
es me. Ps. Inclina
dñe aurẽ tuã, & exaudi me: qm̃ inops
& paup sũ ego. ℣. Glia. Oremus.
Ieiunia nostra, q̃s dñe, benigno
fauore prosequere: vt, sicut ab
alimẽtis abstinemus in corpore, ita
à vitijs ieiunemus in mente. Per.
Alię orationes, vt in Dominica p̄ę
cedenti. Lectio libri Numeri.

c. 20

In diebus illis: Conuenerunt
filij Israel aduersus Moysen &
Aarõ: & versi in seditionez, dixerũt.
Date nobis aquã, vt bibamus. In
gressiq; Moyses & Aaron dimissa
multitudine, in tabernaculum fęde-
ris, corruerunt proni in terram: cla-
mauerũtque ad dñm, atq; dixerũt:
Dñe deus exaudi clamorem populi
huius: & aperi eis thesaurum tuum
fontem aquę viuę: vt satiatis, cesset
murmuratio eorũ. Et apparuit glo
ria dñi sup eos. Locutusq; est dñs
ad Moysen, dicens. Tolle virgam:
& congrega populũ tu & Aaron fra-
ter tuus: & loquimini ad petram co-
rã eis: & illa dabit aquas. Cũq; edu-
xeris aquam de petra, bibet omnis
multitudo & iumẽta eius. Tulit igi-
tur Moyses virgam, quę erat in cõ
spectu dñi, sicut p̄ceperat ei, cõgre-
gata multitudine ante petrã: dixit-
que eis. Audite rebelles, & incredu-
li. Num de petra hac vobis aquam
poterimus eiicere? Cũq; eleuasset
Moyses manũ, pcutiẽs virga bis
silicẽ, egressę sũt aquę largissimę, ita
vt populus biberet, & iumenta. Di-
xitque dñs ad Moysen & Aarõ. Q̃r
non credidistis mihi, vt sanctificare
tis me corã filijs Israel: nõ introdu-
cetis hos populos in terrã, quã da
bo eis. Hęc est aqua contradictio-
nis, vbi iurgati sunt filij Israel cõtra
dñm, & sanctificatus est in eis. Gra.

psal. 27

In deo sperauit cor meũ, & adiutus
sum: & refloruit caro mea: & ex volũ-
tate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te do-
mine clamaui: deus meus ne sileas,
ne discedas à me. Trac. Dñe nõ se-
cundũ peccata nostra, quę fecimus
nos, neque secundũ iniquitates no-
stras, retribuas nobis. ℣. Domi-

psal. 102

psal. 78

ne, ne memineris iniquitatũ nostra-
rum antiquarum: cito anticipent
nos misericordię tuę, quia paupe-
res facti sumus nimis. ℣. Adiuua
nos deus salutaris noster, & pro-
pter gloriam nominis tui domine
libera nos, & propitius esto pecca-
tis nostris propter nomen tuum.

Sequen-

Seq. sancti euangelij sm Joannem.

ca. 4



In illo tpe. Venit Jesus in ciuitatē Samarię, q̄ dicitur Sichar: iuxta prędiū, qđ dedit Jacob Joseph filio suo. Erat aūt ibi fōs Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, sup fontē. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquā. Dicit ei Jesus. Da mihi bibere. Discipuli aūt eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quō tu, Judęus cū sis, bibere a me poscis, q̄ sum mulier Samaritana? nō enim coutuntur Judęi Samaritanis. Respōdit Jesus, ⁊ dixit ei. Si scires donum dei, ⁊ qs est q dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitā petisses ab eo, ⁊ dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e, neq; in quo haurias habes, ⁊ puteus altus est: vnde ergo habes aquā viuā? Nunqd tu maior es patre nostro Jacob, q dedit nobis puteū istū: ⁊ ipse ex eo bibit, ⁊ filij eius, ⁊ pecora eius. Respōdit Jesus, ⁊ dixit ei. Oīs qui biberit ex aqua hac, sitiet iterū. Qui autē biberit ex aqua, quā ego dabo ei, nō sitiet in ęternū: sed aqua, quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę saliētis in vitā ęternam. Dicit ad eum mulier. Dn̄e, da mihi hanc aquam: vt nō sitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei Jesus. Vade, voca virum tuū, ⁊ veni huc. Respondit mulier, ⁊ dixit. Non habeo virum. Dicit ei Jesus. Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enī viros habuisti: ⁊ hunc quem habes, non est tuus vir. Hoc verè dixisti. Dicit ei mulier. Domine, vt video, propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: ⁊ vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Jesus. Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus: quia salus ex Judęis est. Sed venit hora, ⁊ nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales quęrit, qui adorent eū. Spiritus est deus: ⁊ eos qui adorant eum, in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Jesus. Ego sum qui loquor tecum: Et continuò venerunt discipuli eius: ⁊ mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quęris, aut quid lóqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: ⁊ abiit in ciuitatem, ⁊ dicit illis hominibus. Venite, ⁊ videte hominem, qui dixit mihi omnia quęcunque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate: ⁊ veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes. Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius adinuicem. Nunquid aliquis áttulit ei manducare? Dicit eis Jesus. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses

sunt,

sunt, et messis venit? Ecce dico vobis: levate oculos vestros, et videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in vitam eternam: ut et qui seminat simul gaudeat, et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alii laboraverunt, et vos in labores eorum introistis. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quecunque feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia non iam propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est vere salvator mundi. Offertorium. [ps. 5] Intende voci orationis mee, rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Respice, quesumus domine, propitius ad munera que sacramus: ut tibi grata sint, et nobis salutaria semper existant. Per d. Alie secre. ut in dominica precedenti. Communio. [Jo. 4] Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, dicit dominus, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Postcommunio.

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per d. Alie postcommuniones, ut in dominica precedenti. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Presta, quesumus, omnipotens deus: ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia, te adiuvante, vincamus. Per domi.

¶ Sabbato. Statio ad sanctam Susannam. Introitus.

[ps. 5] Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum: intende voci orationis mee, rex meus et deus meus. Ps. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. ℣. Gloria patri, etc. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: ut qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent: sectando iustitiam, a culpa ieiunent. Per domi. Alie orationes, ut in dominica precedenti. Lectio Danielis prophete.

[ca. 13] In diebus illis: Erat vir in Babylone, et nomen eius Ioachim. Et accepit uxorem nomine Susannam filiam Helchie, pulchram nimis, et timentem deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioachim dives valde: et erat ei pomerium vicinum domui sue. Et ad ipsum confluebant Iudei eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioachim: et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus revertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, et deambulantem: et exarserunt in concupiscentiam eius. Et everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos, ut non viderent celum: neque

neq; recordarentur iudiciorũ iusto-
rũ. Factum est autem, cũ obseruarẽt
diẽ aptum quando eã possent inue-
nire solã, ingressa est aliquãdo sicut
heri, ⁊ nudiustertius, cum duabus
solis puellis: voluitque lauari in po
merio. Aestus quippe erat. Et non
erat ibi quisquam, preter duos senes
absconditos, ⁊ contemplantes eã.
Dixit ergo puellis. Afferte mihi o-
leum ⁊ smigmata: ⁊ ostia pomerij
claudite, vt lauer. Cum autem egres
se essent puelle: surrexerunt duo se-
nes: ⁊ accurrerunt ad eam, ⁊ dixe-
rũt. Ecce ostia pomerij clausa sunt,
⁊ nemo nos videt, ⁊ in concupiscen
tia tui sumus: quamobrem assentire
nobis, ⁊ commiscere nobiscum. Quod
si nolueris, dicemus testimonium
contra te, quod fuerit tecum iuue-
nis: ⁊ ob hanc causam emiseris puel-
las a te. Ingemuit Susanna, ⁊ ait.
Angustie mihi sunt vndique. Si enim
hoc egero, mors mihi est: si autẽ nõ
egero, non effugiã manus vestras.
Sed melius est mihi absque opere
incidere in manus vestras, quã pec-
care in cõspectu dñi. Et exclamauit
voce magna Susanna: exclamaue-
runt autẽ ⁊ senes aduersus eã. Et cu
currit vnꝰ, ⁊ aperuit ostia pomerij.
Cũ autẽ audissent clamorẽ in pome-
rio famuli domus, irruerũt p posti-
cũ, vt viderẽt qdnã esset. Postquã
aũt senes locuti sunt, erubuerunt ser
ui vehemẽter: quia nunquam dictus
fuerat sermo huiuscemodi de Susã-
na. Et facta est dies crastina. Cũque
venisset populus ad virum eius Ioa
chim, venerũt ⁊ duo seniores pleni
iniqua cogitatione aduersus Susan-
nam, vt interficerent eã. Et dixerũt
corã populo. Mittite ad Susannam
filiã Helchie vxorẽ Ioachim. Et sta
tim miserũt. Et venit cũ parẽtibus,
⁊ filijs, ⁊ vniuersis cognatis suis.
Flebãt igitur sui, ⁊ oẽs qui nouerãt
eã. Cõsurgentes autẽ duo seniores
in medio populi, posuerunt manus
suas sup caput eius. Que flens suspe
xit ad celũ. Erat enim cor eius fidu-
ciã habẽs in dño. Et dixerunt senio
res. Cũ deambularemꝰ in pomerio
soli, ingressa est hec cũ duabus solis
puellis: ⁊ clausit ostia pomerij: ⁊ di-
misit a se puellas. Venitq; adolescẽs
ad eã, q erat abscõditus, ⁊ cõcubuit
cũ ea. Porro nos cũ essemus in an
gulo pomerij, videntes iniqtatẽ, cu
currimus ad eos, ⁊ vidimus eos pa
riter cõmisceri. Et illũ quidẽ nequi-
mus cõprehendere, qz fortior nobis
erat: ⁊ aperto ostio exiliuit. Hãc aũt
cũ apprehendissemus, interrogaui-
mus qsnã esset adolescẽs: ⁊ noluit in
dicare nobis. Huiꝰ rei testes sumꝰ.
Credidit eis multitudo quasi senio-
ribus ⁊ iudicibus populi: ⁊ cõdẽna
uerũt eã ad mortẽ. Exclamauit aũt
voce magna Susãna, ⁊ dixit. Deus
eterne, q abscõditorũ es cognitor, q
nosti oĩa antequã fiãt: tu scis qm fal-
sum testimoniũ tulerunt cõtra me: ⁊
ecce morior, cũ nihil horũ fecerim,
que isti malitiose composuerunt ad-
uersũ me. Exaudiuit aũt dñs vocem
eius. Cũq; duceretur ad mortẽ, su-
scitauit dñs spiritũ sanctum pueri iu
nioris, cui nomẽ Daniel: ⁊ exclama-
uit voce magna, ⁊ dixit. Mundus
ego sum a sanguine huius. Et cõuer
sus omnis populus ad eum, dixit.
Quis est sermo iste quem tu locutus
es? Qui cum staret in medio eo-
rum, ait. Sic, fatui filij Israel, non
iudicantes, neque quod verum est
cogno-

cognoscentes, condemnastis filiam
Israel? Reuertimini ad iudicium:
quia falsum testimonium locuti sunt
aduersus eam. Reuersus est ergo po
pulus cum festinatione. Et dixit ad
eos Daniel. Separate eos ab inui-
cem procul: et diiudicabo eos. Cũ er-
go diuisi essent alter ab altero, voca-
uit vnum ex eis, et dixit ad eum. In-
ueterate dierum malorum, nunc ve-
nerunt peccata tua, que prius ope-
rabaris, iudicans iudicia iniusta: in
nocentes opprimens, et dimittens
noxios, dicente dño: innocentẽ et iu
stum non interficies. Nunc ergo si vi
disti eam, dic sub qua arbore videris
eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub
schino. Dixit aũt Daniel. Recte mẽ-
titus es in caput tuum. Ecce enim,
angelus dñi, accepta sentẽtia ab eo,
scindet te mediũ. Et amoto eo, iussit
venire alium, et dixit ei. Semen Cha
naan, et non Iuda: species decepit
te, et cõcupiscẽtia subuertit cor tuũ.
Sic faciebatis filiabus Israel, et ille
timẽtes loquebãtur vobis. Sed nõ
filia Iuda sustinuit iniqtatem vestrã.
Nũc ergo dic mihi, sub qua arbore
cõprehenderis eos loquentes sibi?
Qui ait. Sub prino. Dixit aũt ei Da
niel. Recte mẽtitus est et tu in caput
tuum. Manet enim angelus dñi gla
dium habens, vt secet te medium: et
interficiat vos. Exclamauit itaque
omnis cetus voce magna: et benedi
xerunt deum, qui saluat sperantes in
se. Et consurrexerũt aduersus duos
seniores. (Conuicerat enim eos Da-
niel ex ore suo, falsum dixisse testimo
nium. (Feceruntque eis sicut male
egerant aduersus proximum: et in-
terfecerunt eos. Et saluatus est san-
psal. 22 guis innoxius in die illa. Gradua.

Si ambulem in medio vmbre mor-
tis, non timebo mala: quoniam tu me
cum es domine. ℣. Uirga tua, et ba-
culus tuus, ipsa me consolata sunt.
Sequẽ. sancti euãgelii sm Ioannem.



In illo tempore: c. 8
Perrexit Iesus
in mõtem oliueti, et di-
luculo iterum venit in
templum. Et omnis
populus venit ad eũ:
et sedẽs docebat eos.
Adducunt autem scribe et pharisei
mulierem deprehẽsam in adulterio: et
statuerunt eã in medio, et dixerũt ei.
Magister hec mulier modo dephẽ-
sa est in adulterio. In lege aũt Moy
ses mandauit nobis huiusmodi lapi
dare. Tu ergo quid dicis? Hoc aũt
dicebant tentantes eũ: vt possent ac-
cusare eum. Iesus autem inclinãs se
deorsum, digito scribebat in terra.
Cũ aũt perseuerarent interrogãtes
eũ: erexit se, et dixit eis. Qui sine pec
cato est vestrũ, primus in illã lapidẽ
mittat. Et iterũ inclinãs se, scribebat
in terra. Audiẽtes autem hec, vnus
post vnũ exibãt, incipientes a senio-
ribus. Et remãsit Iesus solus, et mu
lier in medio stans. Erigens autẽ se
Iesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt q te
accusabant? Nemo te cõdemnauit?
Que dixit. Nemo domine. Dixit au
tem Iesus. Nec ego te cõdemnabo.
Uade, et iam amplius noli peccare.
Offerto. Gressus meos dirige secũ psal. 118
dum eloquium tuum: vt nõ dñetur
mei omnis iniustitia, dñe. Secreta.
Concede, qs, ops deus: vt hu
ius sacrificii munus oblatum,
fragilitatem nostram ab omni malo
purget semper, et muniat. Per do.
Alie secr. vt in dñica pcedẽti. Cõio.
Nemo

Jo.8 Nemo te condemnauit mulier? nemo dñe: nec ego te condemnabo: iã amplius noli peccare. **Postcõio.**

Quesumus ops deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, & sanguini. Qui tecũ. **Alie postcommuniones, vt in Dominica precedenti. Super populum.** Oremus.

Humiliate capita vestra deo.

Pretende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirãt: & que digne postulant consequi mereantur. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Dominica iiij. i Quadragesime. Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem. Introitus.

Esa. 66 Letare hierusalẽ, & conuentũ facite omnes q diligitis eã: gaudete cũ leticia q in tristitia fuistis: vt exultetis, & satiemini ab vberibus cõsolationis vestre. **Ps.** Letat⁹ sũ i his, que dicta sunt mihi: i domũ dñi ibimus. psal. 121 **℣.** Gloria. Oremus.

Concede, qs, ops deus: vt, qui ex merito nostre actionis affligimur, tue gratie cõsolatione respiremus. Per do. **Ad poscenda suffragia sanctorum. Oratio.**

A cunctis nos, qs dñe, mentis & corporis defẽde periculis: &, intercedẽte beata & gloriosa sempq; virgine dei genitrice Maria cũ beatis aplis tuis Petro & Paulo, atque beato **N.** & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus & pacem: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. **Oratio.**

M. N. R.

Omnipotens sempiterne de⁹: qui viuorũ dominaris simul & mortuorũ, omniumq; misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosq; vel presens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iã exutos corpore suscepit: intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tue clementia, omnium delictorum suorum veniam cõsequantur. Per dñm no. **Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.**

ca. 4 Fratres: Scriptũ est quoniã Abrahã duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secũdũ carnem natus est: qui autẽ de libera, per repromissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Unum quidẽ in monte Sina, in seruitutem generans: que est Agar, (Sina enim mõs est in Arabia, qui cõiunctus est ei, que nũc est Hierusalẽ) & seruit cũ filijs suis. Illa aũt que sursum est Hierusalẽ libera est: que est mater nostra. Scriptum est enim. Letare sterilis, que non paris: erumpe & clama, que non parturis: q2 multi filij deserte, magis quã eius que habet virum. Nos aũt fratres secundũ Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tũc is, qui sm carnẽ natus fuerat, persequebatur eũ qui secundũ spiritũ: ita & nũc. Sed quid dicit scriptura? Ejice ancillã, & filium eius. Non enĩ erit heres filius ancille cũ filio libere. Itaque fratres, non sumus ancille filij, sed libere: qua libertate Christus nos liberauit. **Graduale.** Letatus sũ in his, que dicta sunt mihi: in domum psal. 121

mũ dñi ibimꝰ: ℟. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribꝰ tuis.

psal. 124

Tractus. Qui confidunt in domino, sicut mons sion: non commouebitur in ęternu͂: qui habitat in Hierusalē. ℣. Montes in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsque in seculum.

ca. 6

Sequē. sancti euangelij scd'm Joānē.



In illo tempore: Abijt Jesus trās mare Galilęę, quod est Tyberiadis, ⁊ sequebat' eu͂ multitudo magna: q᷑ vidēbāt signa, q̄ faciebat sup his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montē Jesus: ⁊ ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem ꝓximum pascha, dies festus Judęorum. Cum subleuasset ergo oculos Jesus: ⁊ vidisset q᷑ multitudo maxima venit ad eū, dicit ad Philippū. Unde ememus panes: vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentās eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eiꝰ, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, qui habet qnqꝫ panes hordeaceos, ⁊ duos pisces: sed hęc qd sunt inter tātos? Dicit ergo Jesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerūnt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Jesus panes: ⁊ cu͂ gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter ⁊ ex piscibus quantū volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite quę superauerūt fragmēta, ne pereāt. Collegerūt ergo, ⁊ impleuerūt duodecim cophinos fragmētorum, ex qnqꝫ panibꝰ hordeaceis, q̄ supfuerūt his qui mãducauerāt. Illi ergo homines cū vidissent qđ fecerat Jesus signū, dicebāt. Qr hic est verē ꝓpheta, q venturus est in mundū. Jesus ergo cū cognouisset q᷑ venturi essent, vt raperēt eū, ⁊ facerent eū rege͂, fugit iterū in mōtem ipse solus. Credo in vnū deū.

Offerto. Laudate dominum: quia benignus est: psallite nomini eius, qm̄ suaue est: omnia quęcūque voluit fecit, in cęlo ⁊ in terra. Secre.

psal. 138

Sacrificiis pręsentibus domine, quęsumꝰ, intēde placatus: vt ⁊ deuotioni nostrę proficiāt, ⁊ saluti. Per dominum. Alię secretę.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem à cunctis nos mētis ⁊ corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in prēsēti, ⁊ gloriā in futuro.

Deus, cui soli cognitus est numerus electorū in superna felicitate locandus, tribue q̄s: vt, intercedētibus omnibꝰ sanctis tuis, vniuersorum, quos in oratione cōmēdatos suscepimus, ⁊ nomina omnium fidelium, beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per do.

Cōio. Hierusalem, quę ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum: illuc enim ascēderunt tribus, tribus dñi, ad confitendu͂ nomini tuo domine. Postcōmunio.

psal. 121

Da nobis q̄s misericors deꝰ: vt sancta tua, qbus incessāter explemur, synceris tractemus obsequiis, ⁊ fideli semper mente sumamus. Per do. Alię postcōmuniones.

Mun-

M Undet, et muniat nos, q̄s dn̄e, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum btīs apostolis tuis Petro, et Paulo, atque beato N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos.

P Urificent nos, q̄s, ops et misericors deus, sacramēta que sū-psimus: et intercedētibus oībus sanctis tuis, presta: vt hoc tuū sacramētū non sit nobis reatus ad penā, sed intercessio salutaris ad veniā, sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit viuorum atque mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum. Per dominū nostrū.

¶ Feria ij. Statio ad sanctos Quatuor Coronatos. Introitus.

psal. 53

D Eus in nomine tuo saluū me fac, et in virtute tua libera me: deus exaudi oratio nem meam. ℣. Auribus percipe verba oris mei. ℣. Gloria pa. Oratio.

P Resta, q̄sumus, ops deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, et corpore tibi placeamus, et mente. Per dominū.

Alie orationes vt in Dominica precedenti. Lectio libri Regum.

3. ca. 3

I N diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regē Salomonem, steteruntq3 corā eo. Quarum vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego, et mulier hec habitabamus in domo vna: et peperi apud eā ī cubiculo. Tertia vero die postquā ego peperi, peperit et hec. Et eramus simul, nullusq3 alius in domo nobiscum, exceptis nobis duabus. Mortuus est autē filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis, et collocauit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane, vt darem lac filio meo, apparuit mortuus. Quē diligentius intuens clara luce, deprehēdi nō esse meum quem genuerā. Responditque altera mulier. Non est ita: sed filius tuus mortuus est, meus aūt viuit. E contrario illa dicebat. Mentiris: filius quippe meus viuit, et filius tuus mortuus est. Atq3 in hūc modū cōtēdebant corā rege. Tūc rex ait. Hec dicit filius meus viuit, et filius tuus mortuus est: et ista respōdet, non, sed filius tuus mortuus est, et filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiū. Cūque attulissent gladiū coram rege: diuidite, inquit, infantē viuum in duas partes: et date dimidiam partem vni, et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus, ad regem. (Commota sunt quippe viscera eius super filio suo.) Obsecro domine, date illi infantem viuum, et nolite interficere eū. E contrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: sed diuidatur. Respōdit rex, et ait. Date huic infantem viuum, et non occidatur: hec est enim mater eius. Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex: et timuerūt regem, videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium. Graduale. C Isto mihi in deum protectorem, et in locum refugij: vt saluum me facias. ℣. De-

psal. 30

us in te speraui: domine non cõfundar in eternum. Tractus. Domine non secundũ peccata nostra, que fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. (psal. 102)
℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum. (psal. 78)

Sequ. sancti euange. secundum Joannem. (ca. 2)



In illo tempore: Prope erat pascha Judeorũ, ⁊ ascẽdit Jesus Hierosolymam. Et inuenit in templo vendẽtes oues, ⁊ boues, ⁊ colũbas, ⁊ nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, oẽs eiecit de tẽplo, oues quoque ⁊ boues: ⁊ numulariorum effudit es, ⁊ mensas subuertit. Et his, qui colũbas vẽdebant, dixit. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei domũ negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptum est: zelus domus tue comedit me. Responderũt ergo Judei: ⁊ dixerũt ei. Quod signum ostendis nobis: quia hec facis? Respondit Jesus, ⁊ dixit eis. Soluite templũ hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est templũ hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo. Et crediderũt scripture, ⁊ sermoni quem dixit Jesus. Cũ autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius signa que faciebat. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes: ⁊ quia opus ei nõ erat, vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine. Offert. Iubilate deo oĩs terra: seruite domino in letitia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia dominus ipse est deus. (psal. 99) Secre.

Oblatum tibi dñe sacrificium viuificet nos semper, ⁊ muniat. Per do. Alie Secrete vt in dñica precedenti. Cõio. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. (psal. 18) Postcommunio.

Sumptis dñe salutaribus sacramentis, ad redemptionis eterne, q̄s, proficiamus augmẽtũ. Per dñm. Alie postcõiones, vt in dñica precedẽti. Sup populũ. Oremus.
Humiliate capita vestra Deo.

Deprecationẽ nostram, q̄s dñe, benignus exaudi: ⁊, quibus supplicandi prestas effectum, tribue defensionis auxilium. Per dominũ.

Feria tertia. Statio ad sanctum Laurentium in Damaso. Introitus.

Exaudi deus orationem meam, ⁊ ne despexeris deprecationem meam, intende in me, ⁊ exaudi me. Psal's Contristatus sum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus sum a voce inimici, ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri. Oremus. (psal. 45)

Sacre nobis, q̄s domine, obseruationis ieiunia: ⁊ pie conuersationis

fationis augmentum, & tue propitia
tionis continuum prestent auxilium.
Per dñm n. Alie orōnes vt in do
minica pcedenti. Lectio libri Exodi.

ca.32 In diebus illis: Locutus est dñs
ad Moysen, dicēs. Descēde de
monte: quia peccauit populus tuus
quē eduxisti de terra Aegypti. Re
cesserunt cito de via quam ostēdisti
eis: fecerūtque sibi vitulū cōflatilē, &
adorauerūt, atque immolātes ei hosti
as dixerūt. Isti sunt dij tui Israel, q
te eduxerūt de terra Aegypti. Rur
sumque ait dñs ad Moysen. Cerno
quod populus iste, dure ceruicis sit: di
mitte me, vt irascatur furor meus con
tra eos, & deleā eos: faciāque te in gē
tē magnā. Moyses aūt orabat dñm
deum suum, dicēs. Cur dñe irascitur
furor tuus contra populū tuū, quē
eduxisti de terra Aegypti in fortitu
dine magna, & in manu robusta? Ne,
queso, dicāt egyptij: callide eduxit
eos, vt interficeret in mōtibus, & de
leret de terra. Quiescat ira tua: & esto
placabilis sup nequitia populi tui.
Recordare Abraham, Isaac, & Isra
el seruorum tuorum, quibus iurasti
per temetipsum, dicens. Multipli
cabo semen vestrum sicut stellas ce
li: & vniuersam terram hanc, de qua
locutus sum, dabo semini vestro: &
possidebitis eā semper. Placatus
que est dominus, ne faceret malum,
quod locutus fuerat aduersus popu
lum suum. Et misertus est populo
suo dominus deus noster. Gradu.

psal. 43 Exurge domine, fer opem nobis:
& libera nos propter nomen tuū. V.
Deus auribus nostris audiuimus:
patres nostri annunciauerūt nobis
opus, quod operatus es in diebus
eorum, & in diebus antiquis.

M. N. R.

Sequē. sancti euāgelij sm Joannē.



ca.7 In illo tpe: Jam die festo mediā
te ascēdit Jesus in tē
plum, & docebat. Et
mirabātur Judei: di
cētes. Quomodo hic
literas scit, cū non di
dicerit? Respōdit eis Jesus, & dixit.
Mea doctrina nō est mea: sed eius
qui misit me. Siquis voluerit volū
tatem eius facere: cognoscet de do
ctrina, vtrum ex deo sit, an ego à me
ipso loquar. Qui à semetipso loqui
tur, gloriam propriā querit. Qui aūt
querit gloriam eius qui misit illum:
hic verax est, & iniustitia in illo non
est. Nonne Moyses dedit vobis le
gem: & nemo ex vobis facit legem?
Quid me queritis interficere? Re
spondit turba, & dixit. Demonium
habes: quis te querit interficere?
Respondit Jesus, & dixit eis. Vnum
opus feci: & omnes miramini. Pro
pterea Moyses dedit vobis circū
cisionem: non quia ex Moyse est, sed
ex patribus. Et in sabbato circunci
ditis hominem. Si circuncisionem
accipit homo in sabbato, vt non sol
uatur lex Moysi: mihi indignami
ni, quia totum hominem sanum feci
in sabbato? Nolite iudicare secundū
faciem: sed iustum iudicium iudicate.
Dicebant ergo quidam ex Hieroso
lymis. Nōne hic est, quem querunt
interficere? Ecce palam loquitur: &
nihil ei dicunt. Nūquid vere cogno
uerūt principes, quia hic est Christus?
Sed hunc scimus vnde sit. Christus
aūt cum venerit, nemo scit vnde sit.
Clamabat ergo docens in tēplo Je
sus, & dicēs. Et me scitis, & vnde sim
scitis: & à me ipso non veni: sed est ve
rus

rus qui misit me, quē vos nescitis. Ego scio eum: ⁊, si dixero q̄ nescio eum, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, ⁊ ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere: ⁊ nemo misit in illum manus: q̄ nōdum venerat hora eius. De turba autem, multi crediderunt in eum. **Offerto.** Expectans expectaui dominū, ⁊ respexit me: ⁊ exaudiuit deprecationem meam, ⁊ immisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro. **Secreta.**

psal. 39

Hec hostia, q̄s dñe, emundet nostra delicta: ⁊ ad sacrificium celebrandū, subditorū tibi corpora, mentesq̄ sanctificet. Per. **Alie secre. vt in dñica preced. Cōio.** Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine dei nostri magnificabimur. **Postcōio.**

psal. 19

Huius nos dñe perceptio sacramenti mundet a crimine: ⁊ ad celestia regna perducat. Per dñm. **Alie postcōiones, vt in dñica precedenti. Super populum.** Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Miserere dñe pplo tuo: ⁊ cōtinuis tribulationib⁹ laborātē, propitius, respirare cōcede. Per.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Paulum. Introitus.

Eze. 36

Cum sanctificatus fuero in vobis, cōgregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundā super vos aquā mundā, ⁊ mūdabimini ab oībus inquinamentis vestris: ⁊ dabo vobis spiritū nouū. **ps.** Benedicā dñz in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **v.** Gloria. **post Kyrie eleison. dicitur** Oremus. Flectamus genua. **R.** Leuate. **Oratio.**

psal 33

Deus, q̄ ⁊ iustis pmia meritorū, ⁊ peccatoribus p ieiuniū veniam prebes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri cōfessio indulgētiam valeat pcipere delictorum. Per. **Lectio Ezechielis prophete.**

c. 36

Hec dicit dñs deus: Sāctificabo nomē meū magnū: vt sciāt gētes, q̄ ego dñs. Cū sanctificatus fuero in vobis corā eis: tollā quippe vos de gētibus: ⁊ congregabo vos de vniuersis terris: ⁊ adducam vos in terrā vestram. Et effundā super vos aquā mundam: ⁊ mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos. Et dabo vobis cor nouum: ⁊ spiritum nouū ponā in medio vestri. Et auferā cor lapideū de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneū. Et spiritū meū ponam in medio vestri: ⁊ faciā vt in preceptis meis ambuletis, ⁊ iudicia mea custodiatis: ⁊ operemini. Et habitabitis in terra quā dedi patribus vestris: ⁊ eritis mihi in populū, ⁊ ego ero vobis in deū, dicit dñs ops. **Grad.** Venite filij, audite me: timorē dñi docebo vos. **V.** Accedite ad eū, ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre non confundent. **Hic dicitur** Dñs vobis. **sine** Flecta. Oremus.

psal. 33

Presta, quesumus ops deus: vt, quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoq̄ deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. Per do. **Alie orationes, vt in dominica precedenti. Lectio Isaie prophete.**

ca. 1

Hec dicit dñs. Lauamini, mūdi estote, auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere puerse, discite bene facere.

facere. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam: Et venite, et arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra, vt coccinũ: quasi nix dealbabũtur. Et, si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis, et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs oms. Gra.

Psal. 32 Beata gens, cuius dñs est deus eorũ, populus quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spũ oris eius oĩs virtus eorum.

Psal. 102 Trac. Domine, nõ sm peccata nostra, q̃ fecimus nos: neqꝫ sm iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe, ne

Psal. 78 memineris iniquitatũ nostrarũ antiquarũ: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriã nominis tui dñe libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomẽ tuum.

Sequẽ. sancti euãgelij sm Joannẽ.

ca. 9



In illo tpe: Preteriẽs Jesus vidit hominem cecum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi: quis peccauit, hic, aut parẽtes eius, vt cecus nasceretur? Respondit Jesus. Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ parentes eius: sed vt manifestẽtur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Uenit nox quando nemo potest operari. Quandiu in mũdo sum, lux sum mũdi. Hec cũ dixisset, expuit in terrã, et fecit lutũ ex sputo: et liniuit lutũ sup oculos eius: et dixit ei. Uade, laua in natatoria Siloe, quod interpretat missus. Abijt ergo, et lauit: et venit videns. Itaque vicini, et qui viderant eũ prius quia mendicus erat, dicebãt. Nonne hic est qui sedebat, et mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij aũt, nequaquam, sed similis eius est. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respõdit. Ille homo qui dicitur Jesus, lutũ fecit: et vnxit oculos meos, et dixit mihi. Uade ad natatoriã Siloe, et laua: Et abij, et laui, et vidi. Dixerunt ergo ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducũt eũ ad phariseos qui cecus fuerat. Erãt autem sabbatum quando lutum fecit Jesus, et aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisei, quomodo vidisset. Ille aũt dixit eis. Lutũ posuit mihi sup oculos, et laui: et video. Dicebãt ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo, qui sabbatũ non custodit. Alij aũt dicebãt. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicũt ergo ceco iterũ. Tu, quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est. Nõ crediderũt ergo Judei de illo, quia cecus fuisset, et vidisset: donec uocauerunt parentes eius qui uiderat, et interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius uester, quem uos dicitis quia cecus natus est? Quõ ergo nunc uidet? Respõderũt eis parentes eius, et dixerũt. Scimus quia hic est filius noster, et quia cecus natus est: quõ aũt nunc uideat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: etatem habet, ipse de se loquat. Hec dixerunt parentes eius, quia timebãt Judeos. Jam enim cõspirauerant Judei, ut siquis

siquis eum confiteretur Christum, extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ętatē habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cęcus, ⁊ dixerunt ei. Da gloriā deo. Nos scimus q̄ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio: vnum scio, q̄ cum cęcus essem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam, ⁊ audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, ⁊ dixerūt. Tu discipulus eius sis: nos autē Moysi discipuli sumus. Nos scimus, q̄ Moysi locutus est deus: hunc autē nescimus vnde sit. Respondit ille homo, ⁊ dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit: ⁊ aperuit oculos meos. Scim⁹ aūt, q̄ peccatores deus non audit: sed siquis cultor dei est, ⁊ volūtatē eius facit, hūc exaudit. A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cęci nati. Nisi esset hic a deo, nō poterat facere quicquam. Responderūt, ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit autem Jesus, q̄ eiecerūt eū foras: ⁊ cū inuenisset eū, dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respōdit ille, ⁊ dixit. Quis est dñe, vt credam in eū? Dixit ei Jesus. Et vidisti eū: ⁊ qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. Credo dñe. **Hic genuflectit.** Et procidens adorauit eū. **Offert.**

psal. 95

Benedicite gentes dñm deum nostrū, ⁊ obaudite vocē laudis eius: qui posuit animam meam ad vitam, ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meā: ⁊ misericordiam suam a me. **Secreta.**

Supplices te rogamus oṗs deus: vt his sacrificijs peccata nostra mundētur: q̄ tunc verā nobis tribuis ⁊ mētis ⁊ corporis sanitatē. Per. **Alię secr. vt in dñica p̄cedēti.**

Cōio. Lutum fecit ex sputo dñs, ⁊ liniuit oculos meos: ⁊ abij, ⁊ laui, ⁊ vidi, ⁊ credidi deo. **Postcōmun.**

Jo. 9

Sacramēta, q̄ sumpsimus, dñe de⁹ nr̄, ⁊ spiritualib⁹ nos repleant alimētis ⁊ corporalibus tueant̄ auxilijs. Per. **Alię postc. vt i dñica p̄cedēti. Super populū. Oremus.**

Humiliate capita vestra deo.

Pateāt aures misericordię tuę, domine, precibus supplicantium: ⁊ vt petentibus desiderata cōcedas: fac eos, quę tibi sunt placita, postulare. Per dominum nostrū.

Feria v. Statio ad sanctum Siluestrum, ⁊ Martinum. Introitus.

psal. 104

Laetetur cor querētium dñm: querite dñm, ⁊ cōfirmamini: querite faciem eius semper. **Ps.** Confitemini dño, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. **℣.** Gloria patri. **Oremus.**

Presta, q̄sumus, oṗs deus: vt, quos ieiunia votiua castigāt, ipsa quoq̄ deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius celestia capiamus. Per do. **Alię orationes, vt in Dominica pręcedenti. Lectio libri Regum.**

4. ca. 4

In diebus illis: Venit mulier Sunamitis ad Eliseū in mōtē Carmeli. Cumq̄ vidisset eā vir dei de

de cõtra, ait ad Giezi puerũ suum. Ecce Sunamitis illa. Uade ergo in occursũ eius, ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te, ⁊ circa virum tuum, ⁊ circa filium tuum? Que respondit. Recte. Cumq; venisset ad virũ dei in montem, apprehẽdit pedes eius: ⁊ accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est: ⁊ dominus celauit à me, ⁊ nõ indicauit mihi. Que dixit illi. Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid nõ dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meum in manu tua: ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: ⁊ si salutauerit te quispiã, non respondeas illi: ⁊ pones baculum meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait. Uiuit dñs, ⁊ viuit anima tua: nõ dimittã te. Surrexit ergo, ⁊ secutus est eã. Giezi aũt precesserat ante eos, ⁊ posuerat baculũ sup faciẽ pueri, ⁊ non erat vox, neq; sensus. Reuersusq; est Giezi in occursum eius: ⁊ nunciauit ei, dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se, ⁊ super puerum: ⁊ orauit ad dominum. Et ascendit: ⁊ incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, ⁊ oculos suos super oculos eius, ⁊ manus suas sup manus eius: ⁊ incuruauit se super eum: ⁊ calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc: ⁊ ascendit, ⁊ incubuit super eum: ⁊ oscitauit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocauit Giezi, ⁊ dixit ei. Uoca Sunamitidẽ hãc. Que vocata, ingressa est ad eũ. Cui ait. Tolle filium tuũ. Uenit autem illa, ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit super terram. Tulitq; filiũ suum: ⁊ egressa est. Eliseus vero reuersus est in Galgala. Graduale.

Respice dñe in testamentũ tuum: ⁊ animas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem. V. Exurge domine, ⁊ iudica causam meam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. (psal. 73)

Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.



In illo tpe: Ibat Iesus i ciuitatẽ, que vocat Naim: ⁊ ibant cum illo discipuli eius: ⁊ turba copiosa. Cũ aũt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat, ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Et accessit, ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabãt, steterũt. Et ait. Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: ⁊ magnificabant deũ, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suã. (ca. 7) Offe.

Dñe ad adiuuandũ me festina: confundãtur omnes aduersum me, qui cogitant seruis tuis mala. (psal. 69) Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt, ecclesie tue preces que tibi grate sũt pia munera deferẽtes: fiãt expiatis mẽtibus gratiores. Per. Alie secr. vt in dñica pcedẽti. Coio.

Domine memorabor iustitie tue solius: deus docuisti me à iuuentute mea: ⁊ vsq; (psal. 70)

vsq3 in senectam, & senium: deus ne derelinquas me. **Postcōmunio.**

Celestia dona capientibus, q̄s dn̄e, nō ad iudiciū prouenire patiaris, que fidelibus tuis ad remediū prouidisti. Per dn̄m. **Alie postcōmuniones, vt in dn̄ica precedenti. Super populum. Oremus.**

Humiliate capita vestra deo.

Populi tui deus institutor & rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semp tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per d.

¶ **Feria vj. Statio ad sanctum Eusebium. Introitus.**

psal. 18

Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semp: dn̄e adiutor meus, & redemptor meus. **Ps.** Celi enarrant gloriam dei: & opera manuū ei9 annūciat firmamētū. **℣.** Glia p. **Orem9.**

Deus, qui ineffabilibus mūdū renouas sacramentis: p̄sta q̄s: vt ecclesia tua & eternis p̄ficiat institutis, & tēporalibus nō destituatur auxilijs. Per d. **Alie orōnes, vt in dn̄ica p̄cedēti. Lectio libri Regum.**

3.ca. 17

In diebus illis: Aegrotauit filius mulieris matris familias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir dei: Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates mee: & interficeres filium meum: Et ait ad eam Elias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius: & portauit in cenaculum vbi ipse manebat: & posuit super lectulum suū: & clamauit ad dominum, & dixit. Dn̄e deus meus, etiam ne viduam, apud quā ego vtcunque sustentor, afflixisti: vt interficeres filium eius: Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq3 ad dn̄m, & dixit. Dn̄e deus meus: reuertatur (obsecro) anima pueri hui9 in viscera eius. Exaudiuit autem dn̄s vocē Elie: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq3 Elias puerum: & deposuit eum de cenaculo in inferiorem domū: & tradidit matri sue. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq3 mulier ad Eliam. Nunc in isto cognoui, qm̄ vir dei es tu: & verbū dn̄i, in ore tuo verum est. **Grad.**

psal. 117

Bonum est confidere in dn̄o, quā confidere in homine. **℣.** Bonū est sperare in domino, quam sperare in principibus. **Trac.**

psal. 102

Dn̄e, non secūdū peccata nostra, q̄ fecimus nos: neq3 s̄m iniquitates n̄ras retribuas nobis. **℣.**

psal. 78

Dn̄e, ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos misericordie tue: q2 pauperes facti sumus nimis. **℣.** Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequētia sancti euāgelij s̄m Ioānē.

ca. 11



In illo tpe: Erat quidā languens Lazar9 à Bethania, de castello Marie & Marthe sororū eius. (Maria aūt erat, que vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis. Infir-

mitas

mitas hec non est ad mortem, sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eã. Diligebat autem Jesus Marthã, et sororem eius Mariã, et Lazarũ. Ut ergo audiuit quod infirmabatur, tũc qdẽ mãsit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis. Eamus in Judeã iterũ. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quęrebãt te Judęi lapidare: et iterum vadis illuc? Respondit Jesus. Nonne duodecim horę sunt diei. Siquis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nõ est in eo. Hec ait. Et post hec dicit eis. Lazarus amicus nr̃ dormit: sed vado, vt à somno excitẽ eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Dñe, si dormit, saluus erit. Dixerat autẽ Jesus de morte eius: illi aũt putauerũt quia de dormitione somni dicere. Tunc ergo dixit eis Jesus manifestè. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam nõ erã ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad cõdiscipulos. Eamus et nos, et moriamur cum eo. Uenit itaque Jesus: et inuenit eum quatuor dies iã in monumento habentem. (Erat autem Bethania iuxta Hierosolymã quasi stadijs quindecim.) Multi aũt ex Judęis venerãt ad Marthã et Mariã, vt cõsolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quod Jesus venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio, quod quęcunque poposceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quod resurget in resurrectione, in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et oĩs q viuit: et credit in me: nõ morietur in ęternum. Credis hoc? Ait illi. Utique dñe: ego credidi quod tu es Christus filius dei viui, qui in hunc mundũ venisti. Et cum hec dixisset, abijt, et vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest, et vocat te. Illa autem, vt audiuit, surrexit citò, et venit ad eum. Nondum enim venerat Jesus in castellũ: sed erat adhuc ĩ loco illo vbi occurrerat ei Martha. Judęi ergo, qui erant cum ea in domo, et cõsolabãtur eã, cũ vidissent Mariã, quia citò surrexit et exijt, secuti sunt eã dicentes. Quia vadit ad monumentũ, vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Jesus: videns eum, cecidit ad pedes eius, et dixit ei. Dñe si fuisses hic, non esset mortuus frater meus? Jesus ergo vt vidit eam plorantem, et Judęos qui venerant cum ea, plorantes: infremuit spiritu, et turbauit semetipsum, et dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Dñe, veni et vide. Et lacrymatus est Jesus. Dixerunt ergo Judęi. Ecce quõ amabat eum. Quidam aũt ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cęci nati, facere, vt hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. Ait Jesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam fętet: quatriduanus enim est. Dicit ei Jesus. Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis

bis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidē. Jesus autē eleuatis oculis sursum dixit. Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autē sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat, dixi: vt credant quia tu me misisti. Hec cū dixisset, voce magna clamauit. Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus ⁊ pedes institis, ⁊ facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus. Soluite eum, ⁊ sinite abire. Multi ergo ex Judeis, qui venerant ad Mariam ⁊ Martham, ⁊ viderant que fecit Jesus, crediderunt in eū.

psal. 17

Offer. Populum humilem saluū facies domine: ⁊ oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secreta.

Munera nos dn̄e, q̄s, oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciant esse placatū. Per. Alie secrete vt in Dominica precedenti. Communio.

Jo. 11

Videns dn̄s flentes sorores Lazari ad monumentum, lacrymatus est coram Judeis, ⁊ exclamauit, Lazare veni foras: ⁊ prodijt ligatis manibus ⁊ pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcōio.

Hec nos, quesumus domine, participatio sacramenti, ⁊ a ꝓprijs reatibus indesinenter expediat: ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per. Alie postcōiones, vt in dn̄ica p̄cedēti. Super populū. Oremus. Humiliate capita vestra deo.

Da nobis, q̄s, omnipotens deus: vt, qui infirmitatis nr̄e conscij de tua virtute confidimus, sub tua semꝑ pietate gaudeamus. Per.

Sabbato. Statio ad sanctū Nicolaum in carcere. Introitus.

Isa. 55

Sitientes venite ad aquas, dicit dn̄s: ⁊ qui nō habetis preciū, venite, ⁊ bibite cū letitia.

psal. 77

Ps. Attēdite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. V. Gloria patri, ⁊ fil. Oratio.

Fiat, quesumus dn̄e, per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis effectus: q: tunc nobis ꝓderūt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per. Alie orōnes, vt i dn̄ica p̄cedēti. Lectio Isaie ꝓphete.

c. 49

Hec dicit dn̄s. In tpe placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sū tui. Et seruaui te: ⁊ dedi te in fedus populi: vt suscitares terram: ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his q vincti sunt, exite: ⁊ his qui in tenebris sunt, reuelamini. Super vias pascentur: ⁊ in omnibus planis pascua eorū. Non esurient, neq sitient: ⁊ nō percutiet eos estus ⁊ sol: q: miserator eorum reget eos: ⁊ ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes mōtes meos in viā: ⁊ semite mee exaltabūtur. Ecce isti de longe venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ isti d̄ terra australi. Laudate celi, ⁊ exulta terra, iubilate montes laudem: q: consolatus est dominus populum suū, ⁊ pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion. Dereliquit me dn̄s: ⁊ dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantē suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et, si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui, dicit dominus omnipotēs.

ps. 9

Grad. Tibi domine derelictus est pauper: pupillo tu eris

eris adiutor. ℣. Utquid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione: dum superbit impius, incenditur pauper.

Seque. sancti euang. secundum Joannem.

ca. 8



In illo tpe: Dicebat Jesus turbis Judeorum. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus, et dixit eis. Etsi ego testimoniu perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: q2 scio vnde veni, et quo vado. Uos autem nescitis vnde venio, aut quo vado. Uos secundum carne iudicatis: ego non iudico quenquam. Et, si ego iudico, iudicium meu verum est: q2 solus no sum, sed ego et qui misit me pater. Et i lege vestra scriptu est: q2 duorum hominum testimoniu verum est. Ego sum, qui testimoniu perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me, qui misit me, pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus: Respodit Jesus. Neque me scitis: neque patrem meum. Si me sciretis: forsitan et patrem meu sciretis. Hec verba locutus est Jesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eu: q2 nondu venerat hora eius.

psal. 17

Offert. Factus est dns firmamentum meum, et refugium meu, et liberator meus: sperabo in eum. Secre.

Oblationibus nostris, qs dne, placare susceptis: et ad te nostras etia rebelles copelle propitius voluntates. Per. Alie secre. vt in dnica precedeti. Coio. Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: sup aquam refectionis educauit me. Postco.

psal. 42

Tua nos, quesumus dne, sancta purificent: et operationis sue remedio, tibi faciant esse placatos. Per d. Alie postcoiones, vt i dnica pcedeti. Super populu. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Deus, qui sperantibus in te misereri potius eligis, quam irasci: da nobis digne flere mala, que fecimus, vt tue cosolationis gratiam inuenire mereamur. Per dominu.

¶ Dominica de Passione. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.

psal. 42



Iudica me deus, et discerne causa mea de gente no sancta: ab homine iniquo: et doloso eripe me: q2 tu es deus meus, et fortitudo mea. psal's. Emitte luce tua, et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, et adduxerut in montem sanctu tuu: et in tabernacula tua. Iudica. Non dicitur Gloria patri, et filio, et spiritui. ad introitum vsque ad pascha, nisi in missa de festo, si occurrerit: sed finito psalmo, absolute repetitur Introitus. Oratio.

Quesumus omnipotes deus, familiam tuam propitius respice: vt te largiente regatur in corpore: et te seruate custodiatur in mente. Per dominum no. Ab hac die vsque ad feria v. Cene domini, post orationem diei dicitur vel contra persecutores ecclesie. Oratio.

Ecclesie tue, qs domine, preces placatus admitte: vt, destructis aduersitatibus et erroribus vniuer-

vniuersis, secura tibi seruiat liberta te. Per do. Uel pro Papa. Oro.

Deus omniū fideliū pastor ꝛ rector: famulū tuū N. quē pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo ꝛ exemplo, quibus pręest, proficere: vt ad vitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominū nostrū. Tertia oratio non dicitur. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 9 Fratres: Christus assistēs pōtifex futurorum bonorū per amplius ꝛ perfectius tabernaculū non manu factum, idest non huius creationis: neque per sanguinē hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, ęterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, ꝛ taurorū, ꝛ cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū deo, emūdabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum deo viuenti? Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente in redemptionem earū pręuaricationum quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiāt qui vocati sūt, ęternę hęreditatis: In Christo Jesu domino nostro. Graduale.

psal. 142 Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatē tuā. ℣. psal. 17 Liberator meus dñe de gentibus iracundis: ꝛ ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Tract. psal. 128 Sępe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Israel, sępe expugnauerunt me à iuuentute mea. ℣. Etenim nō potuerunt mihi: supra dorsum meū fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates suas: dñs iustus concidet ceruices peccatorū. Sequ. sancti euange. sm Joannem.



ca. 8 In illo tpe: Dicebat Jesus turbis Judęorum, ꝛ principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare nō creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo nō estis. Responderunt igitur Judęi, ꝛ dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, ꝛ dęmoniū habes? Respōdit Jesus. Ego dęmoniū nō habeo: sed honorifico patrē meum, ꝛ vos inhonorastis me. Ego autem nō quęro gloriam meā: est qui quęrat, ꝛ iudicet. Amē amē dico vobis: siquis sermonē meū seruauerit, mortem non videbit in ęternum. Dixerūt ergo Judęi. Nūc cognouimus quia dęmonium habes. Abrahā mortuus est, ꝛ prophetę: ꝛ tu dicis: siquis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in ęternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetę mortui sunt. Quē teipsū facis? Respondit Jesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus vester est: ꝛ non cognouistis eum: ego autem noui eū. Et, si dixero quia non scio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum, ꝛ sermonem eius seruo. Abrahā pater vester exultauit vt vi-

vt videret diē meū: vidit, ꝛ gauisus est. Dixerunt ergo Iudei ad eum. Quinquaginta annos nōdū habes, ꝛ Abrahā vidisti? Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis: antequam Abrahā fieret, ego sū. Tulerūt ergo lapides, vt iacerent in eū. Iesus autē abscōdit se: ꝛ exiuit de templo.

psal. 118 Credo. Offerto. Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuā, ꝛ custodiā sermones tuos: viuifica me scd̄m verbū tuū dn̄e.

Haec munera, ɋ̃s dn̄e, Secre. ꝛ vincula nostre prauitatis absoluāt: ꝛ tue nobis misericordie dona cōcilient. Per do. Altera secreta, vel contra persecutores ecclesie.

Protege nos dn̄e tuis mysterijs seruientes: vt diuinis reb⁹ inherentes ꝛ corpe tibi famulemur, ꝛ mente. Per do. Vel pro Papa.

Oblatis, ɋ̃s dn̄e, placare muneribus: ꝛ famulū tuū N. quē pastorē eccl'ie tue pesse voluisti, assidua protectione guberna. Per. Prefatio. Qui salutem humani gene. Et dicitur quotidie vsq₃ ad Feriaʒ v. in cena dn̄i inclusiue. fol. 98. ꝛ 104. Cōmu. 1. co. 11 Hoc corpus, quod pro vobis tradet, hic calix noui testamenti est ī meo sanguine, dicit dominus: hoc facite, quotiescunq₃ sumitis, in meā commemorationem. Postcōio.

Adesto nobis dn̄e de⁹ noster: ꝛ quos tuis mysterijs recreasti, ppetuis defēde subsidijs. Per. Altera oro, vel ɔtra pſecutores eccl'ie.

Quesum⁹ dn̄e deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominū nostrum. Vel pro Papa.

Haec nos, ɋ̃s dn̄e, diuini sacramēti perceptio protegat: ꝛ famulū tuū N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, vnà cū cōmisso sibi grege saluet semp, ꝛ muniat. Per dominum nostrum Iesū Christū.

¶ Feria secunda. Statio ad sanctū Chrysogonum. Introitus.

psal. 55 Miserere mihi, dn̄e: quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Psalmus. Conculcauerūt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduersū me. Miserere mei dn̄e. Oremus.

Sanctifica, ɋ̃s dn̄e, nr̄a ieiunia: ꝛ cunctarū nobis indulgētiam propitius largire culparum. Per. postea Ecclesie tue. vel Deus omnium fideliū. vt supra in Dominica passionis. Lectio Ione prophete.

ca. 3 In diebus illis. Factū est verbum domini ad Ionā prophetā secūdò, dicens. Surge, ꝛ vade in Niniue ciuitatē magnam: ꝛ predica in ea predicationem quā ego loquar ad te. Et surrexit Ionas, ꝛ abijt in Niniue iuxta verbū domini: ꝛ Niniue erat ciuitas magna itinere dierum triū. Et cepit Ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: ꝛ clamauit, ꝛ dixit. Adhuc quadraginta dies, ꝛ Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuite in dominū: ꝛ predicauerunt ieiunium: ꝛ vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regē Niniue. Et surrexit de solio suo: ꝛ abiecit vestimentum suum à se: ꝛ indutus est sacco: ꝛ sedit in cinere. Et clamauit, ꝛ dixit in Niniue ex ore regis ꝛ principū eius dicens. Homines

mines, ⁊ iumēta, ⁊ boues: ⁊ pecora non gustent quicquam: nec pascantur, ⁊ aquam non bibant. Et operiantur saccis homines ⁊ iumenta: ⁊ clament ad dominū in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala, ⁊ ab iniquitate que est in manibus eorū. Quis scit, si conuertatur, ⁊ ignoscat deus: ⁊ reuertatur a furore ire sue, ⁊ non peribimus? Et vidit deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est populo suo dominus deus noster. Graduale.

psal. 53

Deus exaudi orationem meā: auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ ī virtute tua libera me. Tractus.

psal. 102

Domine, non ſm peccata nostra, que fecimus nos, neque ſm iniquitates nostras, retribuas nobis. ℣.

psal. 78

Domine, ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ ꝓpter gloriam nominis tui domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sequētia sancti euāgelij ſm Joānē.

ca. 7



In illo tēpore: Miserūt principes ⁊ pharisei ministros, vt apprehenderent Jesum. Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicum tēpus vobiscum sum: ⁊ vado ad eū qui misit me. Queretis me, ⁊ non inuenietis: ⁊ vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judei ad semetipsos. Quo hic iturus est, q᷑ nō inueniemus eū? Nunquid in dispersionē gentiū iturus est, ⁊ docturus gentes? Quis est hic sermo quē dixit: queretis me, ⁊ non inuenietis, ⁊ vbi ego sum, vos nō potestis venire? In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat Jesus: ⁊ clamabat, dicens. Siquis sitit, veniat ad me, ⁊ bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autē dixit de spiritu, quē accepturi erant credētes in eū. Offert. Dñe cōuertere, ⁊ eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuā. Secr.

ps. 6

Concede nobis domine deus noster: vt hec hostia salutaris ⁊ nostrorū fiat purgatio delictorū, ⁊ tue propitiatio maiestatis. Per dñm. vel Protege. vel Oblatis. Communio. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcommunio.

psal. 23

Sacramenti tui, qs dñe, participatio salutaris, ⁊ purificationem nobis tribuat, ⁊ medelā. Per dominū. vel Quesumus do. vel Hec nos. Super populū. Orem⁹. Humiliate capita vestra deo.

Da, qs dñe, populo tuo salutē mentis, ⁊ corporis: vt bonis operibus inherendo, tua semp mereatur protectione defendi. Per dñm.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctum Cyriacum. Introitus.

psal. 26

Expecta dñm, viriliter age: ⁊ cōfortetur cor tuum, ⁊ sustine dñm. Ps. Dominus illuminatio mea, ⁊ salus mea: quē timebo? Expecta dominū, viriliter. Oremus.

Nostra tibi, qs domine, sint accepta ieiunia: que nos expiando, gratia tua dignos efficiant: ⁊ ad reme-

remedia perducant eterna. Per d. vel Ecclesie tue. vel Deus omniū. fol. 55. **Lectio Danielis prophete.**

c. 14 In diebus illis: Congregati sunt Babylonij ad regem, ⁊ dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel destruxit, ⁊ draconē interfecit: alioquin interficiemus te, ⁊ domum tuam. Uidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: ⁊ necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacū leonū: ⁊ erat ibi sex diebus. Porrò in lacu erant leones septem, ⁊ dabātur eis quotidie duo corpora, ⁊ due oues: ⁊ tunc non data sunt eis: vt deuorarēt Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Judea, ⁊ ipse cōxerat pulmentum, ⁊ intriuerat panes in alueolo: ⁊ ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitq; angelus domini ad Habacuc. Fer prandiū, quod habes, Danieli in Babylonē, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem nō vidi: ⁊ lacum nescio. Et apprehendit eū angelus domini in vertice eius, ⁊ portauit eum capillo capitis sui: posuitque eum in Babylonē super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel serue dei, tolle prandium, quod misit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei domine deus meus: ⁊ non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comēdit. Porrò angelus domini restituit Habacuc confestim in locum suum. Uenit ergo rex die septimo, vt lugeret Danielem: ⁊ venit ad lacum, ⁊ introspexit. Et ecce Daniel sedens in medio leonū. Et exclamauit rex voce magna, dicens. Magnus es domine deus Danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum: ⁊ deuorati sunt in momento corā eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitantes in vniuersa terra deū Danielis: q̄r ipse est saluator, faciēs signa ⁊ mirabilia in celo ⁊ in terra: qui liberauit Danielē de lacu leonum. **Gradu.** Discerne causam meā dn̄e: ab homine iniquo, ⁊ doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerūt, ⁊ adduxerūt in montem sanctū tuū. psal. 42

Sequ. sancti euangelij s̄m Joannē.



ca. 7 In illo tempore: Ambulabat Jesus in Galileam. Nō enim volebat in Judeā ambulare: quia querebant eum Judei interficere. Erat autem in proximo dies festus Judeorum, scenophegia. Dixerunt autem ad eū fratres eius. Transi hinc, ⁊ vade in Judeam: vt ⁊ discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit, ⁊ querit ipse in palam esse. Si hec facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Jesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Uos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem non ascendam ad diem festum istum: q̄a tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset, ipse mansit in Galilea. Ut autem ascenderunt

fratres eius, tunc ⁊ ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. Iudęi ergo quęrebãt eũ in die festo, ⁊ dicebant. Ubi est ille? Et murmur multũ erat de eo in turba. Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij autem dicebant, non: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudęorũ. Offert. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuũ dñe: quoniam non derelinquis quęrentes te: psallite domino qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationes pauperum. Secreta.

ps. 9

Hostias tibi dñe deferimus immolandas: quę temporalẽ cõsolationem significent: ut promissa nõ desperemus ęterna. Per dñm. vel Protege nos. vel Oblatis. Cõmunio. Redime me, deus Israel, ex oĩbus angustijs meis. Postcõio.

psal. 24

Da, q̃sumus omnipotẽs deus: ut, quę diuina sũt, iugiter exequentes, donis mereamur cęlestib⁹ propinquare. Per do. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos, quęsumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Da nobis, quęsumus domine, perseuerantem in tua voluntate famulatũ: ut in diebus nostris, ⁊ merito ⁊ numero populus tibi seruiens augeatur. Per dominum.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctum Marcellum. Introitus.

psal. 17

Liberator meus de gentibus iracũdis: ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me domine. psal. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentũ meũ, ⁊ refugiũ meũ, ⁊ liberator me⁹. Liberator. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio, de⁹, tuorum corda fidelium miserator illustra: ⁊ quibus deuotionis pręstas affectum, prębe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum nostrũ Iesum Christũ. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. fol. 55. Lectio libri Leuitici.

ca. 19

In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicens. Loquere ad vniuersum cętum filiorũ Israel, ⁊ dices ad eos. Ego dominus deus vester. Nõ facietis furtũ. Nõ mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximũ suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomẽ dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eũ. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Nõ maledices surdo, nec corã cęco pones offendiculũ: sed timebis dñm deum tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est: nec iniustè iudicabis. Non cõsideres personam pauperis: nec honores vultũ potentis. Iustè iudica proximo tuo. Nõ eris criminator: nec susurro in populis. Nõ stabis contra sanguinẽ proximi tui. Ego dominus. Nõ oderis fratrem tuũ in corde tuo: sed publicè argue eũ, ne habeas super illo peccatũ. Nõ quęras vltionẽ, nec memor eris iniurię ciuiũ tuorũ. Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. Graduale. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Domine

psal. 29

deus meus clamaui ad te, ⁊ sanasti me: domine abstraxisti ab inferis animam meam: saluasti me à descendētibus in lacum. Tractus. Dñe, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neq3 secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę: quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriā nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

psal. 102

psal. 78

Sequentia sancti euangelij secundū Joannem.

ca. 10



In illo tempore: Facta sunt Encęnia in Hierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. Circūdederūt ergo eū Judęi, ⁊ dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palā. Respondit eis Jesus. Loquor vobis: ⁊ non creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniū perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meę vocē meam audiunt: ⁊ ego cognosco eas, ⁊ sequūtur me: ⁊ ego vitam ęternam do eis: ⁊ non peribunt in ęternum, ⁊ non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius oībus est: ⁊ nemo potest rapere de manu p̄ris mei. Ego ⁊ pater vnum sumus. Sustulerūt ergo lapides Judęi, vt lapidarent eū. Respondit eis Jesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Judęi. De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia: ⁊ quia tu homo cum sis, facis teipsum deū. Respondit eis Jesus. Nonne scriptum est in lege vestra: ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, ⁊ non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit ⁊ misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si aūt facio: et si mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis, quia in me est pater, ⁊ ego in patre.

Offertoriū. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me dñe.

psal. 58

Secreta. Annue nobis misericors deus: vt hostias placationis, ⁊ laudis syncero tibi deferam⁹ obsequio. Per do. Protege nos. vel Oblatis.

Communio. Lauabo inter innocentes manus meas, ⁊ circundabo altare tuum domine: vt audiam vocem laudis tuę, ⁊ enarrē vniuersa mirabilia tua.

psal. 25

Postcommunio. Cęlestis doni benedictione percepta: supplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idē nobis ⁊ sacramenti causa sit, ⁊ salutis. Per dominum no. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos, quęsumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Adesto supplicationib⁹ nostris omnipotens deus: ⁊, quibus fiduciā sperandę pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dominum no.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Apollinarem. Introitus.

Dan. 3

OMnia, q̄ fecisti nobis dn̄e, in vero iudicio fecisti: q2 peccauimus tibi: & mādatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiscum ſm multitudinem misericordię tuę. Ps. Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege domini. Omnia quę fecisti. Oremus. (psal. 118)

PResta, q̄s ops deus: vt dignitas conditionis humanę p immoderātiā sauciata, medicinalis parsimonię studio reformetur. Per d. vel Ecclesię tuę. vel Deus omniū. fol. 55. Lectio Danielis prophetę.

ca. 3

IN diebus illis: Orauit Daniel dn̄m dicens. Dn̄e deus noster, ne, q̄s, tradas nos in perpetuū propter nomen tuū: & ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctū tuū: quibus locutus es, pollicens q multiplicares semen eorum sicut stellas celi, & sicut arenam, quę est in littore maris. Quia dn̄e imminuti sumus plusquam omnes gentes: sumusq3 humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tēpore hoc princeps, & propheta, & dux, neq3 holocaustū, neq3 sacrificium, neq3 oblatio, neq3 incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiā tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorū pinguium: sic fiat sacrificium nostrū in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio cōfidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde: & timemus te: & quęrimus faciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam: & secundum multitudinem misericordię tuę. Et erue nos in mirabilibus tuis: & da gloriam nomini tuo domine. Et confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala: confundantur in omnipotentia tua: & robur eorum conteratur. Et sciāt, quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super omnem terrā, domine deus noster. Graduale. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dominū in aula sancta eius. V. Reuelabit dominus condensa: & in templo eius omnes dicēt gloriam. (psal. 95; psal. 28)

Sequētia sancti euangelij ſm Lucā.



ca. 7

IN illo tempore: Rogabat Iesum quidam phariseus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei, discubuit. Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lacrymis cępit rigare pedes eius: & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Videns autem phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens. Hic si esset propheta, sciret vtique quę & qualis esset mulier quę tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus debebat

bebat denarios quingentos, ꝛ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderẽt, donauit vtrisque. Quis ergo eũ plus diligit? Respondens Simon dixit. Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierẽ? Intraui in domum tuã: aquã pedibus meis nõ dedisti: hęc aũt lacrymis rigauit pedes meos, ꝛ capillis suis tersit. Osculũ mihi nõ dedisti: hęc aũt ex quo intraui nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hęc aũt vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittũtur tibi peccata tua. Et cęperũt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

psal. 136 Offerto. Super flumina Babylonis illis sedimus, ꝛ fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Secreta.

Domine deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostrę subsidium cõdidisti, tuo quoque nomini munera iussisti dicanda constitui: tribue quęsumus: vt ꝛ vitę nobis pręsentis auxilium, ꝛ ęternitatis efficiant sacramentum. Per do. Protege. vel Oblatis.

psal. 118 Communio. Memẽto verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hęc me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

Quod ore sumpsimus domine, pura mente capiamus: ꝛ de munere temporali fiat nobis remedium sempiternũ. Per dñm. Quęsumus domine. vel Hęc nos, quęsumus. Super populuꝫ. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Esto, q̃s dñe, propitius plebi tuę: vt, quę tibi non placent, respuentes, tuorũ repleantur delectationibus mandatorum. Per dñm.

¶ Feria vj. Statio ad sanctum Stephanum in Cęlio monte. Introitus.

psal. 30 Miserere mei dñe, qm̃ tribulor: libera me, ꝛ eripe me de manibus inimicorum meorum, ꝛ à persequẽtibus me: dñe non confundar, qm̃ inuocaui te. Psalmus. In te domine speraui: non cõfundar in ęternum, in iustitia tua libera me. Miserere mei domine. Oremus.

Cordibus nostris, q̃s dñe, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volũtaria cohibẽtes, tẽporaliter potius maceremur, quã suppliciis deputemur ęternis. Per dñm. Ecclesię tuę. vel Deus omniũ fideliũ. fo. 55.

Lectio Hieremię prophetę.

ca. 17 In diebus illis: Dixit Hieremias. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur: quoniaꝫ dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine, ꝛ sanabor: saluum me fac, ꝛ saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbum domini? Veniat. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: ꝛ diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: & duplici contritione contere eos, domine deus noster. Gradua.

psal. 34

Pacifice loquebantur mihi inimici mei: & in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti domine: ne sileas: ne discedas a me. Tractus.


psal. 102

Domine nō secundum peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine,

psal. 78

ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: qꝛ pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 11



In illo tempore: Collegerunt pōtifices & pharisei concilium aduersus Jesum: & dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locū, & gentē. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis. Uos nescitis quicquam: nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Jesus moriturus erat pro gente: & nō tantum pro gēte: sed vt filios dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerūt: vt interficerent eum. Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud Judeos: sed abijt in regionem iuxta desertum, in ciuitatem que dicitur Ephrem: & ibi morabatur cum discipulis suis. Offertorium.

psal. 118

Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: & nō tradas calumniātibus me superbis: & respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secre.

Presta nobis misericors deus: vt digne tuis seruire semp altaribus mereamur, & eorū ppetua participatione saluari. Per. Protege. vel Oblatis. Cōio.

psal. 26

Ne tradideris me dn̄e in animas psequentium me: qm̄ insurrexerūt in me testes iniq: & mentita est iniqtas sibi. Postcōio.

Sumpti sacrificij dn̄e perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia semper a nobis cuncta depellat. Per do. Quesumus. vel Hec nos qs. Super populū. Oremus.

Humiliate capita vestra Deo.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt, qui protectionis tue gratiam querimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per dominum nostrū.

¶ Sabbato. Statio ad sanctū Joānem ante portam Latinā. Introitus.

psal. 30

Miserere mihi dn̄e, quoniam tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a persequētibus me: dn̄e nō cōfūdar, qm̄ inuocaui te. Ps. In te dn̄e speraui, nō confundar in eternum: in iustitia tua libera me. Miserere. Oremus. Profi-

PRoficiat, q̄s dn̄e, plebs tibi dicata piȩ deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuȩ fit gratior, tāto donis potioribus augeatur. Per domi. Ecclesiȩ tuȩ, vel Deus omnium fi. fol. 55. Lectio Hieremiȩ prophetȩ.

ca. 18

IN diebus illis. Dixerunt impij Iudȩi adinuicem. Venite, cogitemus contra iustum cogitationes. Nō enim peribit lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Venite, percutiamus eum lingua: ⁊ non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attēde domine ad me: ⁊ audi vocem aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderūt foueam animȩ meȩ? Recordare, quòd steterim in cōspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum: ⁊ auérterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: ⁊ deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absq; liberis, ⁊ viduȩ: ⁊ viri earū interficiantur morte: iuuenes eorum cōfodiantur gladio in prȩlio: Audiatur clamor de domibus eorum: addúces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me, ⁊ laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autē domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum: ⁊ peccatum eorum à facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abútere eis, domine deus noster.

psal. 34

Grad. Pacificè loquebant mihi inimici mei: ⁊ in ira molesti erāt mihi. V. Vidisti dn̄e, ne sileas: ne discedas à me. Sequentia sancti euangelij secundū Ioannem.



ca. 11

IN illo tēpore: Cogitauerunt principes sacerdotū vt ⁊ Lazarum interficerēt: quia multi propter illum abibant ex Iudȩis, ⁊ credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa, quȩ venerat ad diem festū, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymā, acceperūt ramos palmarum, ⁊ processerūt obuiam ei, ⁊ clamabant. Hosanna, benedictus q̄ venit in nomine dn̄i, rex Israel. Et inuenit Iesus asellū: ⁊ sedit super eum, sicut scriptum est. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullū asinȩ. Hȩc non cognouerūt discipuli eius primū: sed quādo glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hȩc scripta erant de eo, ⁊ hȩc fecerūt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quȩ erat cum eo quādo Lazarū vocauit de monumento, ⁊ suscitauit eum à mortuis. Propterea ⁊ obuiā venit ei turba: quia audierunt eū fecisse hoc signum. Pharisȩi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis, quia nihil proficimꝰ? Ecce mundus totus post ipsum abit. Erāt autem quidā gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserūt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilȩȩ: ⁊ rogabāt eum dicentes. Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, ⁊ dicit Andreȩ. Andreas rursum ⁊ Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum

manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eaz. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternã custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum: illic ⁊ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hãc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo, dicens. Et clarificaui: ⁊ iteruz clarificabo. Turba ergo que stabat ⁊ audierat, dicebat tonitruum factuz esse. Alij dicebãt: angelus ei locutus est. Respondit Jesus, ⁊ dixit. Non propter me venit hec vox, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero á terra, omnia traham ad meipsum. (Hoc autez dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in eternuz: ⁊ quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hec locutus est Jesus: ⁊ abijt, ⁊ abscondit se ab eis. Offertorium. Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas: ⁊ non tradas calumniantibus me superbis: ⁊ respondebo exprobrantibus mihi verbum. Secreta.

psal. 118

A Cunctis nos, quesumus domine, reatibus, ⁊ periculis propitiatus absolue: quos tanti mysterij tribuis esse consortes. Per dominum nostrum. vel Protege nos domine tuis. vel Oblatis quesumus. Communio. Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: ⁊ mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

psal. 26

Diuini muneris largitate satiati, q̃s dñe deus noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dominũ. Quesumus dñe. vel Hec nos. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tueatur, quesumus domine, dextera tua populũ deprecantem, ⁊ purificatum dignanter erudiat: vt cõsolatione presenti ad futura bona proficiat. Per dominum.

¶ In die palmarum completa tertia, ⁊ facta aspersione aque more solito: sacerdos procedit indutus pluuiali violaceo cuz ministris indutis eiusdem coloris: ⁊ ramis in medio ante altare, vel ad cornu Epistole positis, á choro cãtatur antiphona. Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. O rex Israel: Hosanna in excelsis. Deinde dicit sacerdos, Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. In tono feriali. Oratio.

Deus, quem diligere, ⁊ amare, iustitia est: ineffabilis gratie tue in nobis dona multiplica: ⁊ qui fecisti nos in morte filij tui sperare que credimus, fac nos eodem resurgente, peruenire

quo tendimus. Qui tecum viuit. Subscripta lectio legitur in tono Epistolę. Lectio libri Exodi.

ca.15 In diebus illis, Venerunt filij Israel in Elim, vbi erāt duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmę: & castrametati sunt iuxta aquas. ca.16 Profectique sunt de Elim: & venit omnis multitudo filiorū Israel in desertū Sin, qd̄ est inter Eliz & Sinai: quintodecimo die mēsis secūdi, postq̄ egressi sūt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorū Israel contra Moysen & Aarō in solitudine. Dixerūtq; ad eos filij Israel. Utinā mortui essem9 p manū dn̄i in terra Aegypti, qn̄ sedebam9 sup ollas carniū, & comedebamus panē in saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud, vt occideretis omnē multitudinē fame? Dixit autē dn̄s ad Moysen. Ecce ego pluā vobis panē de celo. Egrediatur populus, & colligat q̄ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eū, vtrū ambulet in lege mea, an nō. Die aūt sexto parēt quod inferāt: & sit duplum quā colligere solebāt per singulos dies. Dixeruntq; Moyses & Aaron ad oēs filios Israel. Vespere scietis q̄ dn̄s eduxerit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriā eius. Deinde cātat pro Graduali

Joā. 11 R. Collegerūt pōtifices & pharisei conciliū, & dixerūt: quid facimus, qz hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, oēs credent in eū. Et veniēt Romani, & tollēt nostrū locū & gentem. V. Unus aūt ex illis Caiphas nomine, cū esset pontifex anni illius, prophetauit, dicēs, Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerūt interficere eū, dicentes. Et venient. Uel aliud R. In mōte oliueti orauit ad patrem: pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, fiat volūtas tua. V. Uigilate, & orate, vt nō intretis in tentationē. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. mat. 26

Postea legitur euangelium. Sequētia sācti euāg. s̄m Mattheū.



ca.21 In illo tp̄e. Cum appropinquasset Jesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad mōtē oliueti, tunc misit duos discipulos suos, dicēs eis. Ite in castellū qd̄ cōtra vos est: & statim inuenietis asinā alligatā, & pullū cū ea. Soluite, & adducite mihi. Et siquis vobis aliqd dixerit: dicite, qz dn̄s his opus habet: & cōfestim dimittet eos. Hoc aūt totū factū est: vt adimpleret qd̄ dictū est p propheta, dicēte. Dicite filię Siō, ecce rex tuus venit tibi māsuetus, sedēs sup asinā, & pullū filiū subiugalis. Eūtes aūt discipuli fecerūt sicut p̄cepe rat illis Jesus. Et adduxerūt asinā & pullū: & imposuerunt super eos vestimēta sua, & eū desuper sedēre fecerunt. Plurima aūt turba strauerūt vestimenta sua in via. Alij aūt cędebant ramos de arboribus, & sternebāt in via. Turbę autem quę precedebant, & quę sequebantur, clamabant, dicētes. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Post hęc benedicunt rami: & tūc dicit sacerdos. Dn̄s vobiscū. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Auge

Auge fidem in te sperantiũ Deus, ⁊ supplicum preces clemẽter exaudi: veniat sup nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur ⁊ hi palmites palmarum, seu oliuarum: ⁊ sicut in figura ecclesię multiplicasti Noe egredientez de arca, ⁊ Moysen exeuntem de Aegypto cũ filijs Israel: ita nos portantes palmas ⁊ ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiaz Christo: ⁊ per ipsuz in gaudium introeatus ęternum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Per omnia secula seculoruz. ℟.

Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et

cũ spiritu tuo. ℣. Sursum cor-

da. ℟. Habemus ad dominũ.

℣. Gratias agamus domino

Deo nostro. ℟. Dignũ ⁊ iustũ

est. Vere dignum ⁊ iustũ est,

ęquum ⁊ salutare, nos tibi sem-

per, ⁊ vbiqz gratias agere, do-

mine sancte, pater omnipotẽs,

ęterne deus. Qui gloriaris in cõ-

silio sanctorũ tuorũ. Tibi enim

seruiũt creaturę tuę: quia te so-

lum auctorem ⁊ deum cogno-

scũt: ⁊ omnis factura tua te col

laudat: ⁊ benedicũt te sancti tui.

Quia illud magnum vnigeniti

tui nomen, corã regibus ⁊ po-

testatibus huius seculi libera

voce confitentur. Cui assistunt

Angeli



Cantatur Sanctus a choro, vt sequitur.

Sequitur Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Petimus, domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: vt hanc creaturam oliue, quam ex ligni materia prodire iussisti, quamque columba rediens ad arcam proprio pertulit ore, bene✠dicere, et sancti✠ficare digneris: vt quicunque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem anime et corporis: fiatque, domine, nostre salutis remedium, tue gratie sacramentum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Deus, qui dispersa congregas, et congregata conseruas: qui populis obuiam Jesu ramos portantibus benedixisti: bene✠dic etiam et hos ramos palme, et oliue, quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt: vt in quemcunque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur: et omni aduersitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Jesus Chřs filius tuus dñs noster. Qui tecum viuit. Oremus.

Deus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostre salutis ostendere voluisti: da quesumus: vt deuota tuorum turba fidelium salubriter intelligat quicquid mystice designatur in facto, quod hodie celesti lumine afflata, redemptori obuiam procedens, palmarum atque oliuarum ramos vestigiis eius substrauit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant, surculi vero oliuarum, spiritalem vnctionem aduenisse quodammodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa hominum beata multitudo prefigurari, quia redemptor noster humanis condolens miseriis, pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obsequens administrauit, que in illo et triumphos victorie, et misericordie pinguedinem declararent. Quod nos quoque plena fide,

et factum

⁊ factum ⁊ significatum retinentes, te domine sancte, pater omnipotẽs, eterne deus, per eundem dominum nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus, vt in ipso atque per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriose resurrectionis participes esse mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regn. Oremus.

Deus, qui per oliue ramum pacem terris columbã nunciare voluisti: presta q̃s: vt hos oliue, ceterarũq; arborum ramos, celesti bene✠dictione sanctifices: vt cũcto populo tuo proficiant ad salutez. Per Christũ dominũ nostrũ. Oremus.

Bene✠dic, q̃s dñe, hos palmarũ seu oliuarũ ramos: ⁊ presta, vt, qđ populus tuus in tua veneratiõe hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa deuotione perficiat, de hoste victoriam reportãdo, ⁊ opus misericordie summopere diligẽdo. Per Christũ dñm no.

Hic rami asperguntur aqua benedicta, dicẽdo antiphonã, Asperges me. sine cantu, ⁊ sine psalmo: ⁊ incẽsantur oliue. Deinde dicit sacerdos. Dominus vobiscum. Oremus.

Deus qui filium tuum Jesum Christum dñm nostrũ, pro salute nostra in hunc mũdũ misisti: vt se humiliaret ad nos, ⁊ nos reuocaret ad te: cui etiam, dum Hierusalez veniret, vt adimpleret scripturas, credẽtium populorum turba fidelissima deuotione vestimenta sua cum ramis palmarũ in via sternebãt: presta quesumus: vt illi fidei viam preparemus: de qua, remoto lapide offensionis ⁊ petra scandali, frondeãt apud te opera nostra iustitie ramis: vt eius vestigia sequi mereamur. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate.

Postea sacerdos stans ante altare versus ad populũ distribuit ramos primo clericis, deinde laicis: ⁊ interim à choro cantantur Antiphone.

Pueri hebreorũ portantes ramos oliuarũ obuiauerunt dño, clamantes, ⁊ dicentes: Osanna in excelsis.

Alia antiph. Pueri hebreorũ vestimẽta psternebãt in via: ⁊ clamabãt dicẽtes: Osanna filio Dauid, benedictus q venit in nomine dñi. Que si nõ sufficiant, repetant̃ quousq; ramorũ distributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui dñm nostrũ Jesũ Christũ, super pullũ asine sedẽre fecisti: ⁊ turbas populorũ vestimẽta vel ramos arborũ in via sternere, ⁊ osanna decantare in laudez ipsius docuisti: da q̃s: vt illorũ innocentiã imitari possimus: ⁊ eorũ meritũ cõsequi mereamur. Per eũdẽ Christũ. ℟. Amẽ.

Postea fit pcessio: ⁊ cantãtur antiphone sequẽtes, vel oẽs, vel aliq̃e quousq; durat processio. Antipho.

Cũ appropinquaret dñs Hierosolymã, misit duos ex discipulis suis, dicẽs. Jte in castellũ qđ est cõtra vos: ⁊ inuenietis pullũ asine alligatũ, super quẽ nullus hominum sedit: soluite, ⁊ adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dicite, opus dño est. Soluẽtes adduxerũt ad Jesum: ⁊ imposuerũt illi vestimẽta sua, ⁊ sedit super eũ: alij expandebant vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebant: Et qui sequebantur, clamabant. Osanna, benedictus qui venit in nomine domini: benedictum regnum

mat. 21

regnū patris nostri David: Osanna in excelsis: miserere nobis fili David. Alia aña. Cum audisset populus, quia Iesus venit Hierosolymā, acceperunt ramos palmarū: et exierunt ei obuiam, et clamabant pueri dicētes: Hic est, qui venturus est in salutem populi. Hic est salus nostra, et redemptio Israel. Quantus est iste, cui throni, et dñationes occurrūt: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullū asinę: sicut scriptū est. Salue rex fabricator mūdi, qui venisti redimere nos. Alia aña. Ante sex dies sollemnis paschę, quādo venit dñs in ciuitatem Hierusalē, occurrerunt ei pueri: et in manibus portabant ramos palmarum: et clamabant voce magna, dicentes: Osanna in excelsis: benedictus q venisti in multitudine misericordię tuę: Osanna in excelsis. Alia aña. Occurrūt turbę cū floribus, et palmis redēptori obuiā: et victori triumphanti digna dant obsequia. Filiū dei ore gentes prędicant: et in laudē Christi voces tonāt per nubila: Osanna in excelsis. Alia antiphona. Cum angelis et pueris fideles inueniamur triumphatori mortis clamantes: Osanna in excelsis. Alia antiph. Turba multa, quę conuenerat ad diem festum, clamabat domino: benedictus qui venit in nomine dñi: Osanna in excelsis.

¶ In reuersione pcessionis ad ecclesiam: duo vel quatuor cātores intrant, et clauso ostio stantes versa facie ad processionē, incipiūt ℣. Gloria laus. Et totū decantant vsq; ad Israel es tu rex. Sacerdos vero cū alijs stantibus extra ecclesiam, repetit illud idem. Deinde stantes intus, cantant versus sequentes: vel omnes, vel partem: pro dispositione cantorū. Et stantes extra, ad quoslibet duos versus respondent Gloria laus. sicut a principio. ℣.

Gloria, laus, et honor, tibi sit rex Christe redemptor.
Qui puerile decus prompsit osanna pium. ℟. Gloria laus. ℣.
Israel es tu rex, et Dauidis inclyta proles.
Nomine qui in domini, rex benedicte venis. ℟. Gloria, laus, et honor, tibi sit rex Christe redemptor, Cui puerile decus prompsit osanna pium. ℣.
Cętus in excelsis te laudat celicus omnis.
Et mortalis homo, cuncta creata simul. ℟. Gloria, laus, et honor, tibi sit. Cui puerile decus. ℣.
Plebs hebręa tibi cum palmis obuia venit.
Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus, et honor. Cui puerile.
Hi tibi passuro soluebant munia laudis.
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. ℟. Gloria, laus. ℣.
Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra:
Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus, et honor. ℣.
Fecerat Hebręos hos gloria sanguinis almi:
Nos facit Hebręos transitus ecce pius. ℟. Gloria, laus, et honor tibi. ℣.
Sis pius ascensor tu, et nos simus asellus.
Tecum nos capiat vrbs veneranda

da dei. ℟. Gloria, laus. ℣.
Vestis apostolicę rutilo fulgore tegamur:
Que bene docta, vt ea nostra caterua vehat. ℟. Glia, laus. ℣.
Tegmine sic animę sternamus corpora nostra:
Quo per nos semper sit via tuta tibi. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor tibi sit. ℣.
Sit pia pro palmę nobis victoria ramis.
Vt tibi victrici sorte canamus ita. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor tibi sit.

Postea intrat processio ecclesiam cantando ℟. Ingrediēte dño in sanctam ciuitatem, Hebręorum pueri resurrectionē vitę pronunciantes, cum ramis palmarum Osanna clamabant in excelsis. ℣. Cum audisset populus, ꝙ Iesus veniret Hierosolymam: exierunt obuiā ei. Cū ramis. Et non dicitur Gloria patri.

¶ Dominica in palmis. Statio ad sanctum Joannem in Laterano. Introitus.

psal. 21

Domine ne lōge facias auxilium tuū à me, ad defensionē meā aspice: libera me de ore leonis, ⁊ à cornibus vnicornium humilitatem meam. Ps. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe à salute mea verba delictorum meorum. Domine ne longe facias auxilium tuum. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Saluatorem nostrum carnem sumere, ⁊ crucē subire fecisti: concede propitius: vt ⁊ patientię ipsius habere documenta, ⁊ resurrectionis consortia mereamur. Per eundem dominū.

Et hęc oratio tantum dicitur.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod ⁊ ī Christo Iesu. Qui cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se ęqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, ⁊ habitu inuentus vt homo. Humiliauit semet ipsum factus obediens vsq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illū, ⁊ donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestriū, ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Gradu.

psal. 72

Tenuisti manum dexteram meā: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cū gloria assumpsisti me. ℣. Quam bonus Israel deus rectis corde: mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorū vidēs. Trac. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: ℣. Longe à salute mea verba delictorū meorum. ℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, ⁊ non ad insipientiā mihi. ℣. Tu autē in sancto habitas laus Israel. ℣. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, ⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt, ⁊ salui facti sunt: in te sperauerunt, ⁊ non sunt cōfusi. ℣. Ego autem sum vermis, ⁊ non homo: opprobrium hominum ⁊ abiectio plebis.

psal. 21

bis. ℣. Omnes qui videbant me, aspernabātur me, locuti sunt labijs, ⁊ mouerunt caput. ℣. Sperauit in domino eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eū. ℣. Ipsi vero cōsiderauerunt ⁊ cōspexerūt me: diuiserūt sibi vestimenta mea, ⁊ sup vestem meam miserunt sortē. ℣. Libera me de ore leonis: ⁊ a cornibus vnicorniū humilitatē meā. ℣. Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Jacob magnificate eum. ℣. Annūciabitur domino generatio ventura: ⁊ annunciabunt celi iustitiam eius. ℣. Populo qui nascetur, quem fecit dominus.

¶ Passio domini incipitur absolute: non dicitur Munda cor meum. non petitur benedictio, non deferūtur luminaria, nec incensum: non dicitur Dominus vobiscum. nec respōdetur Gloria tibi domine. Peruento tamen ad partem illā que in tono euangelij legitur, dicitur Mūda cor meū, petitur benedictio, ⁊ incensatur liber. Quod ⁊ in alijs diebus seruatur, quando legitur Passio. In parasceue autem nec petitur benedictio, nec incensatur liber.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Mattheum.

ca. 26



In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. ✠ Scitis quia post biduum pascha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifigatur. C. Tūc congregati sunt principes sacerdotum, ⁊ seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: ⁊ concilium fecerunt, vt Jesum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebant autē. S. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. C. Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habēs alabastrum vnguenti preciosi, ⁊ effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes. S. Vt quid perditio hec? Potuit enim vnguentū istud venundari multo, ⁊ dari pauperibus. C. Sciens autem Jesus, ait illis. ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nā semper pauperes habebitis vobiscum: me autē non semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me, fecit. Amen dico vobis: vbicunque predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur ⁊ quod hec fecit in memoriam eius. C. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum: ⁊ ait illis. S. Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? C. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatem, vt eū traderet. Prima autem die azymorū accesserunt discipuli ad Jesū, dicentes. S. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? C. At Jesus dixit. ✠ Ite in ciuitatē ad quendam: ⁊ dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. C. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Jesus: ⁊ parauerunt pascha. Vespere autem facto, discūbebat cū duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit. ✠ Amen dico vobis: quia vnus vestrum me tradi-

traditurus est. C Et contristati val
de, cęperunt singuli dicere. S Nun
quid ego sum domine? C At ipse re
spondens, ait. ✠ Qui intingit me
cum manũ in paropside, hic me tra
det. Filius quidẽ hominis vadit si
cut scriptũ est de illo. Vę autem ho
mini illi, per quẽ filius hominis tra
detur. Bonum erat ei, si natus non
fuisset homo ille. C Respondẽs au
tem Judas qui tradidit eũ, dixit. S
Nunquid ego sũ rabbi? C Ait illi.
✠ Tu dixisti. C Cenantibus autẽ
eis, accepit Jesus panem: ⁊ benedi
xit: ac fregit, deditq; discipulis suis:
⁊ ait. ✠ Accipite, ⁊ comedite. Hoc
est corpus meum. C Et accipiens
calicem, gratias egit: ⁊ dedit illis,
dicens. ✠ Bibite ex hoc omnes.
Hic est enim sanguis meus noui te
stamenti, qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum. Dico
autem vobis: non bibam amodo de
hoc genimine vitis, vsq; in diem il
lum, cum illud bibam vobiscum no
uũ, in regno patris mei. C Et hym
no dicto exierunt in montem oliue
ti. Tunc dicit illis Jesus. ✠ Om
nes vos scandalum patiemini in me,
in ista nocte. Scriptum est enim.
Percutiam pastorem, ⁊ dispergen
tur oues gregis. Postquam autẽ
resurrexero, pręcedam vos in Gali
lęam. C Respondens autem Pe
trus, ait illi. S Etsi omnes scandali
zati fuerint in te, ego nunquam scan
dalizabor. C Ait illi Jesus. ✠ A
men dico tibi: quia in hac nocte, an
tequam gallus cantet, ter me nega
bis. C Ait illi Petrus. S Etiam
si oportuerit me mori tecum, non te
negabo. C Similiter ⁊ omnes disci
puli dixerunt. Tunc venit Jesus cũ
illis in villam quę dicitur Gethse
mani, ⁊ dixit discipulis suis. ✠ Se
dete hic donec vadam illuc, ⁊ orem.
C Et assumpto Petro, ⁊ duobus
filijs Zebedęi, cępit contristari ⁊ me
stus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis
est anima mea vsque ad mortem.
Sustinete hic, ⁊ vigilate mecum.
C Et progressus pusillum, proci
dit in faciem suam, orans, ⁊ dicens.
✠ Pater mi, si possibile est, tran
seat a me calix iste. Veruntamen
non sicut ego volo, sed sicut tu. C
Et venit ad discipulos suos, ⁊ inue
nit eos dormientes: ⁊ dicit Petro.
✠ Sic? Non potuistis vna hora
vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate:
vt non intretis in tentationem. Spi
ritus quidem promptus est: caro
autem infirma. C Iterum secundo
abijt, ⁊ orauit dicẽs. ✠ Pater mi,
si nõ potest hic calix transire, nisi bi
bam illũ: fiat voluntas tua. C Et ve
nit iterum, ⁊ inuenit eos dormien
tes. Erant enim oculi eorum graua
ti. Et relictis illis, iterum abijt: ⁊ ora
uit tertio eundem sermonem dicẽs.
Tunc venit ad discipulos suos, ⁊ di
cit illis. ✠ Dormite iam, ⁊ requi
escite. Ecce appropinquauit hora:
⁊ filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite, eamus: ecce
appropinquauit qui me tradet. C
Adhuc eo loquente, ecce Judas v
nus de duodecim venit, ⁊ cum eo
turba multa cum gladijs ⁊ fustibus,
missi a principibus sacerdotum ⁊ se
nioribus populi. Qui autem tradi
dit eum, dedit illis signum, dicens.
S Quemcunque osculatus fuero, ip
se est: tenete eum. C Et confestim
accedens ad Jesum dixit. S Aue
rabbi. C Et osculatus est eum.

Dixit.

Dixitqz illi Jesus. ✠ Amice, ad qd venisti? C. Tunc accesserunt: et manus iniecerunt in Jesum: et tenuerũt eũ. Et ecce vnus ex his qui erant cũ Jesu extendens manum exẽmit gladiũ suum: et percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribũt. An putas quia non possuz rogare patrẽ meũ: et exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture: quia sic oportet fieri. C. In illa hora dixit Jesus turbis. ✠ Tã quam ad latronẽ existis cum gladijs et fustibus cõprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. C. Hoc autem totum factuz est, vt adimplerentur scripture prophetaruz. Tũc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caiphã principem sacerdotum, vbi scribe et seniores conuenerant. Petrus aũt sequebatur euz à longe vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autem sacerdotum, et omne concilium, querebant falsum testimonium contra Jesum: vt eum morti traderent: et non inuenerunt, cũ multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsitestes, et dixerunt. S. Hic dixit. Possum destruere templum dei, et post triduum reedificare illud. C. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. S. Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? C. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. S. Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. C. Dicit illi Jesus. ✠ Tu dixisti. Ueruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, et venientem in nubibus celi. C. Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicens. S. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C. At illi respondentes dixerunt. S. Reus est mortis. C. Tunc expuerunt in faciem eius, et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes. S. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? C. Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens. S. Et tu cum Jesu Galileo eras. C. At ille negauit coram omnibus dicens. S. Nescio, quid dicis. C. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: et ait his qui erant ibi. S. Et hic erat cum Jesu Nazareno. C. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusilluz accesserunt qui stabant: et dixerũt Petro. S. Uerè tu ex illis es: nam et loquela tua manifestũ te facit. C. Tũc cepit detestari et iurare: quia non nouisset hominem. Et cõtinuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus Jesum, vt eum morti traderent. Et vinctuz addux-

adduxerunt eũ, ꝛ tradiderunt Pontio Pilato presidi. Tunc videns Judas qui tradidit eum, quòd damnatus esset: penitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ꝛ senioribus, dicens. S Peccaui, tradens sanguinem instum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? Tu videris. C Et proiectis argenteis in templo, recessit: ꝛ abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt. S Non licet eos mittere in corbonam: quia precium sanguinis est. C Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernũ diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetã, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quem appreciauerunt à filijs Israel: ꝛ dederunt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Jesus autem stetit ante presidez. Et interrogauit eum preses, dicẽs. S Tu es rex Judeorum? C Dicit ei Jesus. ✝ Tu dicis. C Et cum accusaretur à principibus sacerdotũ, ꝛ senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad vlluz verbum: ita vt miraretur preses vehementer. Per diem autem sollemnẽ consueuerat preses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Cõgregatis autem illis, dixit Pilatus. S Quẽ vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum qui dicitur Christus? C Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicẽs. S Nihil tibi ꝛ iusto illi: multa enim passa sum per visum hodie propter eum. C Principes autem sacerdotum, ꝛ seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autẽ preses ait illis. S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt. S Barabbam. C Dicit illis Pilatus. S Quid igitur faciaz de Jesu, qui dicitur Christus? C Dicũt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis preses. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabãt, dicẽtes. S Crucifigat̃. C Videns aũt Pilatus q̄ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo dicens. S Innocens ego sum à sanguine iusti huius: Vos videritis. C Et respondens vniuersus populus, dixit. S Sanguis eius super nos, ꝛ super filios nostros. C Tunc dimisit illis Barabbã: Jesum autem flagellatuz tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Jesum in pretorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortẽ. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius: ꝛ arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes. S Aue rex Judeorum. C Et expuentes in eũ, acceperunt arundinem, ꝛ percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem:

dem: ⁊ induerunt eum vestimentis eius, ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenęū nomine Simónem. Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod est, Caluarię locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam aūt crucifixerunt eum, diuiserunt vestimēta eius, sortē mittentes: vt adimpleretur quod dictū est per prophetam dicentē. Diuiserunt sibi vestimēta mea: ⁊ super vestem meā miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptā: Hic est Jesus rex Judęorum. Tunc crucifixi sunt cū eo duo latrones: vnus à dextris, ⁊ vnus à sinistris. Pretereuntes autē blasphemabāt eū moventes capita sua, ⁊ dicētes. S Vah qui destruis templū dei, ⁊ in triduo reędificas illud. Salua temetipsum. Si filius dei es, descende de cruce. C Similiter ⁊ principes sacerdotū illudentes cum scribis ⁊ senioribus, dicebāt. S Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est, descendat nūc de Cruce, ⁊ credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc, si vult: dixit enim q2 filius dei sum. C Idipsum aūt ⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autē hora, tenebrę factę sunt super vniuersam terram, vsque ad horā nonā. Et circa horam nonam clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eli, Eli, lamma sabacthani? C Hoc est. ✠ Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? C Quidam autem illic stantes ⁊ audientes, dicebant. S Eliā vocat iste. C Et continuò currens vnus ex eis acceptam spongiā impleuit aceto: ⁊ imposuit arundini, ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. S Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. C Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritū. Hic pausatur aliquātulum, ⁊ genuflectitur. Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota est, ⁊ petrę scissę sunt, ⁊ monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatē: ⁊ apparuerunt multis. Centurio autē ⁊ qui cū eo erant custodiētes Jesum, viso terremotu ⁊ his quę fiebāt, timuerunt valde dicentes. S Verè filius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulieres multę à longe, quę secutę erant Jesum à Galilęa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi, ⁊ Joseph mater: ⁊ mater filiorum Zebedęi. Cum sero autem factum esset, venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Joseph: q ⁊ ipse discipulꝰ erat Jesu. Hic accessit ad Pilatū, ⁊ petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph inuoluit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, ⁊ abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, sedentes contra sepulcrum. Hic datur benedictio, defertur incensum sine luminaribus, non dicitur

Dominus vobiscum. ꝛ cantatur in tono euãgelij. Que omnia ꝛ in alijs Passionibus seruantur.

Altera autẽ die, q̃ est post parasceuen, cõuenerũt principes sacerdotũ, ꝛ pharisei ad Pilatũ, dicẽtes. Dñe recordati sumus, qꝛ seductor ille dixit adhuc viuẽs, post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulcrũ vsqꝫ in diẽ tertiũ: ne forte veniãt discipuli eius, ꝛ furẽtur eũ: ꝛ dicãt plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiã: ite, custodite sicut scitis. Illi autẽ abeuntes, munierũt sepulcrum: signãtes lapidem, cum custodibus. Credo.

psal. 68 Offerto. Improperiũ expectauit cor meũ, ꝛ miseriã: ꝛ sustinui q simul mecũ cõtristaretur, ꝛ non fuit: consolantem me quesiui, ꝛ non inueni: ꝛ dederunt in escam meam fel, ꝛ in siti mea potauerũt me aceto. Secreta.

Concede, quesumus domine: vt oculis tue maiestatis munus oblatũ, ꝛ gratiã nobis deuotionis obtineat, ꝛ effectũ beate perẽnitatis acquirat. Per d. Cõio. *Mat. 26* Pater, si nõ potest hic calix transire, nisi bibã illum: fiat voluntas tua. Postcõio.

Per huius domine operationem mysterij: ꝛ vitia nostra purgentur: ꝛ iusta desideria compleantur. Per dominum nostrũ Iesum.

¶ Feria ij. maioris hebdomade.
Statio ad sanctã Praxedẽ. Introi.

psal. 34 Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma ꝛ scutum, ꝛ exurge in adiutoriũ meũ, domine virtus salutis mee. Psalmus. Effunde frameam, ꝛ conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee, salus tua ego sum. Iudica domine nocentes me. Oremus.

Da, quesumus, omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedẽte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem dñm. vel Ecclesie tue. vel Deus omnium fideliũ. fo. 65. Lectio Isaie prophete.

ca. 50 In diebus illis. Dixit Isaias. Dñs deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, ꝛ genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, ꝛ conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, ꝛ scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet mihi? Stemus simul, quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum cõterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, ꝛ non est lumen ei? Speret in nomine dñi, ꝛ innitatur super dominum deum suum. Gradu. *psal. 34* Exurge domine, ꝛ intẽde iudicio meo deus meus, ꝛ dominus meus in causam meam. ℣. Effunde frameam, ꝛ conclude aduersus eos qui me persequuntur. Tractus *psal. 102* Domine, non secundũ peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. *psal. 78* Dñe, ne

ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipent nos misericordię tuę: q2 pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter gloriã nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 12



Ante sex dies pasche venit Jesus Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortu9, quez suscitauit Jesus. Fecerunt autez ei cenaz ibi: ꝛ Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libraz vnguenti nardi pistici preciosi: ꝛ vnxit pedes Jesu, ꝛ extersit capillis suis pedes eius: ꝛ domus impleta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Judas Iscariótes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentuz non venijt trecentis denarijs, ꝛ datum est egenis? Dixit autẽ hoc, non q2 de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, ꝛ loculos habens ea quę mittebantur portabat. Dixit ergo Jesus. Sine illam, vt in diẽ sepulturę meę seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscũ: me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Judęis, quia illic esset: ꝛ venerunt, non propter Jesum tantũ, sed vt Lazaruz viderent, quem suscitauit à mortuis.

psal. 142

Offertorium. Eripe me de inimicis meis domine: ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. Secreta. Hec sacrificia nos ops deus

M. N. R.

potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principiuz. Per dñm. vel Protege. vel O beatis quęsumus. Communio. Erubescant, ꝛ reuereantur simul, q gratulantur malis meis: induantur pudore, ꝛ reuerentia, qui maligna loquuntur aduersum me. Postcõio.

psal. 34

Prębeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem: quo eorum pariter ꝛ actu delectemur, ꝛ fructu. Per dominum. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos quęsumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per do.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Priscam. Introitus.

Gal. 6

Nos aũt gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Chri: in quo est sal9, vita, ꝛ resurrectio nr̃a, ꝑ quẽ saluati, ꝛ liberati sumus. Ps. Deus misereatꝰ nr̃i, ꝛ benedicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos, ꝛ misereatꝰ nostri. Nos aũt gloriari. Oremus.

psal. 66

Omnipotẽs sempiterne de9: da nobis ita dñicę passionis sacramẽta perágere: vt indulgentiã ꝑcipere mereamur. Per eun. vel Ecclesię tuę. vel Deus omniũ fideliũ. fol. 55. Lectio Hieremię ꝓphetę.

ca. 11

In diebus illis: Dixit Hieremias. Domine demõstrasti mihi, ꝛ cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimam: ꝛ non cognoui quia cogitauerunt su-

per me consilia dicētes. Uenite, mittamus lignum in panem eius, ⁊ eradamus eum de terra viuentium, ⁊ nomē eius nō memoretur amplius. Tu aūt dñe sabaoth, qui iudicas iuste, ⁊ probas renes ⁊ corda, videam vltionē tuā ex eis: tibi enim reuelaui causā meā: dñe deus meus. Gradu.

psal. 34

Ego autē dum mihi molesti essent, induebā me cilicio, ⁊ humiliabam in ieiunio animā meā, ⁊ oratio mea in sinu meo cōuertetur. ℣. Iudica dñe nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma ⁊ scutum, ⁊ exurge in adiutorium mihi.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Marcum.

ca. 14



In illo tempore: C. Erat pascha ⁊ azyma post biduum: ⁊ querebant summi sacerdotes ⁊ scribe, quomodo Jesum dolo tenerent ⁊ occiderent. Dicebant autem. S. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. C. Et cum esset Jesus Bethanie in domo Simonis leprosi, ⁊ recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati preciosi: ⁊ fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidā indigne ferentes intra semetipsos, ⁊ dicentes. S. Utquid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plus quam trecentis denarijs, ⁊ dari pauperibus. C. Et fremebāt in eam. Jesus autem dixit. ✠ Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: ⁊ cū volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. C. Quod habuit hec, fecit: preuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amē dico vobis: vbicunque predicatū fuerit euangeliū istud in vniuerso mundo, ⁊ qđ hec fecit, narrabitur in memoriā eius. C. Et Judas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: ⁊ promiserunt ei pecuniam se daturos. Et q̄rebat quomodo illū opportune traderet. Et primo die azymorum quādo pascha immolabant, dicunt ei discipuli. S. Quo vis eamus, ⁊ paremus tibi vt māduces pascha? C. Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis. ✠ Ite in ciuitatem: ⁊ occurret vobis homo lagenam aque baiulans: sequimini eum: ⁊ quocunque introierit, dicite domino domus, quia magister dicit. Ubi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis māducem? Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum: ⁊ illic parate nobis. C. Et abierunt discipuli eius, ⁊ venerunt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt sicut dixerat illis, ⁊ parauerunt pascha. Uespere autem facto venit cum duodecim. Et discumbentibus eis, ⁊ manducantibus, ait Jesus. ✠ Amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me q manducat mecum. C. At illi ceperunt contristari, ⁊ dicere ei singulatim. S. Nunquid ego? C. Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Ue autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. C. Et manducantibus illis,

accepit

accepit Jesus panem: et benedicens fregit, et dedit eis, et ait. ✠ Sumite, hoc est corpus meũ. C. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quòd iam non bibam de genimine vitis vsque in diẽ illum cum illud bibam nouum in regno dei. C. Et hymno dicto, exierunt in montẽ oliuarum. Et ait illis Jesus. ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est. Percutiam pastorem, et dispergentur oues. Sed postquam resurrexero, prçcedam vos in Galilçam. C. Petrus autẽ ait illi. S. Etsi omnes scandalizati fuerint, sed nõ ego. C. Et ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi, qꝛ tu hodie in nocte hac, priusquàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. C. At ille amplius loquebatur. S. Etsi oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. C. Similiter autem et omnes dicebant. Et veniunt in prçdium, cui nomen Gethsemani: et ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec orem. C. Et assumit Petrum et Jacobum, et Joannem secum, et cœpit pauere, et tçdere. Et ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic, et vigilate. C. Et cum processisset paululum, prócidit super terram: et orabat: vt, si fieri posset, transiret ab eo hora: et dixit. ✠ Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, trãsfer calicem hunc à me. Sed nõ quod ego volo: sed quod tu. C. Et venit, et inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro. ✠ Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, et orate, vt nõn intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Et iterum abiens orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) et ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio: et ait illis. ✠ Dormite iam, et requiescite. Sufficit. Venit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope est. C. Et adhuc eo loquente, venit Judas Iscariótes vnus de duodecim, et cum illo turba multa cum gladijs et lignis, missi à summis sacerdotibus, et scribis, et senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens. S. Quẽcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, et ducite cautè. C. Et cum venisset, statim accedens ad eum, ait. S. Rabbi. C. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Jesum, et tenuerunt eum. Vnus autem de circunstantibus edúcens gladiũ, percussit seruum summi sacerdotis: et amputauit illi auriculã. Et respondens Jesus, ait illis. ✠ Tanquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehẽdere me: Quotidie apud vos eram in templo docens, et non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturç. C. Tũc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerũt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profúgit ab eis. Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: et conuenerunt omnes sacerdotes, et scribç, et seniores. Petrus autem à longe secutus est eum

vsqꝫ intro in atrium summi sacerdo-
tis, ⁊ sedebat cum ministris, ⁊ calefa
ciebat se ad ignem. Summi vero sa-
cerdotes ⁊ omne concilium, querę-
bant aduersus Jesum testimonium,
vt eum morti traderent: nec inuenie
bant. Multi enim testimonium fal-
sum dicebant aduersus eum: ⁊ con-
uenientia testimonia nō erāt. Et qui-
dam surgentes, falsum testimonium
ferebant aduersus eum dicentes. S
Quoniam nos audiuimus eum di-
centem. Ego dissoluam templum
hoc manu factum: ⁊ post triduum,
aliud non manufactuꝫ ędificabo. C
Et non erat conueniens testimoniū
illorum. Exurgens autem summus
sacerdos in medium, interrogauit
Jesum, dicens. S Non respondes
quicquaꝫ ad ea, quę tibi obijciuntur
ab his? C Ille autem tacebat, ⁊ ni-
hil respondit. Rursuꝫ summus sacer
dos interrogabat eum: ⁊ dixit ei. S
Tu es Christus filius dei benedicti?
C Jesus autē dixit illi. † Ego suꝫ.
⁊ videbitis filium hominis seden-
tem a dextris virtutis dei, ⁊ venien
teꝫ cum nubibus celi. C Summus
autem sacerdos scindens vestimen-
ta sua, ait. S Quid adhuc desidera-
mus testes? Audistis blasphemiaꝫ.
Quid vobis videt? C Qui omnes
condemnauerunt eum esse reū mor-
tis. Et ceperunt quidam conspuere
eum, ⁊ velare faciē eius, ⁊ colaphis
euꝫ cędere: ⁊ dicere ei. S Prophe
tiza. C Et ministri alapis eum cęde
bant. Et cum esset Petrus in atrio
deorsum, venit vna ex ancillis sum-
mi sacerdotis: ⁊ cum vidisset Pe-
trum calefacientem se, aspiciens il-
lum ait. S Et tu cum Jesu Nazare-
no eras. C At ille negauit, dicens.
S Neque scio, neque noui quid di-
cas. C Et exijt foras ante atrium: ⁊
gallus cantauit. Rursus auteꝫ cum
vidisset illum ancilla, cępit dicere cir
cunstantibus: quia hic ex illis est.
At ille iterum negauit. Et post pu-
sillum rursus qui astabant, dicebant
Petro. S Vere ex illis es: nam ⁊
Galilęus es. C Ille autem cępit
anathematizare, ⁊ iurare: quia ne-
scio hominem istum quem dicitis.
Et statim iterum gallus cantauit.
Et recordatus est Petrus verbi,
quod dixerat ei Jesus: priusquam
gallus cantet bis, ter me negabis.
Et cępit flere. Et confestim, mane
consilium facientes summi sacerdo-
tes cum senioribus ⁊ scribis ⁊ vni-
uerso concilio vincientes Jesum du
xerunt, ⁊ tradiderūt Pilato. Et in-
terrogauit eum Pilatus. S Tu es
Rex Judęorum? C At ille respon-
dens ait illi. † Tu dicis. C Et ac-
cusabant eum summi sacerdotes in
multis. Pilatus autem rursum in-
terrogauit eum, dicens. S Non re
spondes quicquam? Vide in quan-
tis te accusant. C Jesus autem am-
plius nihil respondit: ita vt mirare-
tur Pilatus. Per diem autem fe-
stum solebat illis dimittere vnuꝫ ex
vinctis, quēcumqꝫ petijssent. Erat
auteꝫ qui dicebatur Barabbas, qui
cum seditiosis erat vinctus, qui in se
ditione fecerat homicidium. Et cuꝫ
ascendisset turba, cępit rogare, sicut
semper faciebat illis. Pilatus autē
respondit eis, ⁊ dixit. S Vultis di-
mittam vobis regem Judęorum?
C Sciebat enim quod per inuidiaꝫ
tradidissent eum summi sacerdotes.
Pontifices autem concitauerunt
turbam, vt magis Barabbaꝫ dimit-
teret

teret eis. Pilatus autem iterũ respondens, ait illis. S Quid ergo vultis faciam regi Iudęorũ? C At illi iterum clamauerunt. S Crucifige eum. C Pilatus vero dicebat eis. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant. S Crucifige eum. C Pilatus autem volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barabbam: & tradidit Iesum flagellis cęsum vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intrò in atriũ prętorij, & cónuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronã. Et ceperunt salutare eũ. S Aue Rex Iudęorũ. C Et percutiebãt caput eius arundine: & conspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illũ purpura: & induerunt eũ vestimentis suis: & educunt illũ, vt crucifigerent eũ. Et angariauerũt prętereuntem quempiam Simónẽ Cyrenęum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum in Gólgotha locũ: quod est interpretatum, Caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret. Erat autẽ hora tertia: & crucifixerunt eũ. Et erat titulus causę eius inscriptus, rex Iudęorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris. Et impleta est scriptura, quę dicit: & cũ iniquis reputatus est. Et prętereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicẽtes. S Vah, qui destruis templum dei, & in tribus diebus reędificas: saluum fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant. S Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de Cruce: vt videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora sexta, tenebrę factę sunt sup totã terrã, vsq; in horã nonã. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna dicens. ✠ Eloi, Eloi, lãmasabactani? C Quod est interpretatũ. ✠ Deus meus, deus meus, vt qd dereliquisti me? C Et quidã de circunstantibus audientes dicebant. S Ecce, Eliã vocat. C Currens autẽ vnus, & implens spõgiã aceto, circũponensq; calamo, potũ dabat ei, dicens. S Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendũ eũ. C Iesus autem emissa voce magna expirauit. *Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur.* Et velum templi scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Videns autẽ Centurio qui ex aduerso stabat, q; sic clamans expirasset, ait. S Vere hic homo filius dei erat. C Erant autẽ & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Galilęa, sequebantur eum, & ministrabãt ei: & alię multę, quę simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

Hic cantatur in tono euangelij: & alia fiunt, vt supra.

ET cum iam sero esset factum: (quia erat parascéue, quod est ante sabbatum) venit Ioseph ab Arimathia, nobilis decurio, qui

qui et ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, et petijt corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a centurione: donauit corpus Joseph. Joseph autem mercatus est sindonem, et deponens eum inuoluit sindone, et posuit eum in monumento, quod excisum erat de petra, et aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Offe. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me. Secre.

psal. 139

Sacrificia nos, quesumus domine, propensius ista restaurent, que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per d. vel Protege. vel Oblatis. Cōio. Aduersum me exercebantur, qui sedebant in porta, et in me psallebant qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus: in multitudine misericordie tue exaudi me. Postcommunio.

psal. 68

Sanctificationibus tuis, omnipotens deus, et vitia nostra curentur, et remedia nobis sempiterna proueniant. Per. vel Quesumus. vel Hec nos quesumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Tua nos misericordia deus, et ab omni surreptione vetustatis expurget, et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dominum nostrum.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

phi. 2

In nomine Jesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, et infernorum: quia dominus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: ideo dominus Jesus Christus in gloria est dei patris. Ps. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. In nomine. post Kyrie eleison. dicitur Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

psal. 101

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt, qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit. Lectio Isaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Dicite filie Sion. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam: et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus: et de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: et omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circumspexi, et non erat auxiliator: quesiui, et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor: laudem domini super omnibus que reddidit nobis dominus deus noster.

ca. 62 et 63

Graduale. Ne auertas faciem tuam a puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aque vsque

psal. 68

vsque ad animam meã: infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Hic dicitur Dominus vobiscū, sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuū Crucis patibulum subire voluisti, vt inimici à nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem dominum nostrum Iesum. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. folio. 55.

Lectio Isaię prophetę.

ca.53 In diebus illis. Dixit Isaias: Domine quis credidit auditui nostro? et brachium domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, et non erat aspectus, et desiderauimus eum: despectum, et nouissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, et despectus, vnde nec reputauimus eum: Verè languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, et percussum à deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrę super eum: et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: et posuit dominus in eo iniquitatem omniū nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionē ducetur: et quasi agnus coram tondente se, obmutescet: et nō aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viuentium. Propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, et diuites pro morte sua eò quòd iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius. Et dn̄s voluit cōterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semē longęuum, et voluntas dn̄i in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit, et saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, et fortiū diuidet spolia: pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit: et pro transgressoribus rogauit. Tra. Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuā. ℣. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. ℣. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixorio cōfrixa sunt. ℣. Percussus sum sicut fenum, et aruit cor meum, quia oblitus sum manducare panem meum. ℣. Tu exurgens domine misereberis Sion: quia venit tempus miserendi eius. psal. 101

¶ Passio Domini nostri Iesu Christi secundum Lucam.



ca.22 In illo tempore. C Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha: et quęrebant principes sacerdotum et scribę, quomodo

do Jesum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit autē satanas in Judam, qui cognominabat Iscariótes, vnum de duodecim, ⁊ abijt, ⁊ locutus est cū principibus sacerdotū ⁊ magistratibus, quēadmodū illum traderet eis. Et gauisi sunt: ⁊ pacti sunt pecuniā illi dare. Et spopondit. Et q̄rebat opportunitatē, vt traderet illum sine turbis. Uenit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum ⁊ Joannem, dicens. ✠ Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. C. At illi dixerunt. S. Ubi vis paremus? C. Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo ámphoram aquę portans: sequimini eū in domum, in quā intrat, ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersoriū, vbi pascha cum discipulis meis manducē? Et ipse vobis ostendet cęnaculum magnum stratum: ⁊ ibi parate. C. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis Jesus: ⁊ parauerunt pascha. Et cū facta esset hora, discubuit, ⁊ duodecim apostoli cū eo, ⁊ ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha mādūcare vobiscū, antequā patiar. Dico enim vobis: q̄ ex hoc non mā ducabo illud donec impleatur in regno dei. C. Et accepto calice, gratias egit, ⁊ dixit. ✠ Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis: quód non bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat. C. Et accepto pane, gratias egit, ⁊ fregit: ⁊ dedit eis, dicēs. ✠ Hoc est corpus meum, qd̄ pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. C. Similiter ⁊ calicē postquā cęnauit dicens. ✠ Hic calix nouū testamentum est in sanguine meo, q̄ pro vobis effundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidē filius hominis, secundum quod diffinitū est, vadit: veruntamen vę homini illi, per quē tradetur. C. Et ipsi cęperunt quęrere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est aūt ⁊ contētio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. ✠ Reges gentium dominantur eorum: ⁊ qui potestatem habent super eos: benefici vocantur. Uos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: ⁊ qui pręcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, q̄ recumbit, an q̄ ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sū, sicut qui ministrat: vos autem estis qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo: ⁊ sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. C. Ait autem dominus Simóni. ✠ Simon, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. C. Qui dixit ei. S. Domine, tecum paratus sum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. C. At ille dixit. ✠ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus donec ter ábneges nosse me. C. Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sácculo, ⁊ pera, ⁊ calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? C. At illi dixerunt. S. Nihil. C. Dixit ergo

ergo eis. ✝ Sed nūc qui habet sác
culum, tollat similiter ꝛ peram. Et
qui non habet, vendat túnicam suā,
ꝛ emat gladium. Dico enim vobis,
quoniam adhuc hoc quod scriptū
est, oportet impleri in me. Et cū ini-
quis deputatus est. Etenim ea quę
sunt de me finem habent. C. At illi
dixerunt. S. Domine, ecce gladij
duo hic. C. At ille dixit eis. ✝ Sa-
tis est. C. Et egressus ibat secundū
consuetudinem in montem oliua-
rum. Secuti sunt autem illum ꝛ di-
scipuli. Et cum peruenisset ad locū,
dixit illis. ✝ Orate ne intretis in
tentationem. C. Et ipse auulsus est
ab eis quantū iactus est lapidis, ꝛ
positis genibus orabat, dicens. ✝
Pater si vis transfer calicem istū
á me. Veruntamē nō mea voluntas,
sed tua fiat. C. Apparuit autē illi an
gelus de cęlo, confortans eum. Et
factus in agonia, prolixius orabat.
Et factus est sudor eius, sicut guttę
sanguinis decurrentis in terrā. Et
cum surrexisset ab oratione, ꝛ venis-
set ad discipulos suos, inuenit eos
dormientes pręe tristitia: ꝛ ait illis.
✝ Quid dormitis? Surgite, ora-
te, ne intretis in tentationem. C.
Adhuc eo loquente, ecce turba, ꝛ
qui vocabatur Judas, vnus de duo-
decim antecedebat eos: ꝛ appropin
quauit Jesu, vt oscularetur eum. Je
sus autem dixit illi. ✝ Juda, oscu-
lo filium hominis tradis? C. Viden
tes autem hi qui circa ipsum erant,
quod futurum erat, dixerunt ei. S.
Domine si percutim⁹ in gladio? C.
Et percussit vnus ex eis seruū prin-
cipis sacerdotum: ꝛ amputauit auri
culam eius dexteram. Respondens
autem Jesus, ait. ✝ Sinite vsque
huc. C. Et cum tetigisset auriculam
eius, sanauit eum. Dixit autē Jesus
ad eos qui venerāt ad se, principes
sacerdotū, ꝛ magistratus tēpli, ꝛ se-
niores. ✝ Quasi ad latronē existis
cū gladijs ꝛ fustibus? Cū quotidie
vobiscū fuerim in tēplo, non exten-
distis man⁹ in me. Sed hęc est hora
vestra, ꝛ potestas tenebrarū. C. Cō
prehendentes autem eum, duxerūt
ad domū principis sacerdotū. Pe-
trus vero sequebatur eum á longe.
Accenso autē igne in medio atrij, ꝛ
circūsedentibus illis, erat Petrus
in medio eorum. Quem cum vidis-
set ancilla quędam sedentem ad lu-
men, ꝛ eum fuisset intuita, dixit. S.
Et hic cum illo erat. C. At ille nega
uit eum, dicens. S. Mulier non no
ui illum. C. Et post pusillum alius
videns eum, dixit. S. Et tu de illis
es. C. Petrus vero ait. S. O ho-
mo non sum. C. Et interuallo facto,
quasi horę vnius: alius quidā affir-
mabat dicens. S. Vere ꝛ hic cum il
lo erat. Nam ꝛ Galilęus est. C. Et
ait Petrus. S. Homo nescio quid
dicis. C. Et continuó adhuc illo lo-
quente, cantauit gallus. Et conuer-
sus dominus respexit Petrum.
Et recordatus est Petrus verbi
domini, sicut dixerat: quia prius
quā gallus cantet, ter me negabis.
Et egressus foras Petrus fleuit a-
mare. Et viri qui tenebant Jesum,
illudebant ei, cędentes. Et velaue-
runt eum: ꝛ percutiebant faciem e-
ius: ꝛ interrogabant eum dicentes.
S. Prophetiza, quis est qui te per-
cussit? C. Et alia multa blasphemān
tes dicebant in eum. Et vt factus
est dies, conuenerunt seniores ple-
bis ꝛ principes sacerdotum ꝛ scri-

bę, ꝛ

be, et dixerunt illum in conciliū suū, dicentes. S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis. + Si vobis dixero, nō credetis mihi: si autem et interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc aūt erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei. C Dixerūt autem omnes. S Tu ergo es filius dei? C Qui ait. + Vos dicitis, quia ego sum. C At illi dixerunt. S Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius. C Et surgens omnis multitudo eorū, duxerūt illum ad Pilatum. Ceperūt autem accusare illum, dicentes. S Hunc inuénimus subuertentem gētem nostram: et prohibentem tributa dari Cesari: et dicentem se Christū regem esse. C Pilatus autē interrogauit eum, dicens. S Tu es rex Judeorum? C At ille respondens ait. + Tu dicis. C Ait autē Pilatus ad principes sacerdotū, et turbas. S Nihil inuenio cause in hoc homine. C At illi inualescebant, dicētes. S Cōmouit populum, docens per vniuersam Judeam, incipiens à Galilea vsque huc. C Pilatus autem audiens Galileam, interrogauit si homo Galileus esset. Et vt cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eū ad Herodē, qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Jesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tēpore videre illum, eo quod audierat multa de illo: et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotū et scribe constāter accusantes eū. Spreuit autem illū Herodes cū exercitu suo: et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatū. Et facti sūt amici Herodes et Pilatus in ipsa die: nā antea inimici erant ad inuicem. Pilatus aūt conuocatis principibus sacerdotū, et magistratibus, et plebe, dixit ad illos. S Obtulistis mihi hūc hominem, quasi auertentem populū: et ecce ego coram vobis interrogās, nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eū accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum: et ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. S Tolle hunc, et dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, et homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicentes. S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos. S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, et dimittam. C At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: et inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autē illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerē, quem petebant: Jesum vero tradidit volūtati eorum. Et cū ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa: et imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Sequebatur

autem

autem illum multa turba populi, ⁊ mulierum: quę plangebāt ⁊ lamētabantur eum. Cōuersus autem Iesus ad illas, dixit. ✠ Filię Hierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, ⁊ sup filios vestros: Quoniam ecce venient dies: in quibus dicent. Beatę steriles, ⁊ vētres qui non genuerunt, ⁊ vbera quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite sup nos: ⁊ collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno hęc faciūt: in arido quid fiet? C. Ducebantur autem ⁊ alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locū qui vocatur Caluarię: ibi crucifixerunt eum: ⁊ latrones, vnum à dextris, ⁊ alterum à sinistris. Iesus aūt dicebat. ✠ Pater, dimitte illis: nō enim sciūt qd faciunt. C. Diuidentes vero vestimēta eius, miserūt sortes. Et stabat populus spectās, ⁊ deridebant eū principes cum eis, dicentes. S. Alios saluos fecit: se saluum faciat, si hic est Christus, dei electus. C. Illudebāt aūt ei ⁊ milites accedentes, ⁊ acetū offerentes illi, ⁊ dicētes. S. Si tu es rex Iudęorum, saluum te fac. C. Erat autem ⁊ superscriptio scripta super eū literis gręcis, ⁊ latinis, ⁊ hebraicis: Hic est rex Iudęorū. Vnus autē de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens. S. Si tu es Christus, saluum fac temet ipsum, ⁊ nos. C. Respondens autē alter, increpabat eū, dicens. S. Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. C. Et dicebat ad Iesum. S. Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.

C. Et dixit illi Iesus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. C. Erat autem ferè hora sexta: ⁊ tenebrę factę sunt in vniuersam terram, vsque in horā nonam. Et obscuratus est Sol: ⁊ velū templi scissum est mediū. Et clamās Iesus voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas cōmendo spiritum meū. C. Et hęc dicens, expirauit. Hic pausatur aliquantulum, ⁊ genuflectitur. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deum, dicēs. S. Verè hic homo iustus erat. C. Et omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculum istud, ⁊ videbāt quę fiebant: percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autē omnes noti eius à longe: ⁊ mulieres, quę secutę erāt eū à Galilęa, hęc vidētes.

Hic legitur in tono euangelij: ⁊ alia fiunt, vt supra.

ET ecce vir nomine Ioseph, q erat decurio: vir bonus, ⁊ iustus: hic non consenserat consilio ⁊ actibus eorum: ab Arimathia ciuitate Iudęę: qui expectabat ⁊ ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatū, ⁊ petiit corpus Iesu. Et depositum inuoluit sindone: ⁊ posuit eū in monumento exciso, in quo nōdum quisquam positus fuerat. Offertorium.

Domine exaudi orationem meam, ⁊ clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciē tuam à me. psal. 101 Secreta.

Suscipe, quęsumus domine, munus oblatum ⁊ dignanter operare: vt quod passionis filij tui domini nostri mysterio gerimus, pijs affectibus consequamur. Per eundē dominum nostrum Iesum. Protege. vel Oblatis. Communio. Potum meum cum fletu temperabam: psal. 101 quia

quia eleuans allisisti me: ⁊ ego sicut fenum arui: tu autez domine in eternum permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius. Postcommunio.

Largire sensibus nostris omnipotens deus: vt, per temporalem filij tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitā te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eundem dominuz nostrū. vel Quesumus. vel Hec nos quesumus. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Respice, quesumus domine, super hanc familiam tuam: pro qua dn̄s noster Jesus Christus nō dubitauit manibus tradi nocētiū, ⁊ crucis subire tormentuz. Qui tecū.

¶ Feria v. in Cena dn̄i. Statio ad sanctū Joannē in Laterano. Introi.

Gal. 6

Nos autē gloriari oportet in Cruce domini nostri Jesu Christi, in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nostra: per quē saluati, ⁊ liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos, ⁊ misereatur nostri.

psal. 66

Nos autē gloriari. dicitur Gloria in excelsis. Et tunc pulsantur campane, ⁊ deinceps non amplius vsqz ad Sabbatum sanctum. Oratio.

Deus a quo ⁊ Judas reat⁹ sui penam, ⁊ cōfessionis sue latro premium sumpsit: cōcede nobis tue propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Jesus Christus dominus noster diuersa vtrisqz intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecuz viuit. Et hec oratio tantum dicitur.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. C. 11

Fratres: Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dn̄icam cenā manducare. Unusquisqz enim cenam suā presumit ad māducandū. Et alius quidē esurit: alius autē ebrius est. Nunquid domos non habetis ad māducandū ⁊ bibendū? Aut ecclesiam dei cōtēmnitis: ⁊ cōfunditis eos qui non habent? Quid dicā vobis? Laudo vos. In hoc nō laudo. Ego eniz accepi a dn̄o, quod ⁊ tradidi vobis: quoniā dn̄s Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: ⁊ gratias agens fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ manducate: hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter ⁊ calicem, postquam cenauit, dicens. Hic calix nouum testamentuz est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescunqz bibitis, in meā commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panē hunc, ⁊ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Itaqz quicunque manducauerit panem, ⁊ biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: ⁊ sic, de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat, ⁊ bibit indigne: iudicium sibi manducat ⁊ bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles, ⁊ dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. Duz iudicamur autem: a domino corripimur, vt non cum hoc mundo dānemur.

phil. 2

nemur. Grad. Christus factus est pro nobis obediēs vsq3 ad mortē3, mortē aūt crucis. ℣. Propter qđ ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Sequ. sancti euangelij ſm Joannē.

ca. 13



Ante diem festū paschę, sciens Jesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mūdo ad patrē: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cena facta, cum diabolus iam misisset in cor: vt traderet eū3 Judas Simonis Iscariotes: sciens q2 omnia dedit ei pater in manus, ⁊ q2 a deo exiuit, ⁊ ad deū3 vadit: surgit a cena, ⁊ ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteū, pręcinxit se. Deinde misit aquā in peluī3, ⁊ cępit lauare pedes discipulorū, ⁊ extergere linteo quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Simonē Petrū. Et dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Jesus, ⁊ dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei Petrus. Nō lauabis mihi pedes in ęternū3. Respondit ei Jesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed nō omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua. Et cū3 recubuisset iterū, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister ⁊ dn̄e: ⁊ benedicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus ⁊ magister: ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita ⁊ vos faciatis. Et dicitur Credo. Offerto. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

psal. 117

Ipse tibi quęsumus, domine sancte, pater omnipotens, ęterne deus, sacrificium nostrum reddat acceptum, qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit, Jesus Christus filius tuus dn̄s noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Pręfatio de Cruce. fol. 98. Infra actionem.

Communicātes, ⁊ diem sacratissimum celebrantes, quo dominus noster Jesus Christus pro nobis est traditus, Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis gloriosę semperque virginis Marię, genitricis dei, ⁊ dn̄i nostri Jesu Christi: Sed ⁊ beatorum apostolorum ac martyrum tuorum, Petri, ⁊ Pauli, Andreę, Jacobi, Joannis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartholomęi, Matthęi, Simonis, ⁊ Thadęi, Lini, Cleti, Clementis, Xisti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Joannis ⁊ Pauli, Cosmę ⁊ Damiani, ⁊ omnium sanctorum tuorum: quorum meritis, precibusq3 concedas: vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen. Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre, sed et cuncte familie tue, quam tibi offerimus, ob diem, in qua dominus noster Jesus Christus tradidit discipulis suis corporis, et sanguinis sui mysteria celebrāda: quesumus dñe, vt placatus accipias: diesq3 nostros in tua pace disponas: atque ab eterna damnatione nos eripi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Christum dñm nostrū. Amen.

Quam oblationem tu deus in omnibus, quesumus, Benedictā, ✠ Ascriptam, ✠ Ratam, ✠ Rationabilem, acceptabilemque facere digneris: vt nobis Corpus ✠ et sanguis ✠ fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Jesu Christi.

Alia infra actionem.

Qui pridie, quàm pro nostra omniūque salute pateret, hoc est, hodie: accepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celum ad te deum pa. et c. fol. 108. Agnus dei qui tollis pec. dicitur: sed Pax non datur. Hodie reseruat sacerdos in loco honesto et cōuenienti vnā hostiā cōsecratā pro die sequenti, in quo nō cōficitur: vel etiā plures si necesse fuerit, pro infirmis: sanguinem vero totū sumit. Deinde fiat cōio: et postea cōpletur missa. Cōmunio. Dñs Jesus postquā cenauit cū discipulis suis, lauit pedes eorum, et ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister: exemplum dedi vobis: vt et vos ita faciatis. Postcōmunio.

Refecti vitalibus alimētis quesumus domine deus noster: vt quod tempore nostre mortalitatis cultu exequimur, tue immortalitatis munere consequamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. Et dicitur Ite missa est.

Finita missa, accenduntur intortitia, et fit processio more solito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incensum in duobus thuribulis, et cum altero incensat ter sacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cum sacramēto, et cooperto extremitatibus veli quo eius humeri teguntur, procedit medius inter diaconum a dextris, et subdiaconum a sinistris sub baldachino, duobus acoluthis sacramentum continuè incensantibus vsque ad locum preparatum, vbi pro crastino seruādū est. Interea dū fit processio, cātatur hymnus. Pange lingua gloriosi. Reposito sacramento, et rursus incēsato in choro dicant vespere: postea sacerdos cū ministris denudet altaria legendo añam. Diuiserūt sibi vestimenta mea: et super vestem meā miserūt sortem. Cum toto psalmo. Deus deus meus respice in me.

¶ Post denudationem altarium, hora competenti, facto signo cū tabula, conueniunt Clerici ad faciendum mandatum. Superior abluit pedes inferioribus: tergit, et osculatur. Et interim hec subscripta cātantur, vel omnia, vel in parte, pro dispositione cantorum. Añа. Mandatū nouum do vobis: vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, dicit dominus. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et repetitur immediate antiphona. Mandatum nouum. Et sic alie antiphone, que habent psalmos, vel versus, repetūtur. Et de quolibet psalmo nō dicitur nisi vnus versus. Antipho.

Post

Postquam surrexit dominus à cena, misit aquam in peluim, et cepit lauare pedes discipulorum suorum: hoc exemplum reliquit eis. Psal. Magnus dominus, et laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Antiphona. Dñs Jesus postquam cenauit cum discipulis suis, lauit pedes eorum, et ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister: Exemplũ dedi vobis. vt et vos ita faciatis. Psalmus. Benedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. Añã Dñe tu mihi lauas pedes: respondit Jesus, et dixit ei: si non lauero tibi pedes, non habebis partem mecum. ℣. Uenit ergo ad Simonẽ Petrum, et dixit ei Petrus. Et repetitur antiphona. Domine, tu mihi lauas pedes: respondit Jesus, et dixit ei: si non lauero tibi pedes: nõ habebis partem mecum. ℣. Quod ego facio tu nescis modo: scies autẽ postea. Tertio repetit antiphona. Domine, tu mihi lauas pedes: respondit Jesus, et dixit ei: si non lauero tibi pedes: non habebis partem mecum. ℣. Si ego dominus, et magister vester laui vobis pedes: quãto magis debetis alter alterius lauare pedes: Psalmus. Audite hec omnes gentes: auribus percipite qui habitatis orbem. Antiphona. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis adinuicem. ℣. Dixit Jesus discipulis suis. Añã. Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hec: maior autem horum est charitas. ℣. Nunc autem manẽt fides, spes, charitas, tria hec: maior horum est charitas. Antipho. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. ℣. Benedicamus patrem, et filium, cum sancto spiritu. ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cõcupiscit et deficit anima mea in atria dñi. Antiphona. Ubi charitas et amor, deus ibi est. ℣. Congregauit nos in vnũ Christi amor. ℣. Exultemus, et in ipso iucũdemur. ℣. Timeamus, et amemus deum viuũ. ℣. Et ex corde diligamus nos syncero. Et repetitur antiphona. Ubi charitas et amor: deus ibi est. ℣. Simul ergo cũ in vnum congregamur. ℣. Ne nos mẽte diuidamur, caueamus. ℣. Cessent iurgia maligna, cessent lites. ℣. Et in medio nostri sit Christus deus. Et repetit antiphona. Ubi charitas et amor, Deus ibi est. ℣. Simul quoque cum beatis videamus. ℣. Glorianter vultum tuum Christe deus. ℣. Gaudium quod est immẽsum, atque probum. ℣. Secula per infinita seculorum. Amen. Post lotionem, qui aliis abluit pedes, capite detecto dicit. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu mandasti mandata tua domine. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulorum tuorum. ℟. Opera manuum tuarum ne despicias. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine, quesumus, officio seruitutis nostre: et quia tu discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum, que nobis retinenda mandasti: vt sicut hic nobis

nobis ⁊ à nobis exteriora abluuntur inquinamenta: sic à te omnium nostrum interiora lauentur peccata. Quod ipse prestare digneris, qui viuis ⁊ regnas deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

¶ Feria vj. in Parasceue. Statio ad sanctam Crucem in Hierusalem.



Finita nona, sacerdos ⁊ ministri induti vestimẽtis nigri coloris, procedũt sine luminaribus, ⁊ incẽso: ⁊ ante altare prostrati aliquandiu orant. Interim acoluthi vnã tantũ tobaleam extendũt sup altare. Sacerdos cum ministris facta orone accedit ad altare: deinde subdiaconus procedit ad legẽdũ, ⁊ sine titulo icipit prophetiã.

Ose. 6

Haec dicit dominus. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite, reuertamur ad dñm: quia ipse cepit, ⁊ sanabit nos: percutiet, ⁊ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, ⁊ in die tertio suscitabit nos, ⁊ viuemus in cõspectu eius. Scimus, sequemurque, vt cognoscamus dñm. Quasi diluculũ preparatus est egressus eius: ⁊ veniet quasi imber nobis temporaneus ⁊ serotinus terre. Quid faciã tibi Ephraim? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: ⁊ quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolaui in prophetis: ⁊ occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia tua, quasi lux, egredientur. Quia misericordiam volui, ⁊ non sacrificium: ⁊ scientiam dei plusquam holocausta.

Aba. 3

Tractus. Domine, audiui auditum tuũ, ⁊ timui: consideraui opera tua, ⁊ expaui. ℣. In medio duorum animalium innotesces: dum appropinquauerint anni cognoscéris: dũ aduenerit tempus, ostendéris. ℣. In eo, dũ conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordie memor eris. ℣. Deus à Libano veniet, ⁊ sanctus de monte vmbroso, ⁊ condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius: ⁊ laudis eius plena est terra. Finito tractu sacerdos dicit Oremus. Diaconus, Flectamus genua. ⁊ subdiaconus. Leuate.

Deus, à quo ⁊ Iudas proditor reatus sui penam, ⁊ confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propitiationis effectum: vt sicut in passione sua Iesus Christus dominus noster diuersa vtrisque intulit stipendia meritorũ: ita nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Exo. 12

In diebus illis. Dixit dñs ad Moysẽ ⁊ Aarõ in terra Aegypti. Mensis iste vobis principium mensiũ: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetũ filiorũ Israel, ⁊ dicite ei. Decima die mẽsis huius tollat vnusquisque agnũ per familias, ⁊ domos suas. Sin autem minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnũ: assumet vicinũ suum, qui iunctus est domui sue: iuxta numerũ animarũ que sufficere possunt ad esum agni. Erit aũt agnus absque macula masculus anniculus: iuxta quẽ ritũ tolletis ⁊ hedũ: Et seruabitis eũ vsque ad quartamdecimam diem mensis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filio-

filiorū Israel ad vesperā. Et sumēt de sanguine eius: ac ponēt sup vtrū que postem, et in superliminaribus domorū, in quibus cōmedent illuz. Et edēt carnes nocte illa assas igni, et azymos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua: sed assuz tantū igni. Caput cū pedibus eius et intestinis vorabitis: et os eius nō cōfringetis: nec remanebit ex eo quicquā vsque mane. Siquid residuū fuerit, igni cōburetis. Sic autez comedetis illū. Renes vestros accingetis: et calciamēta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: et comedetis festinanter. Est enim phase (id est trāsitus) domini. Tractus. Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die cōstituebāt prelia. ℣. Acuerūt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. ℣. Custodi me dn̄e de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderūt superbi laqueū mihi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: et iuxta iter scandaluz posuerunt mihi. ℣. Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine vocez orationis mee. ℣. Domine domine virtus salutis mee: obumbra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me à desiderio meo peccatori: cogitauerunt aduersum me: ne derelinquas me: ne vnquam exaltentur. ℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos. ℣. Veruntamē iusti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo.

M. N. R.

Finito tractu, passio super nudum pulpitum dicitur.

¶ Passio domini nostri Jesu Christi secundum Joannem.



In illo tēpore. ca. 18 Egressus est Jesus cum discipulis suis trans torrētem Cedrō, vbi erat hortus, in quez introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortem, et à pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis, et facibus, et armis. Jesus itaque sciens omnia, que ventura erant super eum: processit, et dixit eis. ✠ Quem queritis? C. Responderunt ei. S. Jesum Nazarenum. C. Dixit eis Jesus. ✠ Ego sum. C. Stabat autez et Judas, qui tradebat eum, cuz ipsis. Ut ergo dixit eis, ego sum: abierunt retrorsuz, et ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. ✠ Quē queritis? C. Illi autez dixerunt. S. Jesum Nazarenum. C. Respondit Jesus. ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire. C. Ut impleretur sermo quem dixit: quia, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: et percussit pontificis seruum: et abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?

C. Cohors ergo, ⁊ tribunus, ⁊ ministri Judeorum comprehenderunt Jesum, ⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim socer Caiphe, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judeis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, ⁊ alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus ille qui erat notus pontifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊ introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. S. Nunquid ⁊ tu ex discipulis es hominis istius? C. Dicit ille. S. Non sum. C. Stabant autem serui ⁊ ministri ad prunas, quia frigus erat, ⁊ calefaciebant se. Erat autem cum eis ⁊ Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis, ⁊ de doctrina eius. Respondit ei Jesus. ✠ Ego palàm locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, ⁊ in templo quo omnes Judei conueniunt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce, hi sciunt que dixerim ego. C. Hec autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens. S. Sic respondes pontifici? C. Respondit ei Jesus. ✠ Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin autem bene, quid me cedis? C. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans ⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei. S. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es? C. Negauit ille, ⁊ dixit. S. Non sum. C. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam. S. Nonne ego te vidi in horto cum illo? C. Iterum ergo negauit Petrus: ⁊ statim gallus cantauit. Adducunt ergo Jesum à Caipha in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium, vt non contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, ⁊ dixit. S. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? C. Responderunt, ⁊ dixerunt ei. S. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C. Dixit ergo eis Pilatus. S. Accipite eum vos, ⁊ secundum legem vestram iudicate eum. C. Dixerunt ergo ei Judei. S. Nobis non licet interficere quenquam. C. Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum Pilatus in pretorium, ⁊ vocauit Jesum, ⁊ dixit ei. S. Tu es rex Judeorum? C. Respondit Jesus. ✠ A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? C. Respondit Pilatus. S. Nunquid ego Judeus sum? Gens tua: ⁊ pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? C. Respondit Jesus. ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Judeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. C. Dixit itaque ei Pilatus. S. Ergo rex es tu? C. Respondit Jesus. ✠ Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, ⁊ ad hoc

hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meã. C. Dicit ei Pilatus. S. Quid est veritas? C. Et cũ hoc dixisset, iterũ exiuit ad Judeos, et dicit eis. S. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autẽ consuetudo vobis: vt vnũ dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittã vobis regem Judeorũ? C. Clamauerunt rursum omnes, dicentes. S. Non hunc, sed Barabbam. C. Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesũ, et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eũ, et dicebant. S. Aue Rex Judeorũ. C. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, et dicit eis. S. Ecce adduco eum vobis foras: vt cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. C. Exiuit ergo Jesus portans spineam coronam, et purpureum vestimentum. Et dicit eis. S. Ecce homo. C. Cũ ergo vidissent eũ pontifices et ministri, clamabant, dicẽtes. S. Crucifige, crucifige eũ. C. Dicit eis Pilatus. S. Accipite eum vos, et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. C. Responderunt ei Judei. S. Nos legem habemus: et secũdum legẽ debet mori: quia filium dei se fecit. C. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. Et ingressus est pretorium iterum: et dicit ad Jesum. S. Unde es tu? C. Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. S. Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te? C. Respondit Jesus. ✠ Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. C. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Judei autem clamabant dicentes. S. Si hũc dimittis, non es amicus Cesaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cesari. C. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum: et sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, hebraicẽ aũt Gabbatha. Erat autẽ parascẽue pasche, hora quasi sexta. Et dicit Judeis. S. Ecce rex vester. C. Illi aũt clamabant. S. Tolle, tolle, crucifige eum. C. Dicit eis Pilatus. S. Regem vestrum crucifigam? C. Responderunt pontifices. S. Non habemus regem, nisi Cesarem. C. Tunc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. Susceperunt autẽ Jesum: et eduxerũt. Et baiulãs sibi crucem, exiuit in eũ qui dicitur Caluarie locum: hebraicẽ autem Golgotha: vbi eum crucifixerunt: et cũ eo alios duos hinc et hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem et titulũ Pilatus, et posuit super crucẽ. Erat autem scriptum, Jesus Nazarenus rex Judeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judeorũ: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum hebraicẽ, grecẽ, et latinẽ. Dicebãt ergo Pilato pontifices Judeorum. S. Noli scribere, rex Judeorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judeorum. C. Respondit Pilatus. S. Quod scripsi, scripsi. C. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt


vestimẽta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem. S Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit. C Ut scriptura impleretur, dicẽs. Partiti sunt vestimẽta mea sibi: & in vestem meã miserunt sortẽ. Et milites quidẽ hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Jesu, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & maria Magdalene. Cũ vidisset ergo Jesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri sue. ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Jesus quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dixit. ✠ Sitio. C Uas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. ✠ Consummatum est. C Et inclinato capite tradidit spiritum. Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur. Judei ergo quoniã parascéue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Uenerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerũt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hec, vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt. Hic legitur in tono euangelij sine incenso, luminaribus, & benedictione.

Post hec autẽ rogauit Pilatũ Joseph ab Arimathia, (eo q esset discipulus Jesu, occultus autẽ propter metum Judeorum) vt tolleret corpus Jesu. Et pmisit Pilatus. Uenit ergo, & tulit corpus Jesu. Uenit autẽ & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primũ, ferẽs mixturã myrrhe & aloes, quasi libras centũ. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligauerũt illud linteis cũ aromatibus, sicut mos est Judeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parascéuen Judeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

Deinde sacerdos stans in cornu epistole, incipit absolutẽ.



Oremus, dilectissimi nobis



pro ecclesia sancta dei: vt eam



deus, & dominus noster, paci-



ficare, adunare, & custodire digne-



Oratio cantatur in tono feriali orationis missę. Hic modus seruatur in subsequentibus.

Omnipotens sempiterne Deus: qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordię tuę: vt ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in cōfessione tui nominis perseueret. Per eundem dñm nostrum Jesum Christum filiū tuū: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per oia secula seculorū. ℟. Amē.

Oremus ⁊ pro beatissimo Papa nostro N. vt Deus ⁊ dñs noster, qui elegit eum in ordine episcopatus, saluum atq; incolumē custodiat ecclesię suę sanctę ad regēdū populū sanctum dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus, cuius iudicio vniuersa fundantur: respice propitius ad preces nostras: ⁊ electum nobis antistitem tua pietate conserua: vt Christiana plebs, quę te gubernat auctore, sub tanto pontifice, credulitatis suę meritis augeatur. Per dominum nostrum Jesum Christum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconib[9], acoluthis, exorcistis, lectoribus, ostiarijs, confessoribus, virginibus, viduis: ⁊ pro omni populo sancto Dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, cuius spiritu totuz corpus ecclesię sanctificatur, ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratię tuę munere ab omnibus tibi gradib[9] fideliter seruiat. Per dominū nostrum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ pro Christianissimo Imperatore nostro N. vt Deus ⁊ dñs noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostrā perpetuā pacē. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, in cuius manu sunt omniū potestates, ⁊ omniū iura regnorum: respice ad Romanū benign[9] imperiū: vt gētes, quę in sua feritate cōfidūt, potētię tuę dextera comprimantur. Per dominū nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Oremus et pro catechumenis nostris: vt Deus et dominus noster adaperiat aures precordiorū ipsorum, ianuamqz misericordie: vt per lauacrum regenerationis, accepta remissione omnium peccatorū, et ipsi inueniantur in Christo Iesu domino nostro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui ecclesiam tuaz noua semp prole fecundas: auge fidem et intellectum catechumenis nostris: vt renati fonte baptismatis, adoptionis tue filijs aggregentur. Per dominum nostrum Iesum. ℟. Amen.

Orem⁹, dilectissimi nobis, deū patrem omnipotentem, vt cūctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantibus reditum, infirmātibus sanitatem, nauigantibus portū salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, mestorum consolatio, laborantiū fortitudo: perueniant ad te pces de quacūqz tribulatione clamātiuz: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiā tuā gaudeant affuisse. Per dominum nostrū. ℟. Amen.

Oremus et pro hereticis, et schismaticis: vt Deus et dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: et ad sanctam matrez ecclesiā catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui saluas omnes, et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominum nostrum Iesum Christū. ℟. Amen.

Oremus et pro perfidis Iudeis: vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorū: vt et ipsi agnoscant Iesum Christuz dominū nostrum, non respondetur Amen. sed statim dicitur Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui etiam Iudaicam perfidiā a tua misericordia nō repellis: exaudi preces nostras, quas pro illius populi obcecatione deferim⁹: vt, agnita veritatis tue luce, que Christus est, a suis tenebris eruantur. Per eundem dominum no. ℟. Amen.

Oremus et pro paganis: vt deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum: vt relictis idolis suis, conuertantur ad Deum viuum et verum, et vnicū filium eius Iesum Christum Deum et dominū nostrum: cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto Deus, Per omnia secula seculorum. Non respondetur Amē. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris: suscipe propitius orationem nostrā: et libera eos ab idolorum cultura: et aggrega ecclesie tue sancte, ad laudē et gloriā nominis tui. Per dnm. ℟. Am.

¶ Completis orationibus sacerdos, deposita casula, procedit ad cornu epistole, et ibi in posteriori parte anguli altaris accipit crucem a ministris sibi preparatam: quam versa facie ad chorum, a summitate parum discooperit, incipiens solus anti-

antiphonam. Ecce lignũ Crucis. Ab illo loco in antea iuuatur in cantu à ministris vsque ad Venite adoremus. Choro vero cãtãte Venite adoremus. omnes se prosternunt. Deinde procedit ad interiorẽ partem anguli eiusdem cornu epistolę: & discooperiens amplius crucẽ, eleuans eam paulisper altius, quã primò, incipit, Ecce lignum crucis. alijs cantantibus & adorantibus, vt supra. Deinde sacerdos procedit ad mediũ altaris, & discooperiens crucẽ totaliter, ac eleuando eã tertiò, altius incipit, Ecce lignũ crucis. aliis cãtãtibus & adorãtibus, vt supra. Postea sacerdos deponit crucẽ in loco ad hoc præparato ante altare.



Deinde deponit calceamenta: & accedit ad adorandum crucem, ter genua flectens ante deosculationem crucis. Hoc facto, reuertitur, & accipit calceamenta, & casulam. Postmoduz ministri altaris: deinde alij, ter genibus flexis, vt dictũ est, crucem adorant. Interim dum fit adoratio, cantãtur improperia, & alia q̃ sequunt, totaliter, vel in parte, prout multitudo adorantiuz vel paucitas requirit: hoc modo. Duo cantores cantant in medio chori V. Popule meus. vsq; ad Agios otheos. V. Popule me⁹ quid feci tibi? aut in quo contristaui te? responde mihi. V. Quia eduxi te de terra Aegypti: parasti crucem saluatori tuo. Unus chorus cantat, Agios o theos. Alius chorus respondet. Sanctus deus. Primus chorus. Agios ischyros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios athanatos eleison imas. Secundus chorus. Sanctus & immortalis miserere nobis. Postea duo de secundo choro cantant V. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: & manna cibaui te, & introduxi te in terrã satis optimã. Chori respondẽt alternatiz. Agios o theos &c. Sanctus Deus, &c. Ita tamen, quòd primus chorus semper repetit Agios. Deinde duo de primo choro cantãt V. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara: aceto nanq; sitim meã potasti: & lancea perforasti lat⁹ saluatori tuo. Item chori alternatim respõdent. Agios o theos. Sanctus. & cętera.

¶ Versus sequentis improperij à duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro simul repetente post quemlibet versum, Popule meus. vsque ad Quia eduxi te de terra Aegypti, parasti crucem.

¶ Incipiunt improperia. Duo de secundo choro cantant V. Ego propter te flagellaui Aegyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatuz tradidisti. Chorus repetit. Popule

pule

pule meus. Duo de primo choro, ℣. Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrum: et tu me tradidisti principibus sacerdotum. Chorus. Populemeus. Duo de secundo choro, ℣. Ego ante te aperui mare: et tu aperuisti lancea latus meum. Chorus. Populemeus. Duo de primo choro, ℣. Ego ante te preiui in columna nubis: et tu me duxisti ad pretoriũ Pilati. Chorus. Populemeꝰ. Duo de secundo choro, ℣. Ego te paui manna per desertum: et tu me cecidisti alapis, et flagellis. Chorus Populemeus. Duo de primo choro, ℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: et tu me potasti felle, et aceto. Chorꝰ. Populemeꝰ. Duo de secũdo choro, ℣. Ego propter te Chananeorum reges percussi: et tu percussisti arundine caput meum. Chorus. Populemeus. Duo de primo choro. ℣. Ego dedi tibi sceptrũ regale: et tu dedisti capiti meo spineã coronã. Chorꝰ. Populemeꝰ. Duo de secundo choro, ℣. Ego te exaltaui magna vtute: et tu me suspẽdisti in patibulo crucis. chorꝰ. Populemeꝰ. ¶ Sequens aña. Crucem tuã adoramus. cũ psalmo. Deus misereatur nostri. cantatur cõiter: et repetitur immediate aña post ℣. Aña. Crucem tuam adoramus domine: et sanctam resurrectionem tuam laudamus, et glorificamus. Ecce enim propter lignum venit gaudium in vniuerso mũdo. psalmus. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Deide hymnus. Crux fidelis. Cũ versibus hymnorũ sequentium. Pange lingua. Lustris sex qui iam. Et cum repetitionibus, vt inferius ponuntur pro dispositione cantorum. Hymnus. Crux fidelis inter omnes, arbor vna nobilis: nulla sylua talem profert fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Hymnus.

Pange lingua gloriosi prelium certaminis, et super crucis tropheo dic triumphum nobilẽ, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur Crux fidelis. vsque Dulce lignum. Et sic fit quoties repetitur Crux fidelis. ℣. De parẽtis protoplasti fraude factor condolens: quãdo pomi noxialis morsu in mortem corruit: ipse lignum tunc notauit, damna ligni vt solueret. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat: multiformis proditoris ars vt artem falleret: et medelam ferret inde, hostis vnde leserat. Repetitur Crux fidelis. ℣. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce patris, natus orbis conditor: atque ventre virginali caro factus prodijt. Repetitur Dulce lignum. ℣. Vagit infans inter arcta conditus presepia: membra pannis inuoluta vgo mater alligat, et manus, pedesque, et crura stricta cingit fascia. Repetitur Crux fidelis. Alius hym.

Lustris sex qui iam peractis, tempus implẽs corporis: se volẽte, natus ad hoc, passioni deditus, agnus in cruce leuatur, imolandus stipite. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Hic acetum, fel, arundo, sputa, claui, lancea: mite corpus perforatur: sanguis, vnda profluit: terra, pontus, astra, mũdus, quo lauantur flumine. Repetitur

Repetit Crux fidelis. ℣. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: et rigor lentescat ille, quem dedit natiuitas: vt superni membra regis miti tẽdas stipite. Repetitur Dulce lignũ. ℣. Gloria et honor deo vsquequaque altissimo, vna patri, filioqz, inclyto paraclito: cui laus est et potestas, per eterna secula. Amen.

¶ Circa finem adorationis Crucis, accendũtur candele super altare: et Diaconus accipiens bursam corporaliũ, extendit corporale more solito: et finita adoratione, Crucẽ reuerenter accipit, et reportat ad altare. Postea ordinatur processio ad locum vbi pridie Sacramentuz repositũ fuerat. Precedit crux inter duos acoluthos deferentes cãdelabra cum cereis accensis, et Clerus per ordinem, vltimus Sacerdos cum ministris. Cum peruentũ fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intortitia, que non extinguãtur nisi post sumptionẽ Sacramenti: et sacerdos genuflectit ante Sacramentũ, et orat aliquantulũ: et diaconus interiz aperit capsulã, in qua reconditũ est corpus Domini: postea Sacerdos imponit incẽsum in duobus thuribulis, diacono nauiculam ministrante, et genuflexus incensat Sacramentum: Deinde Diaconus extrahens calicem cum Sacramento de capsula, dat ad manus Sacerdotis, et tegit extremitatibus veli, quod humeros sacerdotis circundat: et procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum sup sacramentũ: et duo acoluthi cũ thuribulis continuẽ sacramentum incensant: et interim cãtatur hymnus Vexilla regis prodeunt.

Cum venerit Sacerdos ad altare, posito super illud Sacramento, genuflexus, rursus incensat, et accedẽs ponit hostiam super patenam, quã diaconus tenet: deinde accipiens patenam cum sacramento de manu diaconi, hostiam sacrã ponit super corporale nihil dicens: interim diaconus imponit vinum in calicem, et subdiaconus aquaz: sacerdos accipiens calicem à diacono, ponit super altare nihil dicẽs, et Diaconus illum cooperit: deinde imponens incensum in thuribulo, incensat oblata et altare more solito, dicens.

Incensum istud à te benedictũ ascendat ad te domine: et descẽdat super nos misericordia tua.

Cum incensat altare, dicit.

Dirigatur domine oratio mea sicut incensũz in cõspectu tuo. eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinum. Pone domine custodiam ori meo, et ostium circunstantie labijs meis: vt non declinet os meũ in verba malitie, ad excusãdas excusationes in peccatis. Quando reddit thuribulum diacono, dicit.

Accendat in nobis dominus ignem sui amoris, et flammaz eterne charitatis. Amen. Postea lauat manus nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus dicit.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur domine à te: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi domine Deus.

Deinde versus ad populum, dicit.

Orate fratres, vt meum ac vestrum sacrificiũ, acceptabile fiat apud Deum patrẽ omnipotẽtẽ. Consequenter omissis alijs dicit.

Oremus.

Oremus. Preceptis salutari-
bus moniti: et diuina institu-
tione formati, audemus dicere.
Pater noster, qui es in celis: san-
ctificetur nomē tuum. Adueniat
regnū tuū. Fiat volu ntas tua:
sicut in celo, et in ter ra. Panem
nostr um quotidianū da nobis
hodie. Et dimitte nobis debi-
ta nostra: sicut et nos dimitti-
mus debitoribus nostris. Et
ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Sacerdos sub silentio dicto Amē. in eadem voce qua dixit Pater noster. absolute sine Oremus, in tono orationis misse dicit.

Libera nos, quesumus domine, ab omnibus malis, preteritis, presentibus, et futuris: et intercedente beata et gloriosa, semper virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus sanctis: da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti, et à peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi. Per eundem dominū nostrū Jesum Christū. etc.

¶ Tunc celebrans facta reuerentia vsque ad terram, sacramentum in dexteram accipit, et eleuat vt videri possit à populo: et statim diuidit in tres partes, quarum vltimam mittit in calicē more solito, nihil dicēs. Pax domini. non dicitur, nec Agnus dei, neque pacis osculū dat. Postmodum pretermissa oratione Dn̄e Jesu Christe qui dixisti. quia facit mentionem de pace: et oratione Dn̄e Jesu Christe fili dei viui. quia facit mentionem de sanguine: dicit tantum orationem sequentem.

Perceptio corporis tui domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudicium et condemnationem: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui viuis et regnas cum deo patre, in vnitate spiritus sancti deus: per om

nia secula seculorum. Accipit pate-
nam cum Corpore Christi: ⁊ cū ma-
xima humilitate ⁊ reuerentia dicit.
P anem celestem accipiā, ⁊ nomen
domini inuocabo. Percutiat pe-
ctus suum, ter dicens. D omine, nō
sum dignus, vt intres sub tectū meū:
sed tantū dic verbo, ⁊ sanabitur ani
ma mea. Postea signat se sacramē-
to, dicens. C orpus domini nostri
Iesu Christi, custodiat animā meā
in vitā eternam. Amē. Tunc sumit
corpus reuerenter. Deinde omissis
omnibus, que dici solent ante sum-
ptionē calicis, immediate particu-
lam hostie cum vino reuerenter su-
mit de calice. Postea, more solito
facta ablutione digitorū, i medio al-
taris inclinatus dicit. Q uod ore sum
psimus, domine, pura mente capia
mus: ⁊ de munere temporali fiat no
bis remedium sempiternum. Non
dicitur Corpus tuū dñe, nec Postcōio,
nec Placeat tibi, nec datur benedi
ctio: sed facta purificatione, Sacer-
dos cū ministris discedit: ⁊ dicunt
vespere sine cātu: ⁊ denudat altare.

¶ Sabbato sancto. Oratio ad san-
ctum Ioannem in Laterano.



H Ora competē-
ti cooperiūtur
altaria, ⁊ dicūtur ho-
re. Interim excutit
ignis de lapide, ⁊ ac-
cenditur. Dicta No-
na, sacerdos indutus
amictu, alba, cingulo, stola, ⁊ pluuia
li violaceo, astantibus sibi ministris
cum cruce, aqua benedicta, ⁊ incen-
so, benedicit nouum ignem, dicens
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū
spiritu tuo. O remus.
D Eus, qui per filium tuum, an-
gularem scilicet lapidem, claritatis
tue fidelibus ignem contulisti pro-
ductum ex silice, nostris profuturū
vsibus: nouum hunc ignem san✠
ctifica: ⁊ concede nobis: ita, per hec
festa paschalia, celestibus desiderijs
inflammari: vt ad perpetue clarita-
tis, puris mētibus, valeamus festa
ꝑtingere. Per eūdē. Christū dñm no-
strū. ℟. Amen. O remus. Oratio.
D Omine deus, pater omnipo-
tens, lumen indeficiens, ⁊ san
cte conditor omnium luminum: be-
ne✠dic hoc lumen: quod à te san-
ctificatum atque benedictū est: qui
illuminasti omnem mundum, vt ab
eo lumine accendamur, atq; illumi-
nemur igne claritatis tue: vt sicut il-
luminasti Moysē exeūtē de Aegy-
pto: ita illumines corda ⁊ sensus no-
stros: vt ad vitam eternam merea-
mur peruenire. Per Christum do-
minū nostrū. ℟. Amen. O remus.
D Omine sancte, pater omnipo
tens, eterne deus: benedicen-
tibus nobis hunc ignem in nomine
tuo, ⁊ vnigeniti filij tui, dei ac domi
ni nostri Iesu Christi, ⁊ spiritus san-
cti, cooperari digneris: ⁊ adiuua
nos. Qui viuis ⁊ regnas cum eodē
vnigenito tuo ⁊ spiritu sancto deus,
Per omnia secula seculorum. ℟.
Amen. Deinde benedicit quinque
grana incensi ponenda in cereo: di-
cens hanc orationem. Oratio.
V Eniat, q̄s, omnipotens deus, super hoc
incensum larga tue bene✠di
ctionis infusio: ⁊ hūc nocturnū splē-
dorē inuisibilis regenerator accēde:
vt nō solū sacrificiū qd hac nocte li-
tatum est, arcana luminis tui admi-
stione refulgeat: sed in quocunque
loco huius sanctificationis myste-
rio

rio fuerit deportatum, expulsa diabolice fraudis nequitia, virtus tue maiestatis assistat. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum benedicit incensum, acoluthus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita vero benedictione incensi, sacerdos incensum ⁊ ignem benedictum aspergit aqua benedicta: ⁊ de nauicula posito incenso in thuribulo, inde adolet predicta grana incensi ⁊ ignez benedictũ. Interim omnia luminaria ecclesie extinguntur: vt de igne benedicto postmodum accendantur.

¶ Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius triãgulo distinctis. Precedit thuriferarius cum acolutho deferente in vase quinqz grana incẽsi. Sequitur Subdiaconus cum cruce, ⁊ clerus per ordinez: deinde Diaconus cum arundine, post eum Celebrans. Cum Diaconus ingressus est ecclesiam, inclinat arundinem, ⁊ acoluthus deferens candelã accensam de nouo igne, accendit vnã ex illis tribus candelis desuper positis: ⁊ Diaconus eleuans arundinem genuflectit, similiter ⁊ omnes alij cum eo, ⁊ cãtat solus Lumen Christi. ℟. Deo gratias. Procedens deinde ad medium Ecclesie, ibi accenditur alia cãdela: ⁊ iterũ genuflexus vt supra, altius cãtat Lumen Christi. ℟. Deo gratias. Tertio procedit ante altare, vbi accẽditur tertia candela, ⁊ rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit Lumẽ Christi. ℟. Deo gratias. Deinde dat arundinez vni Acolutho: ⁊ accipiens librũ, petit a celebrante benedictionem, vt sit ad Euangeliũ: postea vadit ad pulpitum, ⁊ ponit super eo librum, ⁊ incensat. A dextris diaconi stent Subdiaconus cum cruce, ⁊ Thuriferarius: ⁊ a sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arundinem, ⁊ alius tenens in vase quinque illa grana incensi benedicti figenda in cereo. Tunc surgentibus, ⁊ astantibus omnibus, Diaconus cantat.



tur


tur & mater ecclesia, tanti lu-
minis adornata fulgoribus: &
magnis populorũ vocibus, hęc
aula resul tet. Qua pro pter
astantes vos fratres charis-
simi, ad tam miram huius sancti
luminis claritatem, vnà me-
cum, quęso, dei omnipotentis
misericor diam in uo ca te:
Ut qui me non meis meritis
intra Leuitarum nume rum
dignatus est aggregere: lumi-
nis sui claritatem infundens,
cerei huius laudem implere
per ficiat. Per dominum
nostrum Jesum Christum fi-
lium suum: qui cum eo viuit &
regnat in vnitate spiritus san-
cti, deus. Per omni a secula
secu lorum. ℟. Amen. ℣.
Dominus vo biscum. ℟.
Et cum spi ri tu tu o. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habe mus
ad dominum. ℣. Grati as


agamus domino deo nostro.
℟. Dignum ⁊ iustum est.
Vere dignum ⁊ iustum est,
in ui si bi lem Deum patrem
om nipo ten tem, fi li unique
eius vnigenitum, dn̄m nostrum
Jesum Christum, toto cordis
ac mentis affectu, ⁊ vocis mi-
nisterio personare. Qui pro no-
bis ęterno patri Adę debitum
soluit: ⁊ veteris pia culi cau ti o
nem, pio cruore detersit. Hęc
sunt enim festa paschalia, in qui-
bus verus ille agnus occiditur,
cuius sanguine postes fidelium
consecrantur. Hęc nox est,
in qua primum patres nostros,
filios Israel, eductos de Aegy-
pto, mare rubrum sicco vestigio
transire fecisti. Hęc igitur nox
est, quę peccatorum tenebras,
columnę illuminatione purga-
uit. Hęc nox est, quę hodie per
vniuersum mundum, in Christo
cre-


credentes, à vitijs seculi, & cali-
gine peccatorum segregatos,
reddit gratię, soci at sanctitati.
Hęc nox est, in qua destru-
ctis vinculis mortis, Christus
ab inferis victor ascendit. Ni-
hil enim nobis nasci profuit, nisi
redimi profuisset. O mira cir-
ca nos tuę pietatis dignatio.
O inęstimabilis dilectio chari
tatis: vt seruum redimeres, fi-
lium tradidisti. O certè necessa
rium Adę peccatum, quod Chri-
sti morte deletum est. O felix
culpa, quę talem ac tantum me-
ruit habere redemptorē. O
verè beata nox, quę sola meru
it scire tempus & horam, in qua
Christus ab inferis resurre-
xit. Hęc nox est, de qua scri-
ptum est: & nox sicut dies illumi
nabitur: & nox illuminatio mea
in delicijs meis. Huius igi-
tur sanctificatio noctis, fugat


scelera, culpas lauat: ⁊ red-
dit innocentiam lapsis, ⁊ me-
stis lę ti ti am. Fu gat o-
dia, con cor di am pa rat,
curuat imperia.
Hic Diaconus infigit quinque grana incensi benedicti in cereo in modum Crucis.
In huius igitur noctis gratia,
suscipe sancte pater incensi hu-
ius sacrificium vespertinum:
quod tibi in hac cerei oblatio-
ne sollemni, per ministrorum
manus, de operibus apum,
sacrosancta red dit ecclesia.
Sed iam co lum nę hu ius
pręconia nouimus, quam in
honorem Dei rutilans ignis
accendit.
Hic Diaconus accendit cereum.
Qui licèt sit diuisus in partes,
mutuati tamen luminis detri-
menta non nouit. Alitur enim
liquantibus ceris, quas in sub-
stantiaꝫ pręciosę huius lampadis
apis mater eduxit.
Hic accēdun tur lāpades.
O verè beata nox, quę ex-
poliauit


poliauit Aegyptios, ditauit
Hebreos. Nox in qua terre-
nis celestia, humanis diuina iun-
guntur. Oramus ergo te domine:
vt cereus iste in honorem tui
nominis consecratus, ad noctis
huius caliginem destruendam,
indeficiens perseueret. Et in
odorem suauitatis acceptus,
supernis luminaribus miscea-
tur. Flammas eius lucifer ma
tutinus inueniat. Ille, inquam,
M. N. R.
lucifer, qui ne scit occasum.
Ille qui regressus ab inferis,
humano generi se re nus
illuxit. Precamur ergo te
do mi ne: vt nos famu los
tuos, omnemque clerum, & de-
uotissimum populum: vnà
cum beatissimo Papa nostro
N. & Antistite nostro N.
quiete temporū concessa, in his
paschalibus gaudijs, assidua
protectione re ge re, guber-
nare,

nare, ⁊ conseruare digneris.
Respice etiam ad deuotissi-
mum Imperatorem nostrum
R. cuius tu Deus deside-
ri j vota pręnoscens, ineffa-
bi li pietatis, ⁊ mi se ri-
cor dię tuę munere, tran-
quillum perpetuę pacis accom-
moda: ⁊ cęlestem victoriam
cum omni populo suo. Per
eundem dominum nostrum Je
sum Christum filium tuum: qui
tecum viuit, ⁊ regnat in vnita
te spiritus sancti deus: per om-
nia secula seculorum. R. Amen.

Completa benedictione cerei, Diaconus depositis paramẽtis albis, sumit violacea, ⁊ vadit ad celebrãrẽ. Postea legũtur prophetię sine titulo: ⁊ in fine prophetiarum dicũtur orationes modo subscripto.

¶ Prophetia prima.



In principio creauit deus celũ, ⁊ terrã. Terra aũt erat inanis, ⁊ vacua: ⁊ tenebrę erant super faciem abyssi: ⁊ spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit de⁹ lucẽ, quòd esset bona: ⁊ diuisit lucẽ à tenebris. Appellauitq; lucẽ, diẽ: ⁊ tenebras, noctẽ. Factumq; est vespere, ⁊ mane dies vnus. Dixit quoq; de⁹. Fiat firmamẽtũ in medio aquarũ: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit de⁹ firmamẽtũ: diuisitq; aquas, q̃ erãt sub firmamento, ab his, quę erãt super firmamentũ. Et factũ est ita. Vocauitque deus firmamentũ, cęlũ. Et factũ est vespere, ⁊ mane, dies secundus. Dixit vero deus. Congregẽtur aquę, quę sub cęlo sunt, in locum vnum: ⁊ appa-

gen. ca. I

⁊ appareat aridā. Factumq; est ita.
Et vocauit deus aridā, terram: cō
gregationesque aquarum appella
uit maria. Et vidit deus, quòd esset
bonum: ⁊ ait. Germinet terra her
bam virentem, ⁊ faciētem semen: ⁊
lignum pomiferum faciens fructū
iuxta genus suū, cuius semē in semet
ipso sit super terrā. Et factū est ita.
Et protulit terra herbam virentē, ⁊
afferentē semen iuxta genus suum,
lignūque faciens fructum, ⁊ habēs
vnūquodque semētē secūdū speciez
suā. Et vidit deus q esset bonū. Fa
ctūque est vespere, ⁊ mane, dies ter
tius. Dixit aūt deus. Fiant lumina
ria in firmamēto celi, ⁊ diuidant diē
ac noctem: ⁊ sint in signa ⁊ tēpora, ⁊
dies ⁊ annos: vt luceant in firmamē
to celi, ⁊ illuminēt terram. Et factū
est ita. Fecitque deus duo lumina
ria magna: luminare maius, vt pre
esset diei: ⁊ luminare minus, vt pre
esset nocti: ⁊ stellas. Et posuit eas
in firmamento celi: vt lucerēt super
terrā, ⁊ preessent diei ac nocti, ⁊ di
uiderent lucem ac tenebras. Et vi
dit deus quòd esset bonū. Et factuz
est vespere, ⁊ mane, dies quartus.
Dixit etiam deus. Producāt aque
reptile anime viuentis, ⁊ volatile su
per terram, sub firmamento celi.
Creauitq; deus cete grandia, ⁊ om
nem animā viuentez atque motabi
lem, quā produxerant aque in speci
es suas: ⁊ omne volatile secundū ge
nus suū. Et vidit deus quòd esset
bonū: benedixitque eis, dicēs. Cre
scite, ⁊ multiplicabimini, ⁊ replete
aquas maris: auesque multiplicen
tur super terrā. Et factum est vespe
re, ⁊ mane, dies quintus. Dixit quo
que deus. Producat terra animā vi
uentem in genere suo: iumenta, ⁊ re
ptilia, ⁊ bestias terre secundū speci
es suas. Factumque est ita. Et fecit
deus bestias terre iuxta species su
as: ⁊ iumenta, ⁊ omne reptile terre,
in genere suo. Et vidit deus quòd es
set bonum: ⁊ ait. Faciamus hominē
ad imaginem ⁊ similitudinē nostrā:
⁊ presit piscibus maris, ⁊ volatilibus
celi, ⁊ bestijs, vniuerseque terre, om
niq; reptili quod mouetur in terra.
Et creauit deus hominez ad imagi
nem ⁊ similitudinē suā: ad imaginez
dei creauit illū: masculum ⁊ feminaz
creauit eos. Benedixit que illis De
us, ⁊ ait. Crescite, ⁊ multiplicamini:
⁊ replete terram, ⁊ subijcite eam: ⁊
dominamini piscibus maris, ⁊ vo
latilibus celi, ⁊ vniuersis animanti
bus, que mouentur super terrā. Di
xitque Deus. Ecce dedi vobis om
nem herbam afferentem semen su
per terram: ⁊ vniuersa ligna que ha
bent in semetipsis sementem gene
ris sui: vt sint vobis in escam, ⁊ cun
ctis animantibus terre, omniq;
volucri celi, ⁊ vniuersis que mouen
tur in terra, ⁊ in quibus est anima vi
uens: vt habeant ad vescendum. Et
factum est ita. Viditque deus cun
cta que fecerat: ⁊ erant valde bona.
Et factum est vespere, ⁊ mane dies
sextus. Igitur perfecti sunt celi
⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorum.
Compleuitque deus die septimo
opus suum quod fecerat: ⁊ requie
uit die septimo ab vniuerso ope
re quod patrarat. Qua completa,
sacerdos dicat Oremus, ⁊ diaco
nus Flectamus genua, Subdia
conus Leuate. Oratio.

Deus, q mirabiliter creasti ho
minē, ⁊ mirabilius redemisti

da nobis, quesumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione persistere: vt mereamur ad eterna gaudia peruenire. Per dominum no.

Prophetia secunda.

Gen. ca. 5 & 6

Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Japheth. Cūq3 cepissent homines multiplicari super terraz, & filias procreassent, vidētes filij dei filias hominum q̄ essent pulchre, acceperunt sibi vxores ex oībus quas elegerāt. Dixitq3 deus. Nō permanebit spūs meus in homine in eternū, qa caro est: erūtq3 dies illius cētū viginti annorum. Gigantes aūt erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illeque genuerunt: isti sunt potentes à seculo viri famosi. Uidens autem deus q̄ multa malitia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: penituit eum, q̄ hominem fecisset in terra. Et precauens in futurū, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo (inquit) hominem quez creaui, à facie terre: ab homine vsq3 ad animantia: à reptili vsque ad volucres celi. Penitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam coram Deo. He sūt generationes Noe. Noe vir iustus atq3 perfectus fuit in generationibus suis, cum deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Japhet. Corrupta est autem terra coraz Deo, & repleta est iniquitate: Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe: Finis vniuerse carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eoruz: & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies: & bitúmine linies intrinsecus, & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorū erit longitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies: & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arce pones ex látere deorsum. Cenacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas super terram: vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vite est subter celū: & vniuersa que ī terra sunt, consumētur. Ponámq3 fedus meū tecum: & ingrediéris arcaz tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorū tuoruz tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerse carnis bina idūces in arcā, vt viuant tecum, masculini sexus & feminini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni réptili terre secundū genus suuz: bina de omnibus ingredientur tecū, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que mandi possunt, & compotabis apud te: & erunt tam tibi quàm illis in cibū. Fecit ergo Noe omnia que

ca. 7.

preceperat illi Deus. Eratq3 sexcentorum annorū, quando diluuij aque inundauerunt super terram. Rupti sunt autem omnes fontes abyssi magne, & cataracte celi aperte sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Cham, & Japheth filij eius, vxor illius, & vxores filiorū eius cum eo in arcam: ipsi & omne

animal secundum genus suum, vniuersaqꝫ iumēta in genere suo, ⁊ omne qđ mouetur super terram in genere suo, cunctúmqꝫ volatile secundum genus suum. Porrò arca ferebatur super aquas. Et aquę preualuerunt nimis super terram: aperti que sunt omnes montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro, quę mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quę reptant super terram. Remansit autē solus Noe, ⁊ qui cum eo erant, in arca. Obtinueruntqꝫ aquę terraꝫ centum quinquaginta diebus. Recordatus auteꝫ dominus Noe, cunctorumque animantium, ⁊ omnium iumentorum quę erant cum eo in arca: adduxit spirituꝫ super terrā: ⁊ imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, ⁊ cataractę celi: ⁊ prohibitę sūt pluuię de celo. Reuerseqꝫ sūt aquę de terra euntes ⁊ redeuntes: ⁊ ceperunt minui post centū quinquaginta dies. Cūqꝫ transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestraꝫ arcę quā fecerat, dimisit coruū. Qui egrediebatur, ⁊ non reuertebatur, donec siccarētur aquę super terrā. Emisit quoqꝫ columbam post euꝫ: vt videret si iam cessassent aquę super faciem terrę. Quę cum nō inueniret vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcā. Aquę enim erant super vniuersam terram. Extenditque manum, ⁊ apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramū oliuę virētibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, ꝙ cessassent aquę super terrā. Expectauitque nihilominus septē dieb⁹ alijs: ⁊ emisit columbam, quę non est vltra reuersa ad eū. Locutus est autem dñs ad Noe dicens. Egredere de arca tu ⁊ vxor tua, filij tui ⁊ vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quę sunt apud te, ex omni carne taꝫ in volatilibus quam in bestijs ⁊ vniuersis reptilibus quę reptant super terram, educ tecum, ⁊ ingredimini super terraꝫ. Crescite, ⁊ multiplicamini sup eā. Egressus est ergo Noe, ⁊ filij eius: vxor illius, ⁊ vxores filiorum eius cum eo. Sed ⁊ omnia animantia, iumenta, ⁊ reptilia quę reptant super terram secūdum genus suum, de arca egressa sunt. Aedificauit aūt Noe altare domino: ⁊ tollēs de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusqꝫ est dominus odorem suauitatis. Oremus. Flectamus genua. Re. Leuate. Oratio.

Ca. 8

DEus incommutabilis virtus, ⁊ lumen ęternuꝫ: respice propitius ad totius ecclesię tuę mirabile sacramentum: ⁊ opus salutis humanę, ꝑpetuę dispositionis effectu tranquillius operare: totúsqꝫ mundus experiatur, ⁊ videat, deiecta erigi, inueterata renouari, ⁊ per ipsum redire omnia in integrū, a quo sumpsere principium. Per dominum.

Prophetia tertia.

TN diebus illis: Tentauit deus Abraham, ⁊ dixit ad eū. Abraham, Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, ⁊ vade in terram visionis: ⁊ offeres

Ge. 22

eum ibi in holocaustũ super vnum montiũ, quẽ monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgẽs, strauit asinum suum: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filiũ suum. Cumqz cõcidisset ligna in holocaustũ: abijt ad locũ quẽ preceperat ei deus. Die autẽ tertio, eleuatis oculis, vidit locũ procul: dixitqz ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsqz properantes, postquã adorauerim⁹, reuertemur ad vos. Tulit quoqz ligna holocausti, & imposuit super Isaac filiũ suũ: ipse vero portabat in manibus ignẽ & gladium. Cumqz duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit Abrahã. Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebãt ergo pariter: venerũtque ad locũ, quẽ ostenderat ei deus, in quo edificauit altare, & desuper ligna composuit. Cũque colligasset Isaac filiũ suũ, posuit eum in altare super struem lignorũ. Extenditqz manum, & arripuit gladium, vt immolaret filiuz suum. Et ecce angelus dñi de celo clamauit dicẽs. Abrahã, Abrahã. Qui respõdit. Adsum. Dixitqz ei. Ne extẽdas manũ tuã sup puerũ: neqz facies illi qcquã. Nũc cognoui quod timeas deũ: & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abrahaz oculos: viditque post tergũ arietẽ inter vepres, herentẽ cornibus: quẽ assumens obtulit holocaustũ pro filio. Appellauitque nomẽ loci illi⁹, Dñs videt. Unde vsque hodie dicitur, In mõte dñs videbit. Uocauit autem angelus domini Abraham secundo de celo, dicens. Per memetipsum iuraui, dicit dominus: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, & velut arenã que est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terre, quia obedisti voci mee. Reuersusque est Abraham ad pueros suos: abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fidelium pater summe: qui in toto orbe terraruz, promissionis tue filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, & per paschale sacramentum, Abraham puerũ tuum vniuersarum, sicut iurasti, gẽtium efficis patrez: da populis tuis digne ad gratiam tue vocationis introire. Per dominum nostrum.

Prophetia quarta.

In diebus illis: Factum est in vigilia matutina: & ecce respiciens dominus sup castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis: interfecit exercitũ eorũ: & subuertit rotas curruuz, ferebanturqz in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij: Fugiamus Israelem: dñs enim pugnat pro his contra nos. Et ait dominus ad Moysen. Extende manũ tuã super mare: vt reuertãtur aque ad Aegyptios super currus & equites eoruz. Cũque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorez locũ. Fugientibusque Aegyptijs occurrerunt aque: & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseque

que sunt aque, et operuerunt currus et equites cũcti exercitus Pharaonis, qui sequẽtes ingressi fuerãt mare: nec vnus quidez superfuit ex eis. Filij aũt Israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro à dextris et à sinistris. Liberauitque dominus in die illo Israel de manu Aegyptiorũ. Et viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, et manum magnã quaz exercuerat dominus cõtra eos. Timuitque populus dominum: et crediderunt dño, et Moysi seruo eius. Tunc cecinit Moyses et filij Israel carmen hoc dño, et dixerunt. Tractus. Cantemus dño: gloriose eniz honorificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare: adiutor et protector factus est mihi in salutem. ℣. Hic est deus meus, et honorificabo eũ: deus patris mei, et exaltabo eũ. ℣. Dominus cõterens bella: dominus nomen est illi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, cuius antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: dũ, quod vni populo, à persecutione egyptiaca liberãdo, dextere tue potẽtia contulisti, id in salutem gentium per aquaz regenerationis operaris, presta: vt in Abrahe filios, et in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per dominum nostrũ Jesum.

Prophetia quinta.

Isa. 54

Hec est hereditas seruorũ dñi, et iustitia eorũ apud me, dicit dñs. Omnes sitientes venite ad aquas: et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite. Uenite, emite absq3 argẽto, et absq3 vlla cõmutatione vinũ et lac. Quare appẽditis argentũ non in panibus, et laborem vestrũ non in saturitate? Audite audiẽtes me, et comedite bonũ: et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurẽ vestram, et venite ad me: audite, et viuet anima vestra: et feriam vobiscũ pactum sempiternũ, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac preceptorem gentibus. Ecce, gẽtem quaz nesciebas, vocabis: et gẽtes que nõ cognouerũt te, ad te current propter dñm deũ tuũ, et sanctum Israel: quia glorificauit te. Querite dñm dum inueniri potest: inuocate eũ duz prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm, et miserebitur eius, et ad deũ nostrũ, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee, cogitationes vestre: neque vie mee, vie vestre, dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi à terra: sic exaltate sunt vie mee à vijs vestris, et cogitationes mee à cogitationibus vestris. Et quomodo descẽdit imber, et nix de celo, et illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quecunque volui, et prosperabitur in his ad que misi illud: dicit dominus omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum fidei spopõdisti: et promissionis filios sacra adoptione dilata: vt, quod priores sancti non dubita-

bitauerũt futurum, ecclesia tua iam ex parte cognoscat impletũ. Per.

Prophetia sexta.

Baruc. 3 Audi Israel mandata vite: auribus percipe, vt scias prudentiam. Quid est Israel: q in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis: deputatus es cũ descẽdentibus in infernum. Dereliquisti fontez sapiẽtie. Nã si in via dei ambulasses, habitasses vtiqz in pace sup terrã. Disce vbi sit sapiẽtia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vite et victus, vbi sit lumen oculorũ et par, Quis inuenit locũ eius? Et quis introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentiũ, et qui dominant̃ super bestias q̃ sunt sup terraz? Qui in auibus celi ludunt, qui argentum thesaurizãt, et aurũ in quo confidũt homines: et non est finis acquisitionis eorũ. Qui argentũ fabricant, et soliciti sunt: nec est inuentio operuz illorum. Exterminati sunt, et ad inferos descẽderunt: et alij in locũ eoruz surrexerũt. Juuenes viderũt lumẽ: et habitauerũt super terram. Uiam autem discipline nescierunt, neqz intellexerunt semitas eius, neqz susceperunt eam filij eorũ. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaan: neqz visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, que de terra est, negociatores terre, et Theman: et fabulatores, et exquisitores prudẽtie, et intelligentie: viam autem sapientie nescierunt: neque meminerunt semitarum eius. O Israel, quàm magna est domus dei, et ingẽs locus possessionis eius. Magnus, et non habet consummationem: excelsus et immẽsus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus: neque viam discipline dedit illis: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celum, et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, et inuénit eã, et áttulit eã super aurũ electum? Non est, qui sciat viam eius, neqz q excógitet sémitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: et adinuénit eam prudentia sua. Qui perfécit terram in sempiterno tempore: et adimpleuit eã pecúdibus. Uocauitqz eam: et obaudiuit eũ in tremore. Stelle aũt dederunt lumen in custodijs suis, et letate sunt. Uocate sũt, et dixerunt, ádsumus. Et luxerũt ei cũ iucũditate, q fecit illas. Hic est deus noster: et non estimabit alius ad eum. Hic adinuénit omnem viã discipline: et dedit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hec super terram visus est: et cum hominibus cõuersatus est. Oremus. Flectamus genua. Ꝛ. Leuate. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam semper gentium vocatione multiplicas: concede propitius: vt, quos aqua baptismatis ábluis, continua protectione tuearis. Per dominũ.

Prophetia septima.

Eze. 37 In diebus illis: Facta est super me manus domini, et eduxit me in spiritu domini: et dimisit me i medio campi qui erat plenus ossibus: et circunduxit me per ea in gyrum. Erãt aũt multa valde super faciem campi, siccaqz vehementer. Et dixit

xit ad me: Fili hominis, putas ne vivent ossa ista? Et dixi. Domine deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis: et dices eis. Ossa árida audite verbum domini. Hec dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vos spiritum. Et vivetis: et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vobis cutem: et dabo vobis spiritum, et vivetis: et scietis quia ego dñs. Et prophetaui sicut preceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, et ecce commotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnumquodque ad iuncturã suam. Et vidi: et ecce super ea nervi, et carnes ascenderunt: et extenta est in eis cutis désuper: et spiritum nõ habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, et dices ad spiritum. Hec dicit dominus deus. A quatuor vẽtis veni spiritus, et insuffla super interfectos istos, et reuiuiscant. Et prophetaui, sicut preceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, et vixerunt: et steterũt super pedes suos exercitus grãdis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hec vniuersa, domus Israel est. Ipsi dicunt: aruerunt ossa nostra, périjt spes nostra, et abscissi sumus. Propterea vaticinare, et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam túmulos vestros, et reducam vos de sepulcris vestris popul9 meus: et inducã vos in terrã Israel. Et scietis, quia ego dñs, cũ aperuero sepulcra vestra, et eduxero vos de túmulis vestris populemeus: et dedero spiritum meum in vobis, et vixeritis: et requiescere vos faciam super humum vestram, dicit dñs omnipotẽs. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Deus, qui nos ad celebrãdum paschale sacramentum vtriusque testamenti páginis instruis: da nobis intelligere misericordiã tuam: vt ex perceptione presentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per dominum nostrum Iesum.

Prophetia octaua.

Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem nostrum comedemus, vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen domini in magnificentia, et in gloria: et fructus terre sublimis: et exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Hierusalem: sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion: et sanguinem Hierusalem láuerit de medio eius in spiritu iudicij et spiritu ardoris. Et creauit dominus deus super omnem locum montis Sion, et vbi inuocatus est, nubem per diem, et fumum, et splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu: et in securitatem et absconsionem à turbine et à pluuia. Tractus. Vinea facta est dilecto in cornu, in loco vberi. V. Et maceriam circúndedit, et circumfódit: et plantauit vineam Sorec, et edificauit turrim in medio ei9. V. Et tórcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth, domus Israel

Isa. 4

Isa. 5

rael est. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.
Deus, qui in omnibus ecclesię tuę filijs, sanctorum prophetarum voce manifestasti, in omni loco dominationis tuę, satorem te bonorum seminum, et electorum palmitū esse cultorem: tribue, quęsumus, populis tuis: qui et vinearum apud te nomine censentur et segetum: vt, spinarum et tribulorum squalore resecato, digna efficiantur fruge fecundi. Per dominum nostrum Iesum.

Prophetia nona.

Exo. 12

In dieb' illis: Dixit dominus ad Moysen et Aaron in terra Aegypti. Mensis iste, vobis principium mēsiū: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetū filiorum Israel, et dicite eis. Decima die mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias et domos suas. Sin aūt minor est numerus, vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suū qui iunctus est domui suę, iuxta numerū animarū quę sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritū tolletis et hedum. Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mēsis huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo filiorū Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius: ac ponent super vtrumque postē, et in superliminaribus domorū, in quibus comedent illū. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azymos panes, cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis: et os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo quicquam vsque mane. Siqd residuū fuerit, igni cōburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: et comedetis festināter. Est enim phase (idest transitus) domini. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus, qui in omniū operū tuorum dispensatione mirabilis es: intelligāt redempti tui, nō fuisse excellentius, quod initio factus est mundus, quàm quòd in fine seculorū pascha nostrū immolatus est Christus. Qui tecū.

Prophetia decima.

Ionę 3

In diebus illis. Factum est verbum domini ad Ionam prophetam secundò, dicēs. Surge, et vade in Niniuen ciuitatem magnā: et prędica in ea prędicationem quam ego loquar ad te. Et surrexit Ionas, et abijt in Niniuen iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit Ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: et clamauit, et dixit. Adhuc quadraginta dies, et Niniue subuertet. Et crediderūt viri Niniuitę in dño: et prędicauerūt ieiuniū, et vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorē. Et puenit verbū ad regē Niniue: et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentū suū à se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis et principum eius, dicens. Homines, et iumenta, et boues, et pecora nō gustēt quicquā: nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumēta, et clamēt ad dominum in fortitudine: et conuertatur vir à via sua mala, et

la, et ab iniquitate quę est in manib⁹ eorũ. Quis scit si cõuertatur, et ignoscat deus: et reuertatur a furore irę suę, et non peribimus? Et vidit deus opera eorum qr cõuersi sunt de via sua mala: et misertus est populo suo, domin⁹ deus noster. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Deus, qui diuersitatem gentiũ in cõuersione tui nominis adunasti: da nobis et velle et posse quę precipis: vt populo ad ęternitatem vocato, vna sit fides mentium, et pietas actionum. Per dominum no.

Prophetia vndecima.

Deu. 31

In diebus illis: Scripsit Moyses canticũ: et docuit filios Israel. Precepitque dñs Iosue filio Nun: et ait. Confortare, et esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terrã quã pollicitus sum eis: et ego ero tecũ. Postquã ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atqꝫ cõpleuit: precepit leuitis q portabant arcam federis domini dicens. Tollite librum istuꝫ, et ponite euꝫ in latere arcę federis domini dei vestri: vt sit ibi contra te in testimoniũ. Ego enim scio cõtentionem tuam: et ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominuꝫ: quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atqꝫ doctores: et loquar audiẽtibus eis sermones istos: et inuocabo contra eos cęlum, et terram. Noui enim quod post mortem meam inique agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini: vt irritetis eũ per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses, audiente vniuerso cętu filiorum Israel verba carminis huius: et ad finem vsque compleuit. Tractus. Attende cęlum, et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. V. Expectetẽ sicut pluuia eloquium meum: et descendant sicut ros verba mea. V. Sicut imber super gramen: et sicut nix super fenum: et nomen domini inuocabo. V. Date magnitudineꝫ deo nostro: deus vera opera eius, et omnes vię eius iudicia. V. Deus fidelis, in quo non est iniquitas: iustus et sanctus dominus. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Deu. 32

Deus celsitudo humiliuꝫ, et fortitudo rectorum: qui per sanctum Moysen puerum tuũ, ita erudire populum tuum sacri carminis tui decãtatione voluisti: vt illa legis iteratio fieret etiaꝫ nostra directio: excita in omnem iustificatoruꝫ gentium plenitudinem potentiam tuã, et da letitiam mitigando terrorem: vt omnium peccatis tua remissione deletis: quod denunciatũ est in vltionem, transeat in salutẽ. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Prophetia duodecima.

Dan. 3

In diebus illis: Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex: et statuit eam in campo Dura prouincię Babylonis. Itaqꝫ Nabuchodonosor rex misit ad cõgregandos satrapas: magistratus, et iudices: duces et tyrãnos: optimates et prefectos, oẽsqꝫ principes regionum: vt conuenirent ad dedicationem statuę, quaꝫ erexerat Nabu-

Nabuchodonosor rex. Tūc cōgre-
gati sunt satrape, magistratus ⁊ iudi-
ces, duces ⁊ tyranni, ⁊ optimates q̄
erant in potestatibus constituti, ⁊
vniuersi principes regionum: vt cō
uenirent ad dedicationē statue quā
erexerat Nabuchodonosor rex.
Stabant autē in conspectu statue,
quam posuerat Nabuchodonosor
rex: ⁊ preco clamabat valenter. Uo-
bis dicitur populis, tribubus, ⁊ lin-
guis. In hora qua audieritis sonitū
tube, ⁊ fistule, ⁊ cithare, sambuce, ⁊
psalterij, ⁊ symphonie, ⁊ vniuersi ge
neris musicorum: cadentes adorate
statuam auream, quam constituit
Nabuchodonosor rex. Siquis aūt
non prostratus adorauerit, eādem
hora mittetur in fornacem ignis ar-
dētis. Post hec igitur statim vt au-
dierunt omnes populi sonitum tu-
be, fistule, ⁊ cithare, sambuce, ⁊ psal-
terij, ⁊ symphonie, ⁊ omnis generis
musicorum: cadentes omnes popu
li, tribus, ⁊ lingue adorauerūt statuā
auream, quam constituerat Nabu-
chodonosor rex. Statimq̄ in ipso
tempore accedētes viri Chaldei ac-
cusauerunt Iudeos, dixeruntq̄ Na
buchodonosor regi. Rex in eternū
viue. Tu rex posuisti decretum: vt
omnis homo qui audierit sonitum
tube, fistule, ⁊ cithare, sambuce, ⁊
psalterij, ⁊ symphonie, ⁊ omnis ge-
neris musicorum, prosternat se, ⁊
adoret statuam auream. Siquis au-
tem non procidens adorauerit, mit
tatur in fornacem ignis ardentis.
Sunt ergo viri Iudei, quos consti-
tuisti super opera regionis Babylo-
nie, Sidrach, Misach, ⁊ Abdena-
go. Uiri isti contempserunt rex de-
cretum tuū: deos tuos nō colunt, ⁊
statuā aureā, quam erexisti, non ado
rāt. Tūc Nabuchodonosor rex i fu
rore ⁊ ira precepit, vt adducerentur
Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago: q̄
ꝯfestim adducti sunt in cōspectu re-
gis. Pronūciāsq̄ Nabuchodono-
sor rex, ait eis. Uerē ne Sidrach, Mi
sach, ⁊ Abdenago deos meos non
colitis, ⁊ statuā aureā quā constitui,
nō adoratis? Nūc ergo si estis para
ti, quacunq̄ hora audieritis sonitū
tube, fistule, cithare, sambuce, ⁊ psal-
terij, ⁊ symphonie, omnisq̄ gene-
ris musicorum, prosternite vos, ⁊
adorate statuam quā feci. Quod si
non adoraueritis, eādē hora mittē-
mini in fornacem ignis ardentis. Et
quis est deus, qui eripiat vos de ma
nu mea? Respondentes Sidrach,
Misach, ⁊ Abdenago, dixerūt Na-
buchodonosor regi. Non oportet
nos de hac re respondere tibi. Ec-
ce enim deus noster quē colimus,
potest nos eripere de camino ignis
ardentis, ⁊ de manibus tuis, o rex,
liberare. Quod si noluerit, notum
sit tibi rex: quia deos tuos non coli-
mus, ⁊ statuam auream quam erexi-
sti, non adoramus. Tunc Nabucho-
donosor repletus est furore: ⁊ aspe-
ctus faciei illius immutatus est su-
per Sidrach, Misach, ⁊ Abdena-
go. Et precepit vt succēderetur for-
nax septuplum, quām succēdi con-
sueuerat. Et viris fortissimis de ex-
ercitu suo iussit: vt ligatis pedibus
Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago,
mitterent eos in fornacem ignis ar-
dentis. Et confestim viri illi vincti
cū brachijs suis, ⁊ tiaris, ⁊ calcea-
mentis, ⁊ vestibus missi sunt in me-
dium fornacis ignis ardētis. Nā ius
sio regis vrgebat. Fornax autē suc-
censa

cēsa erat nimis. Porrò viros illos qui miserant Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago, interfecit flāma ignis. Uiri autem hi tres, idest, Sidrach, Misach, ⁊ Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammę laudantes deum, ⁊ benedicentes domino. Hic non dicitur Flectamus genua. Oratio.

O Mnipotēs sempiterne Deus, spes vnica mūdi, q prophetarū tuorū pręconio pręsentiū tēporū declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus, q₂ in nullo fideliū nisi ex tua inspiratiōe ꝓueniūt quarūlibet incremēta virtutū. Per do.

His expletis, si Ecclesia habuerit fontē baptismalē, sacerdos benedicturus fontē, accipit pluuiale violaceum, ⁊ ꝓcedit vsq₃ ad fontē, ꝓcedētibus ministris cū cruce, ⁊ cereo bñdicto accēso. Interea, dū descendit ad fontē, cantatur sequēs Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontem aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū: quando veniā: ⁊ apparebo ante faciē dei? ℣. Fuerūt mihi lacrymę meę panes die ac nocte: dū dr̄ mihi p singulos dies: vbi est deus tuus? Deinde sacerdos antequam intret ad benedictionem fontis, dicit hanc orationem ibi iuxta fontem. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

O Mnipotēs sempiterne deus, respice ꝓpitius ad deuotionē populi renascētis: qui, sicut ceruus, aquarū tuarū expetit fontē: ⁊ concede ꝓpitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio aiam corpusq₃ sanctificet. Per do. ℟. Amē. Postea ꝓcedit ad benedictionē fontis, dicēs ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

M. N. R.

O Mnipotens sempiterne deus, adesto magnę pietatis tuę mysterijs, adesto sacramentis: ⁊ ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostrę humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuę impleatur effectu. Per dñm nostrum Iesum.

Eleuans vocem in modum Pręfationis prosequitur.



Pręfatio.

Benedictio fontis.





Sacerdos diuidit aquam in modum crucis, dicens.




contrarię virtutis admistio:
non insidiando circúmuolet:
non latendo surrépat: non in-
ficiendo corrumpat.
Aquam manu tangit.
Sit hęc sancta ⁊ innocens crea-
tura, libera ab omni impugna-
toris incursu, ⁊ totius nequitię
purgata discessu. Sit fons vi-
uus, aqua regenerans, vnda
purificans: vt omnes, hoc la-
uacro salutifero diluendi, ope-
rante in eis spiritu sancto, per-
fectę purgationis indulgentiã
consequantur.
Facit cruces supra fontem dicens.
Unde bene ✠ dico te creatu-
ra aquę: per deum ✠ viuum:
per deum ✠ verum: per deũ
✠ sanctum: Per deum, qui te
in principio, verbo separauit
ab arida: cuius spiritus super
te ferebatur.
Diuidit aquam, ⁊ effundit in quatuor mũdi partes, dicens:
Qui te de paradisi fonte mana-
re fecit, ⁊ in quatuor fluminibus
diuidens, totam terram rigare

pręce-

precepit. Qui te in deserto ama-
rã, suauitate indita fecit esse po-
tabilem, ꝛ sitienti populo de pe-
tra produxit. Bene ✠ dico te
ꝛ per Jesum Christum filium
eius vnicũ dominũ nostrũ: qui
te in Chana Galileę signo ad-
mirabili, sua potentia cõuertit
in vinũ. Qui pedibus sup te am-
bulauit, ꝛ à Joanne in Jorda-
ne in te baptizatus est. Qui te
vnà cum sanguine de latere suo

ꝑduxit, ꝛ discipulis suis iussit,
vt credentes baptizarent in te,
dicens: Ite, docete oẽs gentes,
baptizantes eos, In nomine
patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti.

Mutat vocem, ꝛ prosequitur in modum lectionis.

Haec nobis precepta seruantibus, tu deus omnipotens clemens adesto: tu benignus adspira. Halat ter in aquã in modum crucis, dicẽs. Tu has simplices aquas tuo ore bñdicito: vt ꝑter naturalẽ emundationẽ, quaꝫ lauãdis possunt adhibere corporibꝰ, sint etiã purificãdis mẽtibus efficaces. Hic sacerdos ponit cereuꝫ parum intus in aquam: ꝛ resumens tonum prefationis dicit.

Descendat in hanc plenitudineꝫ
fontis virtus spiritus sancti.

Deinde extractũ cereũ de aqua iterũ ꝑfũdiꝰ mergit, aliquãto altiꝰ repetẽs, Descẽdat ĩ hãc. Postea extractũ rursus cereũ de aquã tertio immer-

mergẽs vsq3 ad fundũ, altiori adhuc voce repetit. Descẽdat, vt sup. Et deinde sufflãs ter in aquã, ꝓsequit.

Totamque huius aquę substantiam, regenerandi fęcundet effectu.


Hic tollit cereus de aqua, ꝫ prosequitur. Hic, omnium peccatorum maculę deleantur: hic, natura ad imaginem tuam condita, ꝫ ad honorẽ sui reformata principii, cunctis vetustatis squaloribus emundetur: vt omnis homo sacramentũ hoc regenerationis ingressus, in verę innocentię nouam infantiam renascatur.

Sequentia dicit legendo. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare viuos ꝫ mortuos, ꝫ seculum per ignem. ℟. Amen. Deinde per assistentes sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populũ. Et interim vnus ex ministris ecclesię accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendum in domibus, ꝫ alijs locis. His peractis sacerdos qui benedicit fontem, infundit de oleo Cathecumenorũ in aquã, in modum crucis, intelligibili voce dicẽs. Sãctificetur ꝫ fecundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam ęternam. ℟. Amen. Deinde infũdit de Chrismate, modo quo supra, dicens. Infusio Chrismatis domini nostri Jesu Christi, ꝫ spiritus sancti paracliti, fiat ĩ nomine sanctę Trinitatis. ℟. Amen. Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti ꝫ chrismatis, ꝫ de vtroque simul in modũ crucis infũdẽdo dicit. Cõmistio Chrismatis sãctificationis, ꝫ olei vnctionis, ꝫ aquę baptismatis, pariter fiat in nomine pa✠tris, ꝫ fi✠lij, ꝫ spiritus✠ sãcti. ℟. Amẽ. Tunc miscet ipsum oleũ cũ aqua, ꝫ spargit cũ manu sua per omnẽ fontẽ. Si aderunt baptizãdi, eos baptizat more cõsueto. Deinde dicuntur litanię. Postea rediẽs, preparat se pro Missa sollemniter celebranda.


¶ Ubi verò nō sunt fontes baptismales, finita vltima prophetia cum sua oratione, celebrans casula deposita, cuꝫ ministris ante altare procūbit: ⁊ alijs oībus genuflexis, cantantur Litanię in medio chori à duob⁹ cātoribus, vtroqꝫ choro idē simul respōdēte. Circa finē Litaniarū sacerdos ⁊ ministri ad sacrariuꝫ redeunt, ⁊ induuntur paramentis albi coloris: ⁊ interim accenduntur luminaria in altari. In fine Litaniarum, cātantur sollemniter Kyrie eleison. ⁊ repetuntur, vt in missa moris est:



Kyrie eleison. Christe ele-



ison. Chri ste au di nos.



Christe exaudi nos. Pater



de cęlis, deus, miserere nobis.




Fili redēptor mūdi, deus, mi-



serere nobis. Spiritus sancte,



deus, miserere nobis. Sancta



Trinitas vnus deus: miserere no-




bis. Sctā Maria: ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta virgo virginum, ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes sancti Angeli, ⁊ Archangeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituuꝫ ordines, orate.
Sancte Joannes baptista ora.
Omnes sācti Patriarchę, ⁊ Prophetę, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Omnes sancti apostoli, ⁊ euangelistę, orate pro nobis.
Omnes sancti discipuli dñi, orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Omnes sancti Martyres, orate p.
Sancte Syluester ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Augustine ora.
Omnes sancti Pontifices, ⁊ Confessores, orate pro nobis.
Omnes sancti doctores, orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Francisce ora.
Oēs scti sacerdotes, ⁊ leuitę, orate.
Omnes sancti Monachi, ⁊ Eremitę, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena ora.
Sancta Agnes ora.
Sancta Anastasia ora.
Omnes sanctę Uirgines, ⁊ viduę, orate pro nobis.

Omnes sancti ꝛ sanctę Dei, intercedite pro nobis.



Propitius esto: parce nobis dn̄e:
Propiti⁹ esto: exaudi nos domine.
Ab omni malo, libera nos dn̄e.
Ab omni peccato, libera nos dn̄e.
A morte perpetua, libera nos dn̄e.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libera nos domine.
Per aduentū tuū, libera nos dn̄e.
Per natiuitatē tuā, libera nos dn̄e.
Per baptismum ꝛ sanctum ieiuniū tuum, libera nos domine.
Per crucem ꝛ passionem tuam, libera nos domine.
Per mortem ꝛ sepulturam tuam, libera nos domine.
Per sanctam resurrectionē tuam, libera nos domine.
Per admirabilem ascensionē tuā, libera nos domine.
Per aduentum spiritus sancti paracliti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos domine.



Pctōres, te rogamus, audi nos.



Ut nobis parcas, te rog. au. nos.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere ꝛ cōseruare digneris, te rogam⁹.
Ut domnum apostolicum, ꝛ omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut inimicos sanctę Ecclesię humiliare digneris, te rogamus, audi.
Ut regibus ꝛ principibus christianis pacem ꝛ verā concordiā donare digneris: te roga. audi nos.
Ut nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare ꝛ cōseruare digneris: te rogamus, audi nos.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas: te rogamus, audi nos.
Ut fructus terrę dare ꝛ conseruare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam donare digneris: te rogamus, audi nos.
Ut nos exaudire digneris, te ro. au.



Agnus Dei, qui tollis peccata




mundi: parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Hic cantores sollemniter incipiunt Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison. ꝛ ter singula repetuntur. Interim sacerdos cum ministris in paramentis albis, accedit ad altare, ꝛ facit confessionem vt moris est in loco cōsueto: deinde ascēdēs osculat altare, ītēsat more solito, ꝛ finitis a choro Kyrie eleis. incipit solēniter Gloria ī excelsis Deo. ꝛ pulsant cāpanę. Quo finito dicit Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū. Orem⁹.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dn̄icę resurrectionis illustras: cōserua in noua familię tuę progenie adoptionis spiritum quē dedisti: vt corpore ꝛ mente

te renouati, purã tibi exhibeãt serui tutẽ. Per eũ. i vni. eius. Lectio epl'e btĩ Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. 3 Fratres: Si cõsurrexistis cum Christo: q̃ sursũ sunt q̃rite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Que sursuz sunt sapite: nõ q̃ sup terrã. Mortui enĩ estis: τ vita vestra abscõdita est cũ Christo ĩ Deo. Cũ autẽ Chr̃s apparuerit vita vestra: tũc τ vos apparebitis cũ ipso in gloria.

Finita epistola celebrans incipit.



Alle lu ia.

Et totum decantat ter, eleuando vocem gradatim: τ Chorus post quamlibet vicem, in eadem voce repetit illud idem. Postea Chorus prosequitur ℣. Cõfitemini dño q̃m bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Deinde dicit Trac. Laudate dñm omnes gentes, τ collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniã confirmata est sup nos misericordia eius, τ veritas dñi manet in eternũ. Ad euangelium non portantur luminaria: sed tantum incensum: τ petitur benedictio. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 28 Vespere autem sabbati, que lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, τ altera Maria videre sepulcrum. Et ecce, terremotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: τ accedens, reuoluit lapidez, τ sedebat super eum. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur: τ vestimentum eius, sicut nix. Pre timore autẽ eius, exterriti sunt custodes: τ facti sunt velut mortui. Respõdens aũt angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim q̃ Jesuz, qui crucifixus est, queritis. Non est hic. Surrexit eniz, sicut dixit. Venite, τ videte locũ, vbi positus erat dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius q̃r surrexit. Et ecce, precedet vos in Galileaz. Ibi eum videbitis. Ecce, p̃dixi vobis. Nõ di. Credo. sed finito euãgelio sacerdos dicit Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. τ postea. Oremus. Non dicitur Offer. Secreta.

Suscipe dñe, q̃s, preces populi tui, cuz oblationibus hostiarũ: vt paschalib9 initiata mysterijs ad eternitatis nobis medelã, te operante, proficiãt. Perdo. Prefatio.



Per oĩa secula seculorum. ℟.




Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et





cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dñm. ℣.





Gratias agamus dño deo nostro. ℟. Dignum τ iustum est.





Vere dignum τ iustũ est, equuz τ sa-

⁊ salutare: te quidē dñe omni
tempore, sed in hac potissimū
nocte gloriosius predicare, cū
Pascha nostrū immolatus est
xp̄s. Ipse enī verus est agnus,
qui abstulit peccata mūdi. Qui
mortē nr̄am moriēdo destruxit,
⁊ vitam resurgēdo reparauit.
Et ideo, cū angelis ⁊ archan-
gelis, cū thronis ⁊ dominatio-
nibus, cūq; omni militia cele-
stis exercitus, hymnum glorie
tue canimus, sine fine dicentes.

Infra actionem.

Communicātes, ⁊ noctē sacratissimā celebrātes resurrectionis dñi nostri Iesu Christi secundū carnem, sed ⁊ memoriam venerantes, ⁊c. Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre, sed ⁊ cuncte familie tue, quā tibi offerimus: pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ spiritu sancto, tribuens eis remissionem omniū peccatorū, quesumus domine, vt placatus accipias: diesq; nr̄os in tua pa. ⁊c. Dicitur Pax domini sit semper vobiscum. sed pacis osculū nō datur: nec Agnus Dei, Nec Postcōmunio, dicunt. Post sumptionē sacramenti, pro vesperis in Choro cantatur Añā. Alleluia, all'a, alleluia. ⁊ psal. Laudate dominum omnes gētes. cum Gloria patri. in fine, post quē repetitur eadē Antiphona. Non dicitur Capitulum, Hymnus, ⁊ Versus: sed statim sacerdos in cantu incipit Antiphonā ad Magnificat.

Vespe re au tem sab bati,

Deinde prosequitur chorus: que lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, videre sepulcrum, alleluia. Deinde cantatur Magnificat. cū Gloria patri. in fine, ⁊ repetita Antiphona, sacerdos dicit Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Spiritum nobis, domine, tue charitatis infunde: vt, quos sacra-

cramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per do. in vni. eius. Deinde dicit Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Postea Diaconus cantat.



℟. Deo gratias, alleluia, alleluia.

ORDINARIVM MISSAE.

Sacerdos cum ingreditur ad altare, signans se signo crucis, clara voce dicit.

IN nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. Deinde iūctis manibus ante pectus incipit cum ministris Añam. Introibo ad altare Dei. Ministri. ℟. Ad deū q lętificat iuuētutē meā. Postea alternatim cū ministris dicit sequētē psal.

IUdica me deus, & discerne causam meā de gēte non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui lętificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara deus Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Gloria patri. Repetit cum ministris Antiphonam. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum q lętificat iuuentutē meā. Signat se dicens ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram. Deinde iunctis manibus inclinatus facit confessionem. In missis defunctorum, & à Dominica Passionis vsque ad Sabbatum sanctum exclusiue in missis de tempore omittitur Psal. Iudica. cū Gloria patri, & repetitione añę: Sed dicto In nomine patris. Introibo. & Adiutorium, fit cōfessio, vt sequit.

COnfiteor deo omnipotenti, beatę Marię semper virgini, beato Michaeli Archāgelo, beato Ioanni Baptistę, sanctis apostolis Petro, & Paulo, omnibus sanctis, & vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, percutit sibi pectꝰ dicēs, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem archāgelum, beatum Ioannez Baptistā, sanctos apostolos Petrū & Paulum, omnes sanctos, & vos, fratres, orare pro me ad dñm Deū nostruz.

Ministri respondent.

MIsereat tui ops deus, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam ęternam. Sacerdos dicit, Amen. Deinde ministri repetunt Confessionem: & vbi à sacerdote dicebatur Vobis fratres, & Vos fratres, à ministris dicit, Tibi pater. & Te pater. Postea sacerdos iūctis manibus facit absolutionē, dicens.

MIsereat vestri ops deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos in vitā ęternam. ℟. Amen.

Signat se signo Crucis dicens.

Indul-

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors dominus. ℞. Amen. Inclinatus prosequitur ℣. Deus tu conuersus viuificabis nos. ℞. Et plebs tua lętabitur in te. ℣. Ostēde nobis domine misericordiā tuā. ℞. Et salutare tuum da nobis. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Ascendens ad altare dicit. Oremus.

Aufer a nobis, q̄s dñe, cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum puris mereamur mētibus introire. Per Christū dominum nostrū. Amen. Manibus iunctis super altare, inclinatus dicit.

Oramus te domine per merita sanctorum tuorū, osculatur altare dicēs, quorū reliquię hic sunt, et omniū sanctorū: vt indulgēre digneris omnia peccata mea. Amen. In missa sollēni, celebrās antequam legat introitum, benedicit incēsum, dicens. Ab illo bene✠dicaris, in cuius honore cremaberis. Amen. Et accepto thuribulo a diacono incēsat altare, dicēs. Dirigat dñe orō mea sicut incēsū i cōspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiam ori meo, et ostiū circunstantię labijs meis: vt non declinet cor meū in verba malitię, ad excusandas excusatiōes i peccatis. Deinde diacon⁹ recepto thuribulo a celebrāte, incēset illū tantū. Postea celebrās signās se signo crucis, icipit Introit. quo finito iūctis manib⁹ alternati cū ministris dicit.

Kyrie eleison, Kyrie eleisō, Kyrie eleisō. Christe eleisō, Christe eleison, Christe eleison. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleisō.

Postea ad medium altaris extendens et iungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendū est. Gloria in excelsis Deo. et prosequitur iunctis manibus. Cū dicit, Adoramus te, et Iesu Christe, et Suscipe deprecationem, inclinat caput: et in fine dicens Cum sancto spiritu. signat se.

In duplicibus et sollemnibus dieb.



Gloria in excelsis De o.

In missis beatę Marię.



Glo ri a in excelsis Deo.

In Dñicis, festis semiduplicibus, et infra octa. quę nō sunt beatę Marię.



Gloria in excelsis Deo.

In festis simplicibus.




Gloria in ex cel sis Deo.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Laudam⁹ te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi ꝓpter magnam gloriam tuam. Domine deus, rex celestis, deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Iesu Christe. Domine de⁹, agnus Dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem

tionē nostrā. Qui sedes ad dexterā patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu sol⁹ dominus. Tu solus altissimus Jesu Christe. Cū sancto spiritu, in gloria Dei patris. Amen. Sic dicitur Gloria in excelsis Deo. etiam in missis beatę Marię. Deinde osculatur altare in medio, ꝛ versus populum dicit ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cū spiritu tuo. postea dicit. Oremus. Deinde Orationes, vnam, aut plures, sequitur Epistola, Graduale, Alleluia, vel Tractus, Sequētia, vt tempus postulat. His finitis: si est missa sollemnis, diacon⁹ deponit librū euāgeliorū sup altare, ꝛ benedicto incēso vt supra, genuflexus manib⁹ iūctis ante mediū altaris dicit.

Munda cor meum ac labia mea omnipotens Deus: qui labia Isaię prophetę calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare: vt sanctum euangelium tuū dignè valeā nunciare. Per Christum dominum nostrū. Amen. Deinde accipit librū, ꝛ rursus genuflexus petit benedictionē a sacerdote dicens: Jube domne benedicere. Sacerdos respondet.

Dominus sit in corde tuo, ꝛ in labijs tuis: vt dignè ꝛ competēter annūcies euangeliū suū: in nomine patris, ꝛ filij, ✠ ꝛ spirit⁹ sācti. Deinde accepta benedictione osculatē manū sacerdotis: ꝛ cū alijs ministris, incēso, ꝛ luminaribus accedēs ad locū euangelij, stans, iunctis manibus dicit ℣. Dñs vobiscū. ℞. Et cum spiritu tuo. Pronūcians Sequētia sancti euangelij secundū N. Pollice dextrę manus signat librū euangelij, deinde frontem, labia, ꝛ pectus: ꝛ dum ministri respondent Gloria tibi domine, incensat ter librum, postea dicit euangelium iunctis manibus: Quo finito, Subdiaconus defert librū sacerdoti, qui osculatur euangeliū, dicēs, Per euāgelica dicta deleantur nostra delicta: deinde a Diacono sacerdos incēsat. Si vero sacerdos sine diacono ꝛ subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, stans ad medium altaris iunctis manibus, inclinatus, dicit Munda cor meum, ꝛ Jube domne benedicere, vt sup. ꝛ Dominus sit in corde meo ꝛ in labijs meis: vt dignè, ꝛ competenter annunciem euangelium suum. Deinde ad librū conuersus iunctis manibus dicit ℣. Dominus vobiscū. ℞. Et cum spiritu tuo: ꝛ pronuncians Initium, siue Sequentia sancti euangelij ꝛc. signat se, ꝛ legit euangelium, vt dictum est. Quo finito respondēt ministri, Laus tibi Chr̄e: ꝛ sacerdos osculatur euangelium, vt supra. In missis defunctorū dicitur Munda cor meū: sed non petitur benedictio, nō deferuntur luminaria, nec osculatē liber. Deinde ad mediū altaris extendens, ꝛ iungēs manus, dicit si dicendū est. Credo in vnum deū. ꝛ prosequitur iunctis manibus. Quando autē ventum est ad illud, Et incarnatus est, genuflectit vsque dum dicitur, Crucifixus etiam pro nobis. In fine ad Et vitam venturi, signat se signo crucis.



Credo in vnum Deum. Patrem omnipotentem, factorem celi ꝛ terrę, visibilium omnium ꝛ inui-

⁊ inuisibilium. Et in vnum dominũ Jesum Christuz, filium dei vnigenituz. Et ex patre natum, ante omnia secula. Deum de deo, lumen de lumine: deum verũ de deo vero. Genitum non factum, consubstantialẽ patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, ⁊ propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: ⁊ homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus ⁊ sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritũ sanctum dominum ⁊ viuificãtem: qui ex patre filioque procedit. Qui cuz patre, ⁊ filio simul adoratur, ⁊ conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam ⁊ apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionẽ peccatorũ. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amẽ. Deinde osculatur altare, ⁊ versus populum dicit ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea dicit Oremus. ⁊ Offertorium. Quo dicto, si est missa sollemnis, diaconus porrigit celebranti patenam cum hostia: si priuata, sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens dicit.

Suscipe, sãcte pater omnipotens, eterne Deus, hãc immaculatã hostiã: quã ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero, pro innumerabilibus peccatis ⁊ offensionibus ⁊ negligentijs meis, ⁊ pro omnibus circunstantibus, sed ⁊ pro omnibus fidelibus Christianis viuis atque defunctis: vt mihi ⁊ illis proficiat ad salutem in vitam eternam. Amen. Deinde reposita hostia super corporale, ministrat diaconus vinum, subdiaconus aquam in calice: vel, si priuata est missa, vtrunque infundit sacerdos, ⁊ aquam miscendam in calice benedicit, dicens.

Deus, qui humane substantie dignitatem mirabiliter condidisti, ⁊ mirabilius reformasti: da nobis per huius aque ⁊ vini mysteriũ, eius diuinitatis esse consortes, qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps, Jesus Christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti, deus: Per omnia secula seculorum. Amen. In missis pro defunctis dicitur predicta oratio: sed aqua non benedicitur.

Accipiens calicem, offert dicens.

Offerimus tibi domine calicez salutaris, tuã deprecantes clementiã: vt in cõspectu diuine maiestatis tue, pro nostra ⁊ totius mũdi salute cum odore suauitatis ascendat. Amẽ. Deinde posito calice sup corporale, ⁊ palla cooperto, iũctis manibus aliquantulũ inclinatus dicit.

In Spũ humilitatis, ⁊ ĩ animo cõtrito suscipiamur ã te dñe: ⁊ sic fiat sacrificiũ nostruz in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe Deus. Erectus expandit manus, easque in altũ porrectas iungens, eleuatis ad celũ oculis, ⁊ stati demissis, dicit.

Ueni sanctificator, omnipotẽs eterne Deus, benedicit oblata prose-

prosequendo: et bene ✠ dic hoc sacrificium tuo sancto nomini preparatum. Postea si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens.

Per intercessionem beati Michaelis archāgeli stātis à dextris altaris incēsi, et omniū electorū suorū, incensum istud dignetur dn̄s bene ✠ dicere, et in odorem suauitatis accipere. Per Christum dn̄m nostrū. Amē. et accepto thuribulo à diacono, incensat oblata, dicens.

Incensum istud à te benedictū, ascendat ad te domine: et descēdat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare, dicens.

Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinū. Pone dn̄e custodiam ori meo, et ostium circunstantie labijs meis: vt nō declinet cor meū in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis.

Dū reddit thuribulū diacono, dicit.

Accendat in nobis dominus ignem sui amoris, et flammam eterne charitatis. Amen. Postea incensatur sacerdos à diacono, deinde alij per ordinem. Interim sacerdos lauat manus, dicens.

Lauabo inter innocentes manus meas: et circūndabo altare tuum domine. Vt audiam vocem laudis: et enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tue, et locum habitationis glorie tue. Ne perdas cum impijs animam meā: et cum viris sanguinū vitam meā. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorū repleta est muneribus. Ego aūt in innocētia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. Gloria patri, et fi. Sicut erat in. In missis pro defunctis, et tēpore passionis in missis de tempore, omittitur Gloria patri. Deinde ad medium altaris, et aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascēsionis Jesu Christi domini nostri: et in honore beate Marie semper virginis, et beati Joānis Baptiste, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium sanctorum: vt illis proficiat ad honorē, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in celis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundē Christū dn̄m nostrū. Amē. Postea osculatur altare, et versus populum dicit.

Orate fratres: vt meum ac vestrum sacrificium, acceptabile fiat apud deum patrem omnipotentem. Circunstantes respondent: alioquin ipsemet sacerdos.

Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis vel meis, ad laudem et gloriam nominis sui: ad vtilitatem quoque nostram, totiusque ecclesie sue sancte. Amen.

Deinde manibus extensis absolute subiungit orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit.

Per omnia secula seculorum. cum Prefatione, vt in sequentibus. Prefatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super altare: quas aliquantulum eleuat, cum dicit Sursum corda. Jungit manus et caput

& caput inclinat, cum dicit Gratias agamus domino deo nostro. Deinde disiungit manus, & disiunctas tenet vsq; ad finem Præfationis, & iterum iungit cum dicit Sanctus &c.

¶ Sequēs Præfa. cū suo cantu dicit à Natiui. Dñi, vsq; ad Epipha. Et in Purifica. Bea. Mariæ virgi. Et in festo Corporis Christi, & per octauā. Et in Trāsfiguratione dñi.

Per omnia secu
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominū. ℣. Gratias agamus
domino Deo nostro. ℟. Di-
gnum & iustum est. Præfatio.
Vere dignum & iustū est, æquū
& salutare, nos tibi semper, & vbi-
que gratias agere, dñe sancte,
pater omnipotēs, æterne deus.
Qui per incarnati verbi myste-
riū noua mētis nostræ oculis lux
tuæ claritatis infulsit: vt dū visibi-
liter deū cognoscimus, p hūc in
inuisibiliū amorem rapiamur. Et
ideo, cū angelis & archangelis,
cum thronis & dominationibus,
cumque omni militia cælestis
exercitus, hymnū gloriæ tuæ ca-
nimus,

nimus, sine fi ne dicentes.

Infra actionem.

Communicantes et diem vel noctem sacratissimã vel sacratissimum celebrantes: qua vel quo beate Marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorem: Sed et memoriam venerantes, in primis eiusdem gloriose semperqz virginis Marie genitricis eiusdem Dei et domini nostri Jesu Christi: Sed et beatorum apostolorum, etc.

In prima Missa dumtaxat dicitur noctem sacratissimam, Deinde semper dicitur diem sacratissimum, vsque ad octauam Natiuitatis Domini inclusiue, et non vltra.

¶ Sequẽs prefatio cũ suo cãtu dr in Epiphania Dñi, et per octauam.

Per omnia secula seculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.

℟. Et cuz spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum et iustum est.

Prefatio.

Vere dignum et iustum est, equum et salutare: nos tibi semper et vbique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus.

Quia cum vnigenitus tuus in substantia nostre mortalitatis apparuit, noua nos immortalitatis sue luce reparauit.

Et ide o, cum an ge lis

⁊ archangelis, cum thronis:

⁊ dominationibus, cumque

omni mili tia celestis exerci-

tus, hymnum glorię tuę cani-

mus, si ne fi ne dicentes.

Infra actionem.

Cõmunicãtes, ⁊ diem sacratissimum celebrãtes: quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate carnis nostrę visibiliter corporalis apparuit: Sed ⁊ memoriã venerantes in primis gloriosę semperqȝ virginis marię, genitricis eiusdem dei ⁊ dñi nostri Jesu Christi: Sed ⁊ beatorũ aplõrum, ac martyr tuorũ Petri ⁊ Pauli, ⁊c.

Et dicitur per totam octauam.

¶ Sequens Pręfatio cũ suo cãtu dicit' in Dñicis Quadragesimę, ⁊ in in festis duplicibus ⁊ semidu. in ea occurrẽtibus, vsqȝ ad dñicaz passionis, nisi in festis propria assignetur.

Per omnia secu-

la seculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sur-

sum corda. ℟. Habemus ad

dominũ. ℣. Gratias agamus

domino Deo nostro. ℟. Di-

gnum ⁊ iustum est.

Pręfatio.

Vere dignum ⁊ iustum est,

ęquum ⁊ salutare: nos tibi

semper ⁊ vbique gratias

agere: domine sancte, pater

omnipotens, ęterne deus:

Qui corporali ieiunio vitia

com-

comprimis mentem eleuas, virtutem lar giris & pre- mia: per Christum do mi- num nostrum. Per quem ma- iestatem tuã laudant Angeli, adorant domina tio nes, tre- munt potestates. Celi, celo- rumqz virtutes ac bea ta Se- raphim, so cia ex ulta tio- ne concelebrant. Cũ quibus & nostras voces vt admitti iubeas de pre camur, sup- plici confes sione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cãtu dicitur in Dominica Passionis, in Dñica Palmaruz, in Feria quinta in Cena dñi, & in festis duplicib. & semiduplicibus eo tempore occurrẽtibus, nisi in festis propria assignet: Et in sollemnitatib⁹ sancte Crucis.

PEr omnia secu- la secu lo rum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. ℣. Sur- sum corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Di- gnum & iustum est.

Prefatio.

Vere dignum & iustum est, equum

ęquum ⁊ salutare: nos tibi
semper ⁊ vbique gratias
agere, domine sancte, pater
omnipotens, ęterne Deus.

Qui salutem humani generis
in ligno Crucis consti tui-
sti: vt vnde mors orie ba-
tur, inde vita resurgeret: ⁊
qui in ligno vincebat, in li-
gno quoque vinceretur: per
Christum dominum nostruꝫ.

Per quem maiestatem tuam
laudant angeli, adorant do-
mina tio nes, tremunt po-
te sta tes: Cęli cęlorumque
virtu tes, ac bea ta Sera-
phim, so cia exultati o ne
concelebrant. Cum quibus
⁊ nostras voces, vt admitti
iubeas de pre camur, sup-
plici confessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dicitur à die Paschę vsque ad octauam: ⁊ in Dominicis vsque ad Ascensionem: ⁊ in festis duplicibus, ⁊ semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi propria in festis assignetur. Et vsque ad sabbatum in Albis inclusiue dicitur In hac potissimum die: Deinceps dicitur In hoc potissimum.

Per


Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dominus vo-
biscum. ℟. Et cum spiritu
tuo. ℣. Sursum corda. ℟.
Habemus ad dominum.
℣. Gratias agamus domi-
no deo nostro. ℟. Di-
gnum ⁊ iustum est. Prefatio.
Vere dignum ⁊ iustum est,
equum ⁊ salutare.
Te quidem domine omni tem-
pore, sed in hac potissimum die
gloriosius predicare, cuꝫ Pa-
scha nostrũ immolatus est xp̃s.
Ipse enim verus est agnus, qui
abstulit peccata mũdi. Qui mor
tẽ nostram moriendo destru-
xit, ⁊ vitam resurgendo repa-
rauit. Et ideo, cum an-
gelis ⁊ archangelis,
cum thronis ⁊ dominatio-
nibus, cumque omni mili-
tia celestis exercitus, hym-
num

num glorię tuę canimus,

si ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes Resurrectionis domini nostri Jesu Christi secundum carnem: Sed & memoriam venerantes in primis gloriosę semperque virginis Marię, genitricis eiusdem dei & domini nostri Jesu Christi: &c. Sequitur.

Hanc igitur oblationez servitutis nostrę: sed & cunctę familię tuę quam tibi offerimus pro his quoqz, quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, q̄s. &c.

Sic dicitur à vigilia Paschę vsque ad sabbatum in albis inclusiuè.

¶ Sequens Prefatio cum suo cātu dicitur à die Ascensionis, vsque ad vigiliam Pentecostes exclusiuè, & in festis tunc occurrentibus.

Per omnia secu-

la se cu lo rum.

℟. Amen. ℣. Dominus vo-

biscum. ℟. Et cum spiritu

tuo. ℣. Sursum corda. ℟.

Habemus ad dominum.

℣. Gratias agamus domi-

no Deo nostro. ℟. Di-

gnum & iustum est. Prefatio.

Vere dignum & iustum est,

ęquum & salutare: nos tibi

semper & vbique gratias age-

re: domine sancte, pater om-

nipotens, ęterne deus: per

Christuz dominum nostrum.

Qui post Resurrectionem suam

suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernentibus est eleuatus in celum, vt nos diui ni ta tis sue tribueret esse par ti- cipes. Et ide o, cum an- gelis et ar chan ge lis, cum thronis et domi na tio- nibus, cumque omni mili- ti a celestis exercitus, hy- mnum glo rie tue canimus, si ne fi ne di cen tes.

M. N. R.

Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes: quo dominus noster vnigenitus filius tuus vnitã sibi fragilitatis nostre substãtiã in glorie tue dextera collocauit: Sed et memoriã venerantes, in primis gloriose semper virginis, genitricis eiusdem Dei et domini, etc.

Et dicitur per totam octauam.

¶ Seques Pr[e]fatio cu suo cantu dicitur a vigilia Pentecostes vsque ad sequens sabbatum inclusiue.

Per omnia secu- la seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vo- biscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domi- no Deo nostro. ℟. Di-

gnum ꝛ iustum est. **Pręfatio.**

Vere dignum ꝛ iustum est, ęquum ꝛ salutare: nos tibi semper ꝛ vbique gratias age-re: domine sancte, pater om-nipotens, ęterne deus: per Christum dominum nostrum.

Qui ascendens super omnes cęlos, sedensqꝫ ad dexteram tuam, promissum spiritum san-ctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Qua pro-pter profusis gaudijs, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed ꝛ su per ne vir tu tes atque Ange-li cę po te sta tes, hy-mnum glorię tuę concinunt, si ne fi ne di cen tes.

Infra actionem.

Communicantes, ꝛ diem sa-cratissimuꝫ Pentecostes ce-lebrantes: quo spiritus sanctus apo-stolis innumeris linguis apparuit. Sed ꝛ memoriam, ꝛc. **Sequitur.**

Hanc igitur oblationeꝫ seruitutis nostrę: sed ꝛ cunctę familię tuę: quaꝫ tibi offerimus, pro his quoqꝫ quos regenerare dignatus es ex aqua ꝛ spiritu sancto, tribuēs eis remissio-nem omnium peccatorum, quęsu-mus dn̄e vt placatus accipias, dies-que nostros ī tua pace disponas. ꝛc.

Et dicitur vsque ad sequens Sab-batum inclusiue.

¶ Sequens Pręfatio cū suo cātu dicitur in festo Sanctę Trinitatis.

Per


Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominũ. ℣. Gratias agamus
domino deo nostro. ℟. Di-
gnum et iustum est. Prȩfatio.
Vere dignum et iustum est,
ęquum et salutare: nos tibi
semper et vbique gratias age-
re: domine sancte, pater omni-
potens, ęterne Deus.
Qui cum vnigenito filio
tuo, et spiritu sancto, vnus es
deus, vnus es dominus: Non
in vnius singularitate perso-
nę, sed in vnius Trinitate sub-
stantię. Quod enim de tua
gloria reuelante te credimus,
hoc de filio tuo, hoc de spiri-
tu sancto, sine differẽtia discre-
tionis sentimus. Ut in confes-
sione verę, sempiternęque dei-
tatis,

tatis, & in personis proprie-
tas, & in essentia vnitas, & in
maiestate adoretur æqualitas.
Quam laudant Angeli, atque
Archangeli, Cherubim quo-
que ac Seraphim, qui non
cessant cla mare quoti die
vna voce dicentes.

¶ Sequens Præfatio cũ suo cãtu dicit̃ in festis sanctæ Mariæ & p eius octauas (excepto festo Purificationis, in quo dicit̃ de Natiuitate) etiã in festis infra eas ocurrẽtibus, si propriã non habuerint, & in Missis votiuis de beata Maria: in qbus dicit̃, & te in veneratione: in festis autem dicitur, & te in Annunciatione, vel Visitatione, vel Assũptione, vel Natiuitate, vel Conceptione, secundum denominationẽ festi: & in festo sanctæ Mariæ ad Niues, dicitur & te in Festiuitate.

Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominũ. ℣. Gratias agamus
domino deo nostro. ℟. Di-
gnum & iustum est.

Præfatio.

Verè dignum & iustum est,
æquum & salutare: nos tibi
semper & vbique gratias age-
re: domine sancte, pater omni-
potens

potens, ęterne Deus,

Et te in veneratione beatę
Marię semp virginis collau-
dare, benedicere, ⁊ pręedicare.
Quę ⁊ vnigenitũ tuum sancti
spiritus obumbratione conce-
pit: ⁊ virginitatis gloria per-
manente, lumen ęternũ mũdo
effudit Jesum Christuz domi-
num nostrum. Per quem ma-
iestatez tuam laudant Angeli,
adorant domina tio nes, tre-
munt potestates. Cęli, cęlo-
rumqz virtutes ac beata Se-
raphim, so cia ex ulta tio-
ne concelebrant. Cũ quibus
⁊ nostras voces vt admitti
iubeas de pre ca mur sup-
plici confessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cãtu dicitur in festis Apostolorum ⁊ Euangelistarum, ⁊ per octauas eorum, ⁊ in festis infra eas occurrentibus, nisi propria assignetur.

Per omnia secu-
la seculorum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et

℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominũ. ℣. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est. Prefatio.

Vere dignum ⁊ iustum est, equum ⁊ sa lu ta re: Te domine suppliciter exorare: vt gregem tuũ pastor eterne nõ deseras: sed per beatos apostolos tuos cõtinua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidẽ cõtulisti preesse pastores. Et ideo, cum angelis ⁊ archangelis, cũ thronis ⁊ dominationibus, cumque omni militia celestis exercitus, hymnum glorie tue canimus, si ne fi ne dicentes.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cãtu dicitur in omnibus festis duplicibus, ⁊ per octauas eorũ, ⁊ in omnibus semiduplicibus, ⁊ dominicis diebus vbi propria non habetur.

Per omnia seculа seculorum. ℟. Amen.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominũ. ℣. Gratias agamus
domino deo nostro. ℟. Di-
gnũ et iustum est.

Prefatio.

Vere dignum et iustum est,
ęquum et salutare: nos tibi semp
et vbiq; gratias agere, dñe san-
cte, pater oĩpotẽs, ęterne De-
us, per Christũ dñm nostrum.
Per quẽ maiestatẽ tuã laudant
angeli, adorãt dominationes,
tremunt potestates. Cęli cęlo-
rumq; virtutes ac beata Sera-
phim, so cia exulta ti o ne
concelebrant. Cum quibus
et nostras voces vt admitti
iubeas deprecamur, suppli-
ci confessio ne dicentes.
Sanctus, Sanctus, Sanctus do
minus Deus sabaoth. Pleni sunt
celi et terra gloria tua. Osanna in ex-
celsis. Benedictus qui venit in no-
mine domini. Osanna in excelsis.

¶ Sequens Prefatio cum suo cantu dr in diebus ferialibus Quadrage. a quarta feria Cinerum vsque ad sabbatum ante dominicam passionis inclusive.

Per omnia secu-
la seculorum
℟. Amen.


℟. Amen. ℣. Dominus vo-
biscum. ℟. Et cum spiritu
tuo. ℣. Sursum corda. ℟.
Habemus ad dominum.
℣. Gratias agamus domi-
no Deo nostro. ℟. Di-
gnum ⁊ iustum est.
Prefatio.
Vere dignum ⁊ iustum est,
ęquum ⁊ salutare: nos tibi
semper ⁊ vbique gratias age-
re: domine sancte, pater om-
nipotens, ęterne deus:
Qui corporali ieiunio vitia cō-
primis, mentem eleuas, virtu-
tem largiris ⁊ pręmia: per
Christum dominum nostrum.
Per quem maiestatem tuam
laudant angeli, adorant do-
mina tio nes, tremunt po-
testates: Cęli cę lo rumque
virtutes, ac bea ta Se ra-
phim, so cia exulta tione
concelebrant. Cum quibus
⁊ nostras voces, vt admitti
iubeas

iubeas de pre camur, sup-

plici confes sione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cũ suo cãtu dicitur in diebus ferialibus, à dominica Passionis vsque ad feriã quintam in Cena domini: Et in Missis votiuis sancte Crucis.

Per omnia secu-

la se cu lo rum.

℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.

℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sur-

sum corda. ℟. Habemus ad

dominũ. ℣. Gratias agamus

domino Deo nostro. ℟. Di-

gnum & iustum est. Prefatio.

Vere dignum & iustum est,

equum & salutare: nos tibi

semper & vbique gratias age-

re: domine sancte, pater om-

nipotens, eterne deus:

Qui salutẽ humani generis in

ligno Crucis cõstituisti, vt vn-

de mors oriebat, inde vita re-

surgeret, & q in ligno vincebat,

in ligno quoq; vin ceret, Per

Christũ dñm nostrũ. Per quẽ

maiestatẽ tuã laudant angeli,

ado-

adorāt dominationes, tremūt
potestates. Celi celorūqꝫ vir-
tutes, ac beata Seraphī, socia
exultatione cōcelebrant. Cum
quibus & nostras voces vt ad-
mitti iubeas deprecamur, sup-
plici confessione dicentes.

¶ Sequens Prefatio cū suo cātu dicitur in diebus ferialibus ab octaua Pasche vsque ad Ascensionem Domini: Et in festis simplicibus eo tempore occurrentibus.

Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominū. ℣. Gratias agamus
domino Deo nostro. ℟. Di-
gnum & iustum est.

Prefatio.

Vere dignū & iustū est, equū
& salutare: Te qdem dñe omni
tempore, sed in hoc potissimū
gloriosius predicare, cū Pa-
scha nostrū immolatꝰ est Chri-
stus. Ipse eniz verꝰ est Agnꝰ,
qui abstulit peccata mundi.

Qui mortē nostram moriendo
destruxit, & vitam resurgendo
reparauit. Et ideo cum ange-
lis & archangelis, cum thronis
& dominationibus, cumq; om-
ni militia cęlestis exercitus,
hymnum glorię tuę canimus,
sine fine dicentes.

¶ Sequens pręfatio cum suo cātu dicitur in Missis votiuis de sancta Trinitate.

Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
M. N. R.

℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sur-
sum corda. ℟. Habemus ad
dominū. ℣. Gratias agamus
domino Deo nostro. ℟. Di-
gnum & iustum est.

Pręfatio.

Vere dignum & iustum est,
ęquum & salutare: nos tibi
semper & vbique gratias
agere, domine sancte, pater
omnipotens, ęterne Deus.
Qui cum vni ge ni to fi li o
tuo, & spiritu sancto, vnus es
o deus,





¶ Sequens Prefatio cum suo cãtu dicitur in Missis votiuis de Spiritu Sancto.



domino Deo nostro. ℟. Di-
gnum et iustum est. Pręfatio.

Vere dignum et iustum est,
ęquum et salutare: nos tibi
semper et vbique gratias age-
re: domine sancte, pater om-
nipotens, ęterne deus: per
Christum dominum nostrum.
Qui ascendens super omnes
cęlos, sedensque ad dexteram
tuam, promissum Spiritum
sanctum in filios adoptionis
effudit. Qua propter profusis
gaudijs, totus in orbe terra-
rum mundus exultat. Sed
et supernę virtutes, atque
Angelicę pote states, hy-
mnum glorię tuę concinunt,
sine fine dicentes.

¶ Sequens pręfatio cū suo cantū dicitur in Missis votiuis de Apostolis.

Per omnia secu-
la seculorum.
℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sur-

sum corda. ℟. Habemus ad
dominũ. ℣. Gratias agamus
domino Deo nostro. ℟. Di-
gnum ꝛ iustum est. Prȩfatio.

Verè dignum ꝛ iustum est,
ȩquum ꝛ sa lu ta re:
Te domine suppliciter exo-
rare, vt gregem tuum pastor
ȩterne non deseras: sed per
beatos apostolos tuos con-
tinuapro tectione cu stodi-
as. Ut iisdem recto ri bus
gubernetur: quos operis tui
vica rios eidem con tulisti
prȩesse pasto res. Et ideo
cum Angelis, ꝛ Archange-
lis, cum thronis ꝛ domina-
tionibus, cumque om ni
mi li tia cȩlestis exerci tus.
hymnum glorię tuȩ canimus,
sine fine dicentes.


¶ Sequens Prȩfatio cũ suo cãtu dicit in festis simplicibus ꝛ diebus ferialibus, vbi propria nõ habetur.

P Er omnia secu
la seculorum. ℟. Amen.





Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus sabaoth. Pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine dñi. Osanna in excelsis.


I·N·R·I

SACERDOS

extendens ⁊ iungens manus, eleuans ad celum oculos ⁊ statim demittens, inclinatus ante altare dicit.



Te igitur clementissime Pater, per Jesum Christum filium tuum dominuz nostrum, supplices rogamus, ac petimus, Osculatur altare. Uti accepta habeas, ⁊ benedicas, Signet ter super oblata. Hec ✠ dona, hec ✠ munera, hec ✠ sctã sacrificia illibata. Extẽsis manibus prosequitur. In primis que tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quaz pacificare, custodire, adunare, ⁊ regere digneris toto orbe terrarum: vnà cũ famulo tuo Papa nostro N. ⁊ antistite nostro N. ⁊ omnibus orthodoxis: atque catholice ⁊ apostolice fidei cultoribus.

Commemoratio pro viuis.

Memento domine famulorum famularumque tuarum N. iungit manus: orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde extensis manibus prosequitur. Et omnium circunstã tium: quorũ tibi fides cognita est, ⁊ nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisq; omnibus: pro redemptione animarum suaru; pro spe salutis ⁊ incolumitatis sue: tibique reddunt vota sua eterno deo viuo ⁊ vero.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ memoriam venerantes: in primis gloriose semper virginis Marie, genitricis Dei, ⁊ dñi nostri Jesu Christi, Sed ⁊ beatorũ apostolorũ, ac martyrum tuorũ, Petri ⁊ Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei. Simonis, ⁊ Thadei, Lini, Cleti, Clemẽtis, Xisti, Cornelii, Cypriani, Laurẽtij, Chrysogõi, Joãnis ⁊ Pauli, Cosme ⁊ Damiani: Et omniũ sãctorũ tuorum: quorum meritis precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Jungit manus. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Tenens manus extensas super oblata dicit.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre, sed ⁊ cuncte familie tue, quesumus domine, vt placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab eterna damnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. iungit manus. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Quam oblationẽ tu deus in omnibus, q̃sumus, signat ter super oblata. bene ✠ dictam, ascri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris, signat semel super hostiã, ⁊ semel super calicẽ vt nobis cor ✠ pus, ⁊ san ✠ guis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri Jesu Christi.

Qui pridie, quam pateretur, accipit hostiam, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, eleuat oculos ad celum. Et eleuatis oculis in celum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens, signat super hostiam: bene ✠ dixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, accipite ⁊ manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hostiam: profert verba consecrationis distincte, secrete, ⁊ attente.

Hoc est enim corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim hostiam consecratam genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, reponit super corporale, iterum adorat, et non disiungit pollices et indices, nisi quando hostia tractanda est, vsque ad ablutionem digitorum. Tunc detecto calice dicit.

Simili modo postquam cenatum est, ambabus manibus accipit calicem accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, sinistra tenens calicem, dextra signat super eum, Bene ✠ dixit, deditque discipulis suis, dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Profert verba consecrationis super calicem tenens illum parum eleuatum.

Hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Prolatis verbis consecrationis, deponit calicem super Corporale, et genuflexus adorat: surgit, et ostendit populo, dicens. Hec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. deponit, cooperit, et iterum adorat. Deinde disiunctis manibus dicit.

Vnde et memores domine nos serui tui, sed et plebs tua sancta, eiusdem Christi filij tui domini nostri tam beate passionis, necnon et ab inferis Resurrectionis, sed et in celos gloriose Ascensionis, offerimus preclare maiestati tue, de tuis donis ac datis, signat ter super hostiam et calicem simul, hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam, signat semel super hostiam, et semel super calicem. panem ✠ sanctum vite eterne, et calicem ✠ salutis perpetue. extensis manibus prosequitur.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris, et accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, et sacrificium patriarche nostri Abrahe: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Profunde inclinatus iunctis manibus dicit.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: iube hec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Ut quotquot (osculatur altare) ex hac altaris par-

participatione, sacrosanctum filij tui. signat semel super hostiam, et semel super calicem. Cor✠pus et san✠guinem sumpserimus, seipsum signat, omni benedictione celesti et gratia repleamur. Per eundē Christum dominum nostrū. Amē.


Cōmemoratio pro defunctis.

Memento etiā domine famulorum famularumque tuarum: qui nos precesserunt cum signo fidei: et dormiunt in somno pacis. N. iungit manus, orat aliquantulū pro his defunctis, pro quibus orare intēdit: deinde extensis manibus prosequitur. Ipsis domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locū refrigerij, lucis, et pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundē Christum dn̄m nostrum. Amen.

Percutit pectus elata parum voce dicens.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarū sperantibus, partē aliquam et societatē donare digneris, cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cū Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexādro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia: et omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortiū, non estimator meriti, sed venie, quesumus, largitor admitte. Per Christum dominum nostrum.

Per quem hec omnia dn̄e semper bona creas: signat ter sup hostiam, et calicem simul dicens. San✠ctificas: viui✠ficas: bene✠dicis, et prestas nobis, discooperit calicē, genuflectit, accipit sacramentum dextera, tenens sinistra calicem: signat cum hostia ter a labio ad labium calicis dicens. Per ip✠sum, et cum ip✠so, et in ip✠so, bis signat inter pectus et calicem. est tibi Deo patri ✠ omnipotenti, in vnitate spiritus ✠ sancti, elevans parum calicem cum hostia dicit. omnis honor et gloria, reponit hostiā, cooperit calicem, genuflectit, surgit, et dicit.




Pater

PAter noster, qui es in cę-
lis: sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum. Fiat
voluntas tua, sicut in cęlo, ⁊
in terra. Panez nostrum quo-
tidianum da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra,
sicut ⁊ nos dimittimus debi-
toribus nostris. Et ne nos
in du cas in ten ta tio nem.
℟. Sed libera nos à malo.
Sacerdos secretè respondet. Amē.

¶ Supradictus cantus dicitur in festis duplicibus, ⁊ solēnibus diebꝰ.

¶ Sequens cantus dicitur in festis simplicibus, ⁊ ferialibus diebus.

PEr omnia secula secu-
lorum. ℟. Amen.
Oremus. Pręceptis saluta-
ribus moniti, ⁊ diuina institu-
tione formati audemus dicere.
PAter noster, qui es in cęlis:
Sanctificetur nomen tuum.
Adueniat regnum tuum. Fiat
voluntas tua, sicut in cęlo, ⁊ in
terra. Panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie. Et
dimitte



Sacerdos submissa voce dicit Amen. Deinde accipit patenam inter indicem & medium digitos, & dicit.

Libera nos, quesumus domine, ab omnibus malis, preteritis, presentibus, & futuris: & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, & sanctis apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea cum omnibus sanctis: signat se cum patena a fronte ad pectus. Da propitius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti, & a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Submittit patenam hostie, discooperit calicem, genuflectit, surgit, accipit hostiam, frangit eam super calicem per medium, dicens.

Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Partem, que in dextera est, ponit super patena. Deinde ex parte, que in sinistra remanserat, frangit particulam dicens. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super patenam, & dextera tenens particulam paruam super calice, sinistra calicem, dicit.



Cum ipsa particula signat ter super calicem, dicens.



Particulam ipsam imponit in calicem, dicens secrete.

Haec commistio & consecratio corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam eternam. Amen. cooperit calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus sacramento, iunctis manibus, & ter pectus percutiens dicit.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.
In missis pro defunctis, omisso miserere nobis, dicitur, dona eis requiē: ꝛ tertio additur sempiternā. Deinde iunctis manibus inclinatus dicit sequentes orationes.

Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata mea, sed fidem ecclesie tue: eamque secundum voluntatem tuā pacificare ꝛ coadunare digneris. Qui viuis ꝛ regnas deus. Si dāda est pax, osculat altare, ꝛ dans pacem dicit. Pax tecū.
℟. Et cum spiritu tuo. In missis defunctorum non datur pax, neque dicitur precedens Oratio.

Domine Iesu Christe, fili dei viui, qui ex voluntate patris cooperāte Spiritu sancto, per mortem tuam mundum viuificasti: libera me per hoc sacrosanctū corpus, ꝛ sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis ꝛ vniuersis malis: ꝛ fac me tuis inherere mandatis, ꝛ a te nunquam separari permittas. Qui cum eodem deo patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas deus in secula seculorum. Amen.

Perceptio corporis tui domine Iesu Christe, quod ego indignus sumere presumo, non mihi proueniat in iudiciū ꝛ condemnationē: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentū mentis ꝛ corporis, ꝛ ad medelaȝ percipiendam. Qui viuis ꝛ regnas cū deo patre, in vnitate spiritus sctī deus: per omnia secula seculorum. Amen. Genuflectit, surgit, ꝛ dicit.

Panem celestem accipiaȝ, ꝛ nomē domini inuocabo. Accipit ambas partes hostie inter polliceȝ, ꝛ indicem sinistre manus, ꝛ patenā inter eundem indicem ꝛ medium, ꝛ dextera percutiēs pectus, dicit ter.

Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, ꝛ sanabitur anima mea. Postea dextera se signās cum hostia super patena, dicit.

Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in vitam eternaȝ. Amen. Sumit ambas partes hostie, iungit manus, ꝛ quiescit aliquantulum. Deinde discooperit calicem, genuflectit, extergit patenam super illum, ꝛ dicit.

Quid retribuam domino pro omnibus, que retribuit mihi: Calicem salutaris accipiam, ꝛ nomen dn̄i innocabo. Laudās inuocabo dn̄s, ꝛ ab inimicis meis saluꝰ ero. Accipit Calicē, ꝛ eo se signās dicit.

Sanguis domini nostri Iesu Christi custodiat animaȝ meā in vitam eternaȝ. Amen. Sumit totum sanguineȝ cum particula. Quo sumpto, siqui sunt communicandi, eos communicet, antequam se purificet. Postea dicit.

Quod ore sumpsimus Dn̄e, pura mēte capiamus: ꝛ de munere tēporali fiat nobis remediū sempiternum. Interim porrigit calicē ministro, qui infundit ei parū vini, quo se purificat: deinde ꝓsequitur.

Corpꝰ tuū, dn̄e, quod sumpsi, ꝛ sanguis quem potaui, adhereat visceribus meis, ꝛ presta: vt in me non remaneat sceleruȝ macula: queȝ pura ꝛ sancta refecerunt sacramenta. Qui viuis ꝛ regnas in secula seculo-

seculorum. Amen. Abluit digitos, extergit, & sumit ablutionē, extergit calicem, & plicato corporali operit more solito. Deinde prosequit missam. Dicto post vltimam orationē. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. dicit Ite missa est, vel Benedicamus domino, ꝓ qualitate missę. ℟. Deo gratias. In missis defunctorū, Requiescant in pace. ℟. Amē. Tempore Paschali, hoc est à Missa Sabbati sancti vsque ad Sabbatum in Albis inclusiue.






In festis duplicib9.





In missis beatę Marię.



In festis semiduplicibus: infra octauas: & Dominicis diebus infra annum.



In festis simplicib9.



In Dominicis diebus tempore Aduentus, & Quadragesimę.



In ferijs.



In missis defunctorum.



Dicto Ite missa est, vel Benedicamus domino, inclinat se ante medium Altaris, & dicit.

Placeat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meę, & pręsta: vt sacrificiū, qđ oculis tuę maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihique, & omnibus ꝓ quibus illud obtuli, sit te miserāte ꝓpitiabile. Per Christū dñm nostruȝ. Amen. Deinde benedicit populū. Benedicat vos omnipotens Deus, pa ✠ ter: & fi ✠ li9: & Spiritus ✠ sanctus. In missis priuatis semel tātuȝ beñedicit. Deinde in cornu euāgelij dicto, Dominus vobiscum, & Initium, vel Sequentia sancti euāgelij, signans vt supra in Euangelio, legit Euangelium secundum Joannem. In principio erat verbum. vel aliud Euangelium, vt dictum est in rubricis generalibus.

¶ In missis defunctorum non datur benedictio: sed dicto Requiescant in pace. dicit Placeat. deinde Euāgeliū sancti Joannis, vt sup.

¶ Finito Euangelio sancti Joannis discedens pro gratiarum actione dicit Añā. Trium puerorū &c. vt habetur in principio Missalis.

DOMINICA RESVRRE-
ctionis Domini.

Statio ad Sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

psal. 138



Resurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia: posuisti super me manum tuam, alleluia mirabilis facta est scientia tua, Alleluia, alleluia. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui san. Oratio.

Deus, qui hodierna die, per vnigenitum tuum, ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, quę preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuū. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1.c.5

Fratres: Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua conspersio: sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento malitię & nequitię: sed in azymis synceritatis & veritatis. Graduale. Hęc dies, quam fecit dominus, exultemus & lętemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum

psal. 117

misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus. Sequentia.

Victimę paschali laudes immolent Christiani. Agnus redemit oues: Christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors, & vita, duello conflixere mirando: dux vitę mortuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulcrum Christi viuentis: & gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes, sudarium, & vestes. Surrexit Christus spes mea: precedet vos in Galilęam. Scimus Christum surrexisse à mortuis verè: tu nobis victor rex miserere. Amen. Alleluia.

Sequentia dicitur vsque ad sabbatum in albis inclusiuè.

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.



ca.16

In illo tempore: Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salóme, emerūt aromata: vt venientes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris: coopertum stola candida: & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesū quęritis

Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic: ecce locus, vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro: q̃ pręcedet vos in Galilęam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offertorium. [psal. 75] Terra tremuit, & quieuit, dũ resurgeret in iudicio Deus, Allã. Secr.

Suscipe, quęsumus domine, preces populi tui cũ oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominũ. Pręfatio. Te quidem. fol. 99. Cõmunio. [1.cor. 5] Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia: itaque epulemur in azymis synceritatis & veritatis, Alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt, quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominũ. in vnitate eiusdem. post Dominus vobiscum, dicitur Ite missa est, Alleluia, alleluia. R. Deo gratias, alleluia, alleluia. Sic dicit vsq; ad sabbatum in albis inclusiuè.

¶ Infra octauam paschę non fit de aliquo festo duplici vel semiduplici, sed post octauam celebratur. De simplici autem fit tantum commemoratio post triduum.

¶ Feria ij. Statio ad sanctum Petrum. Introitus.



Introduxit vos dominus in terram fluentem lac & mel, alleluia: & vt lex domini semper sit in ore vestro, Alleluia alleluia. Psalmus. [psal. 104] Cõfitemini domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gẽtes opera eius. V. Gloria patri, & filio, & spi. Oratio.

Deus, qui sollemnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuũ, quęsumus, cęlesti dono prosequere: vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitã proficiat sempiternam. Per dñm.

Lectio Actuum apostolorum.

In diebus illis: Stãs Petrus in medio plebis, dixit. [ca. 10] Viri fratres, vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudęam: incipiens enim à Galilęa, post baptismũ quod prędicauit Ioannes, Iesum à Nazareth: quomodo vnxit eũ deus Spiritu sancto, & virtute: q pertrãsijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: quoniam Deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omniũ quę fecit in regione Iudęorum & Hierusalem: quem occiderũt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri, nõ omni populo: sed testibus pręordinatis à deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cũ illo postquam surrexit à mortuis. Et pręcepit nobis prędicare populo, & testificari: q̃ ipse est qui constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetę testimonium perhibent remissionẽ peccatorum accipere p nomẽ eius oẽs qui credũt in eũ. Grad. [psal. 117] Hęc dies quã fecit dñs: exultemus, & lętemur in ea. V. Dicat nũc Israel quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius. Alleluia, alleluia. V. [mat. 27] Angelus domini descendit de celo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Sequentia. Victimę paschali. cum Alleluia in fine. Sequen-

c24 **Sequētia sancti euāgelij sm Lucā.**



In illo tpe: Duo ex discipulis Iesu ibāt ipsa die in castellū, quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaꝰ. Et ipsi loquebanť adinuicem de his omnibus, quę acciderāt. Et factū est: duʒ fabularenť, ⁊ secū quererent: ⁊ ipse Iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi aūt eorum tenebantur, ne eū agnoscerent, Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, ⁊ estis tristes? Et respōdens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalē, ⁊ non cognouisti quę facta sunt in illa, his diebꝰ? Quibꝰ ille dixit. Quę? Et dixerūt. De iesu Nazareno, q fuit vir propheta, potēs in opeř ⁊ sermone corā deo ⁊ omni populo. Et quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes ⁊ principes nostri in damnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eū. Nos aūt sperabamus: qꝛ ipse esset redēpturus Israel. Et nūc super hęc omnia, tertia dies est hodie quod hęc facta sunt. Sed ⁊ mulieres quędaʒ ex nostris terruerūt nos, quę ante lucē fuerunt ad monumentū: ⁊ non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiā visionem angelorū vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: ⁊ ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti, ⁊ tardi corde ad credenduʒ in omnibus quę locuti sunt prophetę. Nōne hęc oportuit pati Christum, ⁊ ita intrare in gloriā suam? Et incipiens a Moyse ⁊ omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quę de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: ⁊ ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum, qm̄ aduesperascit, ⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factū est: duʒ recūberet cū illis, accepit panē, ⁊ benedixit, ac fregit, ⁊ porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, ⁊ cognouerunt eum: ⁊ ipse euanuit ex oculis eorū. Et dixerunt ad inuiceʒ. Nonne cor nostruʒ ardens erat in nobis, duʒ loqueretur in via, ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadeʒ hora regressi sunt in Hierusalem: ⁊ inuenerunt congregatos vndecim, ⁊ eos qui cū ipsis erant, dicentes, qꝛ surrexit dn̄s vere, ⁊ apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quę gesta erant in via: ⁊ quomodo cognouerunt eū in fractione panis. **Credo. Offer.** Angelus domini descendit de cęlo, ⁊ dixit mulieribus: quē quęritis, surrexit, sicut dixit, Alleluia. **Secr.** (mat. 28)

Suscipe, quęsumus dn̄e, preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysterijs, ad ęternitatis nobis medelā te operāte proficiāt. Per.

Cōio. Surrexit dn̄s, ⁊ apparuit Petro, Alleluia. (Luc. 24) **Postcōmunio.**

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdeʒ.

¶ **Feria iiij. Statio ad sanctum Paulum. Introitus.**

Au. 20 Ecc. 15

AQua sapiētię potauit eos, Alla: firmabit̄ in illis, ꝛ non flectetur, Alla: ꝛ exaltabit eos in ęternum, Alla, Alla. ps. Confitemini domino, ꝛ inuocate nomē ei⁹: annunciate inter gētes opera ei⁹. ℣. Gloria.

psal. 104

Deus, q ecclesiā tuā no- Oro. uo sēper fetu multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramētū viuēdo teneant, quod fide perceperunt. Per. Lectio Actuū apostolorum.

ca. 13

In diebus illis. Surgēs Paulus, ꝛ manu silentium indicens ait. Viri fratres, filij generis Abraham, ꝛ qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant Hierusalem, ꝛ principes eius ignorantes Jesum, ꝛ voces prophetarum, quę per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt: ꝛ nullam causam mortis inueniētes in eo, petierunt à Pilato, vt interficerent eum. Cumque cōsummassent omnia quę de eo scripta erāt: deponentes eū de ligno, posuerunt eū in monumento. Deus autem suscitauit eum à mortuis tertia die. Qui visus est per dies multos his, qui ascenderant simul cum eo de Galilęa in Hierusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Jesum Christum dominum nostrum.

psal. 117

Gradua. Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus ꝛ lętemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt à domino: quos redemit de manu inimici: ꝛ de regionibus congregauit eos. Alleluia. Alleluia. ℣. Surrexit dominus de sepulcro, qui pro nobis pependit in ligno. Sequentia. Victimę paschali. vt in Dominica paschę. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

c. 24

In illo tempore. Stetit Jesus in medio discipulorum suorum: ꝛ dixit eis. Pax vobis: Ego sum: nolite timere. Conturbati vero ꝛ conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, ꝛ cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas ꝛ pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate ꝛ videte: quia spiritus carnem ꝛ ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus ꝛ pedes. Adhuc autem illis non credentibus, ꝛ mirantibus pręgaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerūt ei partem piscis assi, ꝛ fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc sunt verba quę locutus sum ad vos: cū adhuc essem vobiscum: qm necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi, ꝛ prophetis, ꝛ psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, ꝛ sic oportebat Christum pati, ꝛ resurgere à mortuis die tertia, ꝛ prędicari in nomine eius pęnitentiam ꝛ remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo.

psal. 17

Offertorium. Intonuit de celo dominus: ꝛ altissimus dedit vocem suam: ꝛ apparuerunt fontes aquarum, Alleluia. Secreta. Suscipe

Suscipe domine fideliu3 preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad celestem gloriam transeamus. Per dominum. Communio. Si consurrexistis cū Christo, quę sursum sunt quęrite, ubi Christus est in dextera dei sedens, alleluia, quę sursum sunt sapite, Alleluia. Postcommunio.

Col. 3

Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt paschalis perceptio sacramenti, continua in nostris mentibus pseuéret. Per dominu3.

¶ Feria iiij. Statio ad sanctu3 Laurentium extra muros. Introitus.

Mat. 25

Venite benedicti patris mei: percipite regnu3, alleluia: quod vobis paratum est ab origine mundi, Alleluia, alleluia, Alleluia. Ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Psal. 95

Deus qui nos Resurrectionis dominicę annua sollemnitate lętificas: concede propitius: vt per tēporalia festa quę agimus, puenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundē do. Ab hac die vsq3 ad octauam, post orōnem diei dr vna ex sequentibus orationibus tantum.

Cōtra persecutores ecclesię. Orō.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, ⁊ erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per do. Uel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor, ⁊ rector, famulū tuum N. quē pastorē ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei, qs̄umus, verbo ⁊ exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitam, vnà cum grege fibi credito, pueniat sēpiternā. Per do.

Lectio Actuum Apostolorum.

Ca. 3

In diebus illis. Aperiens Petrus os suū, dixit. Uiri Israelitę, ⁊ qui timetis deū, audite. Deus Abraha3, ⁊ deus Isaac, ⁊ deus Jacob, deus patrū nostrorū glorificauit filium suū Jesum, quē vos quide3 tradidistis ⁊ negastis ante faciē Pilati, iudicante illo dimitti. Uos aūt sāctū ⁊ iustū negastis, ⁊ petistis virū homicidam donari vobis: authorem vero vitę interfecistis, quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut ⁊ principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetaru3 pati Christum suū impleuit sic. Penitemini igitur, ⁊ conuertimini: vt deleantur peccata vestra. Gradua.

Psal. 117

Hęc dies, quam fecit dominus: exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtute3. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit dominus verè: ⁊ apparuit Petro. Sequentia. Uictimę paschali, vt in Dominica Paschę.

Luc. 24

Sequētia sancti euāgelij sm Joānē.



Ca. 21

In illo tpe: Manifestauit se iterū Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis. Manifestauit aūt sic. Erant simul simō Petrus, ⁊ Thomas qui dicitur Didymus, ⁊ Nathanael qui erat à Cana Galilęę, ⁊ filij Zebedęi, ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis

Simon Petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderũt. Mane autem facto, stetit Jesus in litore: nõ tamen cognouerunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respõderunt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam nõ valebant illud trahere prę multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro. Dominus est. Simõ ergo Petrus cum audisset quia dominus est: tunicam succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Jesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simõ Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centũ quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissũ rete. Dicit eis Jesus. Uenite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes quia dñs est. Et venit Jesus, & accepit panẽ, & dabat eis: & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus est Jesus discipulis suis, cũ resurrexisset à mortuis. Credo. Offert. (psal. 77) Portas celi aperuit dominus: & pluit illis manna vt ederent: panẽ celi dedit eis: panem angelorũ manducauit homo, Alleluia. Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter & pascitur & nutritur. Per domi. Alia secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruiẽtes: vt diuinis rebus inhęrentes, & corpore tibi famulemur, & mente. Per. Uel pro Papa.

Oblatis, quęsumus, dñe placare muneribus: & famulum tuum N. quẽ pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dõ. Cõio. (Ro. 6) Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, alleluia: mors illi vltra non dominabitur, Alleluia, alleluia. Postcõio.

Ab omni nos, quęsumus domine, vetustate purgatos, sacramenti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Qui viuis & regnas. Alia postcõmunio.

Quęsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominũ nostrum. Uel pro Papa.

Haec nos, q̃s dñe, diuini sacramenti ꝑceptio ꝓtegat: & famulũ tuũ N. quẽ pastorem ecclesię tuę ꝑesse voluisti, vnà cũ commisso sibi grege, saluet sẽper & muniat. Per.

¶ Feria v. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

(Sap. 10) Victricem manũ tuã domine laudauerunt pariter, alleluia: quia sapientia aperuit os mutum, & linguas infantium fecit disertas, Alleluia, alleluia. Psalmus. (psal. 97) Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

Deus,

DEus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, ut renatis fonte baptismatis, una sit fides mentium, & pietas actionum. Per dominum no. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium fide. ut in feria precedēti. f. 114

Lectio Actuum Apostolorum. ca. 8

IN diebus illis. Angelus domini locutus est ad Philippū, dicens. Surge, & vade contra meridianum, ad viam quę descendit ab Hierusalem in Gazam: hęc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce, vir ęthiops eunuchus, potens Candacis reginę Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Hierusalem: & reuertebatur sedēs super currum suum, legensq; Isaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo. Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrēs autē Philippus, audiuit illum legentē Isaiam prophetā: & dixit. Putásne intelligis quę legis? Qui ait. Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum, vt ascenderet, & sederet secū. Locus autē scripturę, quam legebat, hic erat. Tanquā ouis ad occisionē ductus est: & sicut agnus corā tōdēte se, sine voce, sic non aperuit os suū. In humilitate iudiciū eius sublatum est. Generationē eius quis enarrabit? Quū tolletur de terra vita eiꝰ. Respōdēs aūt eunuchꝰ Philippo, dixit. Obsecro te, de quo ꝓpheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suū, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et dum irent per viā, venerunt ad quandā aquā: & ait eunuchꝰ. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit aūt Philippꝰ. Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait. Credo filiū dei esse Iesum Christū. Et iussit stare currū: & descenderūt vterq; i aquā, Philippus & eunuchus: & baptizauit eū. Cū aūt ascendissent de aqua, Spiritus dñi rapuit Philippum, & amplius non vidit eū eunuchus. Ibat autem ꝑ viā suā gaudens. Philippus aūt inuentus est in Azóto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis (donec veniret Cęsareā) nomē dñi Iesu Christi. Gradu. Hęc dies, quam fecit dñs: exultemus & lętemur in ea. ℣. Lapidē quē reprobauerūt ędificantes, hic factus est in caput anguli: à domino factū est istud: & est mirabile in oculis nostris. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, qui creauit omnia: & misertus est humano generi. Sequentia. Victimę paschali. vt in Dominica paschę. psal. 117

Seque. sancti euāgelij ſm Ioannē. ca. 20



IN illo tempore. Maria stabat ad monumentū foris, plorans. Dū ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput, & vnū ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. Hęc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier quid

ploras? Quem queris? Illa existimãs quia hortulanus esset, dicit ei. Dñe, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eũ, τ ego eũ tollã. Dicit ei Jesus. Maria. Cõuersa illa, dicit ei. Rabboni, qđ dr̃ magister. Dicit ei Jesus. Noli me tangere. Nondũ enim ascendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos, τ dic eis: Ascendo ad patrem meũ τ patrem vestrum, deum meum τ deum vestrũ. Uenit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dñm, τ hec dixit mihi. Credo. Offerto.

Exo. 13

In die sollemnitatis vestrę, dicit dominus, inducã vos in terram fluentem lac τ mel, Alleluia. Secreta.

Suscipe, quesumus dñe, munera populorũ tuorũ propitius: vt confessione tui nominis, τ baptismate renouati, sempiternã beatitudinẽ consequantur. Per domi. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria precedenti. Cõio.

1.pe. 2

Populus acquisitionis annunciate virtutes eius, alleluia: qui vos de tenebris vocauit ĩ admirabile lumẽ suũ, allia. Postcõ.

Exaudi dñe preces nostras: vt redemptionis nostrę sacrosancta commercia, τ vitę nobis cõferãt presentis auxiliũ, τ gaudia sempiterna cõciliẽt. Per dñm. vel Quesu. vel Hec nos. vt in feria precedẽti.

¶ Feria vj. Statio ad sanctam Mariam rotondam. Introitus.

psal. 77

Eduxit eos dñs in spe, allia: τ inimicos eorũ operuit mare, alleluia, allia, alleluia. Ps. Attẽdite popule meus legem meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. V. Gloria patri, τ filio, τc. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui paschale sacramentũ in reconciliationis humanę federe cõtulisti: da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per dominũ nostrũ. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. vt in iiij. feria precedenti. folio 114.

Lectio epistolę beati Petri apost.

1.c.3

Charissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret deo mortificatos quidem carne, viuificatos autẽ spiritu. In quo τ his qui in carcere erant spiritibus, veniens predicauit: qui increduli fuerãt aliquãdo, quãdo expectabãt dei patiẽtiã in diebus Noe, cũ fabricaretur arca: in qua pauci, idest octo animę saluę factę sũt p aquã. Qđ τ vos nũc similis formę saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordiũ, sed cõscientię bonę interrogatio in deũ, p resurrectionẽ Jesu Christi dñi nostri, qui est in dextera dei. Gradu.

psal. 117

Hec dies, quam fecit dñs: exultemus τ letemur in ea. V. Benedictus qui venit in nomine dñi: deus dñs τ illuxit nobis. Alleluia, allia. V. Dicite in gẽtibus: qr dominus regnauit ã ligno. Seque. Uictimę paschali. vt in Dominica pasche.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

c.28

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in Galilęam, in montẽ vbi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedẽs Jesus locutus est eis, dicẽs. Data est mihi ois potestas in celo τ in terra.

terra. Euntes ergo, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quecunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Credo.

Leu. 23 Offertorium. Erit vobis hec dies memorialis, alleluia: et diem festum celebrabitis sollemnem dño in progenies vestras: legitimum sempiter nũ diẽ, Alleluia, alla allia. Secreta.

Hostias, quesumus dñe, placatus assume: quas et pro renatorũ expiatione peccati deferimus, et p acceleratiõe celestis auxilij. Per dominum no. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in iiij. feria precedenti.

Mat. 28 Communio. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, alleluia: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, et filij, et spiritus sancti, Allia. Postcõio.

Respice, qs dñe, populum tuũ: et, quem eternis dignatus es renouare mysterijs, a temporalibus culpis dignanter absolue. Per do. vel Quesumus domine. vel Hec nos. vt in iiij. feria precedenti.

¶ Sabbato in Albis: Statio ad sanctũ Joãnẽ in Laterano. Introit.

Psal. 104 Eduxit dominus populum suum in exultatione, alleluia: et electos suos in letitia, Alleluia, alleluia, Psalmus. Confitemini domino, et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri, et filio, et spi. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt, qui festa paschalia venerando egimus, per hec corrigere ad gaudia eterna mereamur. Per dominum nostrum Jesum. vel Ecclesie tue. vel Deus omniũ. vt in iiij. feria precedenti. folio. 114.

Lectio epl'e beati Petri Apostoli.

1. C. 2 Charissimi. Deponentes omnem malitiã, et omnem dolũ, et simulationes, et inuidias, et omnes detractiões: sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, qm̃ dulcis est dñs. Ad quem credentes, lapidẽ viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electũ et honorificatum et ipsi tanquam lapides viui superedificamini, domus spiritualis, sacerdotiũ sanctũ, offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo p Jesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in Sion lapidem summum angularem, probatum, electum, preciosum. Et qui crediderit in illũ, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem, lapis quem reprobauerũt edificãtes, hic factus est in caput anguli: et lapis offensionis et petra scãdali, his qui offendũt verbo, nec credunt, in quo et positi sunt. Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotiũ, gẽs sancta, populus acquisitionis: vt virtutes eius annũcietis, q de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suũ. Qui aliquando nõ populus: nunc autem populus Dei. Qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiã consecuti.

¶ Ab hac die vsq ad octauã Pentecostes, tam in officio de tempore, quam de sanctis, nõ dicitur Gradua le, sed eius loco dicũtur duo versus cũ quatuor Allia, ordine infra scripto: pter quã in missis Rogationum,

et vigilie Pentecostes, in quibus dicitur vnū Alla, cum vno versu: similiter et post quamlibet prophetiam in sabbato Quatuor temporum post Pent. Alio tpe vsque ad Septuagesimā, quādo dr Graduale, dicūtur tria Alla, post Graduale, bis ante versum, et semel post versum: cum autē dicitur Sequentia, Alleluia, quod dicendum esset post versum, dicitur post Sequentiam. Alleluia, alleluia.

psal. 117

℣. Hec dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. Alleluia.

psal. 112

℣. Laudate pueri dñm, laudate nomen dñi. Sequentia. Victime Paschali. et in fine Alleluia.

Sequē. sancti euāgelij sm Joannē.

c. 20



In illo tpe. Una sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum: et vidit lapidē sublatum a monumēto. Cucurrit ergo, et venit ad Simonē Petrū, et ad alium discipulum, quē diligebat Jesus: et dicit eis. Tulerunt dñm de monumento: et nescimus vbi posuerunt eū. Exijt ergo Petrus, et ille alius discipulus: et venerunt ad monumētum. Currebāt autē duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius Petro, et venit primus ad monumētum. Et cū se inclinasset, vidit linteamina posita: nō tamē itroiuit. Venit ergo Simō Petrus sequēs eū, et introiuit i monumētū: et vidit linteamina posita, et sudarium qd fuerat sup caput eius: nō cū linteaminibus positum, sed separatim inuolutū in vnū locū. Tūc ergo introiuit et illē discipulus qui venerat primus ad monumentū: et vidit, et credidit. Nondū enim sciebant scripturas; quia oportebat eū a mortuis resurgere. Credo.

psal. 117

Offer. Benedictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: deus dñs et illuxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

Concede, quesumus domine, semper nos per hec sacra mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio, ppetue nobis fiat causa letitie. Per. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria iiij. precedēti. Cōio.

gal. 3

Omnes q in Christo baptizati estis, Christum induistis, Alleluia. Postcommunio.

Redemptionis nostre munere vegetati, quesumus domine: vt hoc perpetue salutis auxilio, fides semper vera proficiat. Per dominum no. vel Quesumus domine. vel Hec nos. vt in fer. iiij. pcedēti.

¶ Dñica in octaua Pasche. Statio ad sanctū Pancratium. Introi.

1. pe. 2

Quasi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles sine dolo, lac concupiscite, Alleluia, alleluia. Ps.

psal. 80

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Jacob. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Oratio.

Presta, qs, ops deus: vt qui paschalia festa peregimus: hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dominum nostrum Jesum.

Lectio epistole bti Joānis apostoli.

1. c. 5

Charissimi. Omne qd natū est ex deo, vincit mundū. Et hec est victoria q vincit mundū: fides nostra. Quis est autem, qui vincit mundū: nisi qui credit, quoniam Jesus est filius

filius Dei? Hic est, qui venit per a-
quam & sanguinem Jesus Christus:
Non in aqua solum: sed in aqua & san
guine. Et spiritus est, qui testifica-
tur, quoniam Christus est veritas.
Quoniam tres sunt qui testimo-
nium dant in celo: pater, verbum,
& spiritus sanctus: & hi tres, vnum
sunt. Et tres sunt, qui testimoniũ dãt
in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi
tres, vnũ sunt. Si testimoniuz homi-
nũ accipim⁹: testimoniũ Dei maius
est. Qm̃ hoc est testimoniũ dei quod
maius est: qz testificatus est de filio
suo. Qui credit i filiũ dei, habet testi
monium dei in se. Alleluia, all'a. ℣.
In die resurrectionis mee, dicit do
minus, precedam vos in Galileam.
Alleluia. ℣. Post dies octo, ianuis
clausis stetit Jesus in medio discipu
loruz suorũ, & dixit, pax vobis. All'a.

mat. 28

Joa. 20

Sequẽ. sancti euangelij ẽm Joãnẽ.

c. 20



In illo tpe: Cũ esset se-
ro die illa, vna sabbatorum, & fo
res essẽt clause, vbi erãt discipu-
li cõgregati ꝓpter metũ Jude
orũ: venit Jes⁹, & stetit in medio
eorũ, & dicit eis. Pax vobis. Et cuz
hoc dixisset, ostendit eis manus & la
tus. Gauisi sunt ergo discipuli viso
domino. Dixit ergo eis iterũ. Pax
vobis. Sicut misit me pater, & ego
mitto vos. Hec cum dixisset, insuffla
uit: & dicit eis. Accipite spirituz san
ctũ: quorũ remiseritis peccata, remit
tũtur eis: & quorũ retinueritis, reten
ta sunt. Thomas aũt vnus de duode
cim, q dicit Dydimus, nõ erat cũ eis,
qñ venit Jesus. Dixerunt ergo ei a-
lij discipuli. Vidimus dñm. Ille aũt
dixit eis. Nisi videro in manibus ei⁹
fixurã clauorũ, & mittã digitũ meuz
in locũ clauorũ, & mittam manũ meã
in latus eius, nõ credã. Et post dies
octo, iterũ erãt discipuli eius intus:
& Thomas cum eis. Venit Jesus ia-
nuis clausis, & stetit in medio, & di-
xit. Pax vobis. Deinde dicit Tho-
me. Infer digitum tuum huc, & vide
manus meas, & affer manum tuaz, &
mitte in latus meuz: & noli esse incre
dul⁹, sed fidelis. Respõdit Thomas,
& dixit ei. Dñs meus, & deus meus.
Dicit ei Jesus. Qz vidisti me Tho-
ma, credidisti: beati qui non vide-
runt, & crediderunt. Multa quidem
& alia signa fecit Jesus in cõspectu
discipulorum suorum, que non sunt
scripta in libro hoc. Hec autem scri-
pta sunt, vt credatis quia Jesus est fi
lius dei: & vt credentes, vitam ha
beatis in nomine eius. Credo.

Offerto. Angelus domini descẽdit
de celo, & dixit mulieribus, quez que-
ritis, surrexit: sicut dixit, All'a. Sec.

mat. 28

Suscipe munera, q̃s dñe, exul-
tantis ecclesie: & cui causam tã-
ti gaudij prestitisti, ꝑpetue fructum
cõcede letitie. Per dominum nost.

Communio. Mitte manum tuam, &
cognosce loca clauorum, alleluia: &
noli esse incredulus, sed fidelis, alle
luia, alleluia. Postcommunio.

Joã. 20

Quesumus dñe deus noster: vt
sacrosancta mysteria, que pro
reparationis nostre munimine con-
tulisti, & presens nobis remedium
esse facias, & futuruz. Per dominũ.

¶ A feria ij. post octauaz Pasche,
vsqz ad Ascensionẽ post orationẽ di
ei dicũtur orationes sequẽtes, si nõ
est

est festum duplex.

De beata virgine. Oratio.

Concede nos famulos tuos, q̄s dn̄e deus, perpetua mētis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a pręsenti liberari tristitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia.

Contra persecutores ecclesię.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus ⁊ terroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per do. Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor ⁊ rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesię tuę pręesse voluisti, propitius respice: da ei quęsumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręest, proficere: vt ad vitam, vna cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per dominum no.

De beata virgine. Secreta.

Tua domine propitiatione, ⁊ beatę Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam atque pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem ⁊ pacem. Contra persecutores Ecclesię. Secreta.

Protege nos dn̄e tuis mysterijs seruiētes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per. Vel p̄ Papa.

Oblatis, q̄s dn̄e, placare muneribus: ⁊ famulū tuū N. quem pastorē ecclesię tuę p̄esse voluisti, assidua protectione guberna. Per do.

De beata virgine. Postcomunio.

Sumptis dn̄e salutis nostrę subsidijs, da q̄s, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq; protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maiestati. Contra persecutores Ecclesię. Postcōmunio.

Quęsumus domine deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominū nostrum. Vel pro Papa.

Hęc nos, quęsumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quē pastorē Ecclesię tuę p̄esse voluisti, vnā cum commisso sibi grege, saluet semper ⁊ muniat. Per dominum.

¶ Dn̄ica ij. post Pascha. Introit.

Misericordia domini plena est terra, alleluia: verbo domini celi firmati sūt, alleluia, alleluia. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Deus, qui in filij tui humilitate, iacentem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede lętitiam: vt, quos perpetuę mortis eripuisti casibus, gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundem dn̄m.

Alię orationes Concede nos famulos tuos. ⁊ Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt supra post Dominicam in octaua paschę.

Lectio epistolę beati Petri aposto.

Charissimi: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cū malediceretur, nō maledicebat. Cū pateretur, nō comminabatur. Tradebat autē iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iustitię uiuamus. Cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes:

Psal. 32

1. C. 2

errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem ⁊ episcopuꝫ animarum ue strarũ. Alleluia, alleluia. ℣. Cognouerunt discipuli dñm Jesum in fractione panis. Alleluia. ℣. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscunt me meę. Alleluia.

Luc. 24

Sequẽtia sancti euãgelii sm̃ Joãnẽ.

C. 10

In illo tpe: Dixit Jesus phariseis. Ego suꝫ pastor bonus. Bonus pastor animã suã dat ꝓ ouibus suis. Mercenarius autem, ⁊ qui nõ est pastor, cuius non sunt oues proprię, uidet lupũ uenientẽ, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ dispgit oues. Mercenarius autẽ fugit, quia mercenarius est: ⁊ nõ pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus, ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscũt me meę. Sicut nouit me pater, ⁊ ego agnosco patrẽ: ⁊ animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere, ⁊ vocẽ meam audient: ⁊ fiet vnuꝫ ouile ⁊ vnus pastor. Credo. Offe. Deus deus meus ad te de luce vigilo: ⁊ in nomine tuo leuabo manus meas, allã. Secr.

Psal. 62

Benedictionẽ nobis domine cõferat salutareꝫ sacra semper oblatio: vt, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per. Tua dñe. Protege. vel Oblatis. vt supra post dñicaꝫ in octaua Paschę. Cõio. Ego sum pastor bonus, alleluia: ⁊ cognosco oues meas, ⁊ cognoscũt me meę, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Joã. 10

Presta nobis, quęsumus, omnipotẽs deus: vt viuificationis tuę gratiã consequentes, in tuo semper munere gloriemur. Per dñm. Sumptis domine. Quęsumus. vel Hęc nos quęsumus. vt supra post Dominicã in octaua Paschę.

Dñica iij. post Pascha. Introi.

Psal. 65

Jubilate deo omnis terra, alleluia: psalmum dicite nomini eius, alleluia: date gloriam laudi eius, alleluia, alleluia. Ps. Dicite Deo, quaꝫ terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuę mentiẽtur tibi inimici tui. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.

Deus, qui errantibus, vt in viam possint redire iustitię, veritatis tuę lumen ostendis: da cunctis, qui christiana professione cẽsentur, ⁊ illa respuere quę huic inimica sunt nomini, ⁊ ea quę sunt apta sectari. Per. Alię orones. Concede nos. Ecclesię tuę. vel Deus omnium fidelium. vt supra post Dominicam in octaua Paschę. fo. 117.

Lectio epistolę beati Petri aposto.

1. C. 2

Charissimi. Obsecro vos tanquam aduenas, ⁊ peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis quę militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanę creaturę ꝓpter deum: siue regi, quasi pręcellenti: siue ducibus, tanquã ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudeꝫ vero bonorum: quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorãtiam: quasi liberi, ⁊ non quasi velamen habentes malitię libertateꝫ, sed sicut serui dei. Omnes honorate.

honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hęc est enim gratia: in Christo Iesu domino nostro. Alla, alla. ℣. Redemptionẽ misit dominus populo suo. Alleluia. ℣. Oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis: & ita intrare in gloriam suam, alleluia.

psal. 110

Luc. 24

Sequẽ. sancti euãgelii fm Ioannẽ.

ca. 16

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerũt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ. Quid est hoc qđ dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterũ modicũ, & videbitis me, & q2 vado ad patrem? Dicebãt ergo: Quid est hoc qđ dicit nobis: Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autẽ Iesus q2 volebãt eum interrogare: & dixit eis. De hoc quęritis inter vos, q2 dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis, q2 plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cũ parit, tristitiam habet: q2 venit hora eius: cũ aũt peperit puerũ, iam non meminit pressurę ppter gaudiũ, quia natus est homo in mũdũ. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum aũt videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Credo. Offertorium. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quandiu ero, alleluia. Secreta.

psal. 145

Hjs nobis domine mysteriis conferatur, quo terrena desideria mitigantes, discamus amare celestia. Per d. Tua dñe. Protege, vel Oblatis. Cõio. Modicum, & non videbitis me, alla: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad patrẽ, alleluia, alleluia. Postcõio.

Ioã. 16

Sacramenta quę sumpsimus, quęsumus dñe, & spiritualibus nos instaurent alimẽtis, & corporalibus tueantur auxiliis. Per. Sumptis domine. Quęsumus. vel Hęc nos.

¶ Dominica quarta post pascha. Introitus.

Cantate domino canticum nouum: alleluia: quia mirabilia fecit dominus, alleluia: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, alleluia, alleluia, alleluia. Psalmus. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. ℣. Gloria patri, & filio, &c. Oratio.

psal. 97

Deus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod pręcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per dominum no. Alię orationes Concede. Ecclesię tuę. vel Deus omnium fi. ut supra post dñicam in octaua paschę. fo. 117. Lectio epistolę beati Iacobi Apostoli.

Charissimi. Omne datũ optimũ & omne donũ pfectũ desursum est, descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis: ut simus initium aliquod creaturę

ca. 1

creaturę eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omnis homo velox ad audiendum, tardus aūt ad loquendum, ⁊ tardus ad irā. Ira enim viri iustitiā dei non operatur. Propter quod abijcientes omnē immūditiā, ⁊ abundantiam malitię, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.

psal. 117 Alleluia, allia. ℣. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem, alleluia. ℣. Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur: mors illi vltra non dominabitur, alleluia.

Sequē. sancti euāgelij sm Joannez.

ca. 16



In illo tpe. Dixit Jes⁹ discipulis suis. Vado ad eū, qui misit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed q̄r hęc locut⁹ sū vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vobis, vt ego vadaz. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos. Si autē abiero, mittā eū ad vos. Et cuz venerit ille, arguet mundū de peccato, ⁊ de iustitia, ⁊ de iudicio. De peccato quidē: quia non crediderunt in me. De iustitia vero: q̄r ad patrem vado: ⁊ iam nō videbitis me. De iudicio aūt: q̄r princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc habeo multa vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cū autez venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Nō enim loquetur a semetipso: sed quęcunque audiet, loquetur: ⁊ quę ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. Credo.

Offertoriū. Iubilate deo omnis terra, iubilate deo vniuersa terra: psalmum dicite nomini eius: venite, ⁊ audite, ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus animę meę, allia. psal. 65 Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificij venerandā cōmercia, vnius, summęq₃ diuinitatis participes esse fecisti: pręsta quęsumus: vt sicut tuam cognouimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum no. Tua domine. Protege. vel Oblatis, q̄s. Communio. Cum venerit paraclitus spiritus veritatis, ille arguet mundū de peccato, ⁊ de iustitia, ⁊ de iudicio, Alleluia, alleluia. Joa. 16 Postcōio.

Adesto nobis domine deus noster: vt per hęc, quę fideliter sumpsimus, ⁊ purgemur a vitiis, ⁊ a periculis omnib⁹ eruamur. Per dominum no. Sumptis domine. Quęsumus domine. vel Hęc nos:

¶ Dominica quinta post pascha. Introitus.

psal. 65 Vocem iucunditatis annunciate, ⁊ audiatur, alleluia, annūciate usque ad extremū terrę: liberauit dominus populum suuz, alleluia, alleluia. Psalmus. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirante quę recta sunt: ⁊ te gubernante, eadem faciamus.

faciamus. Per dominum nostruz. Alie orationes, Concede nos famulos tuos. & Ecclesie. vel Deus omniū fidelium pastor, vt supra post dñicaz in octaua pasche. f. 117.

Lectio epistole btī Jacobi Aposto.

ca.1 Charissimi: Estote factores verbi, & non auditores tantū: fallētes nosmetipsos. Quia siquis auditor est verbi, & nō factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio mūda & immaculata apud deū & patrem, hec est. Uisitare pupillos & viduas in tribulatione eorū: & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, & illuxit nobis, quos redēmit sanguine suo. Allā. ℣. Exiui à patre, & veni in mundū: iteruz relinquo munduz, & vado ad patrez. Alleluia.

Sequē. sancti euangelij sm Joānē.

ca.16 

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Amē amen dico vobis: siquid petieritis patrē in noīe meo, dabit vobis. Usqz modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis: vt gaudiū vestrū sit plenum. Hec in pverbiis locutus suz vobis. Uenit hora cuz iā non in pverbiis loquar vobis, sed palā de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, qr ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: qr uos me amastis, & credidistis qr à deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mūduz: iterū relinquo mūduz, & uado ad patrez. Dicūt ei discipuli eius. Ecce, nunc palā loqueris, & prouerbiuz nulluz dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & nō est opus tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi. Credo. Offert. Benedicite gentes dominum deum nostrum, & obaudite uocē laudis eius: qui posuit animam meaz ad uitam, & non dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui non amouit deprecationē meā, & misericordiā suā à me, allā. Secre.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hec pie deuotionis officia, ad celestem gloriaz transeamus. Per domi. Tua dñe. Protege, vel Oblatis. Communio. Cantate domino, alleluia, cātate domino, & benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem salutare eius, alleluia, alleluia. Postcommunio. psal. 65

Tribue nobis domine celestis mense virtute satiatis, & desiderare que recta sunt, & desiderata percipere. Per dominum. Sumptis domine. Quesumus. vel Hec nos.

¶ In litaniis maioribus in festo sancti Marci, Statio ad sanctum Petrum. Et in minoribus ante Ascensionem, Feria secunda Rogationum, Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Feria iii. Ad sanctum

Joannem

Joannem in Laterano. Feria iiij. Ad sanctum Petrum. Introitus.

psal. 17

Exaudiuit de téplo sá cto suo vocem meã, allã: et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius, allã, allã. ps. Diligã te domine fortitudo mea: dñs firma mentum meum, et refugium meum, et liberator meus. ℣. Gloria patri. In hac missa non dicitur Gloria in excelsis. neque Credo. Oratio.

Presta, quesumus omnipotens deus: vt q in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dominum. Aliæ orationes Concede nos famulos. et Ecclesiæ. vel Deus omniũ fidelium. vt supra post Dominicam in octaua Pasche. folio. 117.

Lectio epistolæ btĩ Jacobi Apostoli.

ca. 5

Charissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra: et orate pro inuicem vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit vt non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit: et celum dedit pluuiam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, siqs ex vobis errauerit à veritate, et conuerterit quis eũ: scire debet quoniã qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte: et operiet multitudinem peccatorum. Alleluia. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

psal. 105

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



ca. 11

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicũ, et ibit ad illũ media nocte, et dicet illi. Amice, accõmoda mihi tres panes: qm̃ amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse: iã ostiũ clausum est, et pueri mei mecũ sunt in cubili: nõ possum surgere, et dare tibi. Et, si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi nõ dabit illi surgẽs eo q amicus eius sit, ꝓpter improbitatẽ tamẽ eius surget, et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite, et dabit vobis: querite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis eniʒ q petit, accipit: et q querit inuenit: et pulsanti aperiet. Quis aũt ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscẽ: nunquid ꝓ pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ, nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se? Offertorium.

psal. 108

Confitebor dño nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum, qui astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam, alleluia. Secreta.

Hec munera, qs dñe, et vincula nostre prauitatis absoluant, et tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per. Tua dñe. Protege. vel Oblatis.

Luc. 11 Oblatis. Cõio. Petite, ꝛ accipietis: querite, ꝛ inuenietis: pulsate, ꝛ aperietur vobis: omnis eniꝫ qui petit, accipit: ꝛ q̃ querit, inuenit, ꝛ pulsanti aperietur, alleluia. Postcõio. Uota nostra, q̃s dñe, pio fauore prosequere: vt dũ dona tua in tribulatione percepimus, de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum. Sumptis domine. Quesum⁹. vel Hec nos.

¶ In Uigilia Ascensionis.

Si hodie occurrat festũ simplex, fit de ipso tantum commemoratio in missa. Si occurrat festũ duplex, vel semiduplex, missa, dicit̃ de festo cum commemoratione vigilie. Sed in ecclesiis collegiatis dicuntur due misse, vna de festo, alia de Uigilia. Introitus.

psal. 65 Vocẽ iucũditatis annunciate, ꝛ audiatur alleluia: annunciate vsque ad extremum terre: liberauit dñs populum suum, alleluia, all'ia. Ps. Jubilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria pa. Et dicit̃ Gloria in excelsis. Oro. Deus, à quo bona cũcta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirãte que recta sunt, ꝛ te gubernãte eadẽ faciamus. Per d. Secunda oratio de Rogationibus. Presta quesumus. tertia de sancta Maria. Concede nos famulos. ¶ Ubi autem in Ecclesiis collegiatis dicit̃ alia quoque Missa de Rogationibus: secunda orõ erit de sancta Maria: tertia contra persecutores ecclesie, vel pro Papa. vt supra post dñicaꝫ in octaua Pasche. fol. 117. Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

ca. 4 Fratres. Unicuique nostrũ data est gratia secundũ mensuraꝫ donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altũ, captiuã duxit captiuitateꝫ: dedit dona hominibus. Quod aũt ascendit: quid est, nisi quia ꝛ descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit: ipse est ꝛ qui ascẽdit super omnes celos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdã quidẽ apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores ꝛ doctores ad consummationeꝫ sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei ꝛ agnitionis filij dei: in virum perfectuꝫ, ꝛ in mensuram etatis plenitudinis Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Christus, ꝛ illuxit nobis, quos redemit sanguine suo. Alleluia. ℣. Exiui à patre, ꝛ veni in mundum, iterum relinquo munduꝫ, ꝛ vado ad patrem, Alleluia.

Joã. 16 Sequẽ. sancti euãgelij sm Joannes.



ca. 16 In illo tpe: Subleuatis Jesus oculis i celũ dixit. Pater venit hora, clarifica filiũ tuuꝫ, vt filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestateꝫ oĩs carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitã eternã. Hec est aũt vita eterna, Ut cognoscant te, solum deum verum, ꝛ quem misisti Jesum Christũ. Ego te clarificaui super terrã, opus con-

cõsummaui, quòd dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant: ⁊ mihi eos dedisti: ⁊ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerũt quia omnia quę dedisti mihi, abs te sunt: quia verba q̃ dedisti mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt: ⁊ cognouerunt verè quia à te exiui: ⁊ crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: ⁊ tua, mea sunt: ⁊ clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: ⁊ hi in mundo sunt: ⁊ ego ad te venio. Dicitur Præfatio paschalis. fo. 104. Offer. Benedicite gentes dñm deum nostrũ: ⁊ obaudite vocem laudis eius, qui posuit animam meam ad vitam: ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, ⁊ misericordiã suam à me, Alleluia. *Psal. 65* Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad celestez gloriam transeamus. Per dominum nostrum Jesũ Christum filium tuum, qui tecum viuit.

Psal. 95 Cõio. Cantate domino, alleluia, cãtate domino ⁊ benedicite nomini eius, bene nunciate de die in diẽ salutare eius, all'ia, alleluia. Postcõio.

Tribue domine cęlestis mensę virtute satiatis, ⁊ desiderare q̃ recta sunt, ⁊ desiderata percipere. Per dominũ nostrum Jesuz Christum filium tuum, qui tecum viuit.

In die Ascensionis Domini. Statio ad Sanctuz Petrum. Introitus.

Viri galilei, quid admiramini aspicientes in celũ ⁊ alleluia: quemadmodum vidistis eũ ascendentẽ in celũ, ita veniet, all'a, all'a, all'a. *Act. 1* Ps. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Concede, q̃s, oĩps deus: vt, qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus, ipsi quoq; mẽte in celestib⁹ habitem⁹. Per eun.

Lectio Actuum apostolorum. *ca. 1*

Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quę cepit Jesus facere, ⁊ docere, vsque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus ⁊ prebuit seipsum viuuz post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, ⁊ loquens de regno dei. Et conuescens, precepit eis, ab Hierosolymis ne discederẽt, sed expectarent promissionẽ patris, quã audistis (inquit) per os meum: q; Joannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui cõuenerant, interrogabant eum dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnũ Israel? Dixit autem eis. Non est vestrũ nosse tempora vel momenta, quę pater posuit in sua potestate: sed acci-

pietis virtutem superueniētis Spiritus sancti in vos, ⁊ eritis mihi testes in Hierusalē, ⁊ in omni Iudea, ⁊ Samaria, ⁊ vsq; ad vltimū terre. Et cum hoc dixisset, vidētibus illis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eū ab oculis eorū. Cūq; intuerētur in celum euntem illū, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui ⁊ dixerunt. Viri galilei, quid statis aspicientes in celum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in celū, sic veniet, quemadmodū vidistis eū euntem in celum. Alleluia, alleluia. ℣.

psal. 46

Ascendit deus in iubilatione: ⁊ dominus in voce tube, Alleluia. ℣. Dñs in Sina, in sancto, ascendēs in altū, captiuam duxit captiuitatē, alleluia.

Seq. sancti euangelii scdm Marcum.

ca. 16



In illo tpe: Recūbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus: ⁊ exprobrauit incredulitatē eorū ⁊ duritiā cordis, quia his qui viderāt eū resurrexisse, nō crediderūt. Et dixit eis. Eūtes in mundū vniuersū, predicate euangeliū omni creature. Qui crediderit, ⁊ baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero nō crediderit: cōdemnabitur. Signa autē eos qui crediderint, hec sequentur. In nomine meo demonia eiicient. Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et, si mortiferū quid biberint, non eis nocebit, Super egros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in celum, ⁊ sedet a dextris dei. Illi autem profecti, predicauerunt vbiq;: dño cooperāte, ⁊ sermonē confirmante sequentibus signis.

¶ Dicto euangelio extinguitur cereus paschalis, nec vlterius accenditur, nisi in Sabbato Pētecostes ad benedictionem fontiū. Credo.

Offert. Ascendit deus in iubilatione, ⁊ dñs in voce tube, alla. Secre.

Suscipe domine munera, que pro filii tui gloriosa Ascensione deferimus: ⁊ concede propitius: vt a presentibus periculis liberemur: ⁊ ad vitam perueniamus eternam. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum. Prefatio.

Per Christum dñm nostrum. Qui post resurrectionem suā. fo. 99. Et dicitur vsq; ad vigiliā Pentecostes exclusiue. Infra actionem: Communicantes ⁊ diē sacratissimū celebrātes. f. 100. Et dicitur per octauam tantum. Communio. Psallite dño, qui ascendit super celos celorum ad orientē, alleluia. Postcommunio.

psal. 67

Presta nobis, quesumus omnipotens ⁊ misericors deus: vt, que visibilibus mysteriis sumenda percepimus, inuisibili cōsequamur effectu. Per dominum nostrū Ie.

¶ Infra octauam Ascensionis quotidie dicitur missa de Ascensione, nisi festum duplex vel semiduplex occurrat, de quo tunc fit cum commemoratione octaue: de simplici autem fit tantum commemoratio. Post orationem diei, dicitur secunda oratio de sancta Maria. Concede nos famulos. tertia Ecclesie. vel pro Papa, vt supra post dominicam in octaua Pasche. fol. 117.

¶ Dominica infra octauam Ascensionis. Introitus.

Exaudi

Psal. 26



Xaudi domine vocē meam, qua clamaui, ad te: alleluia: tibi dixit cor meū, quesiui vultū tuū: vultū tuū dñe requirā ne auertas faciē tuā à me, alleluia, allā. Psal. Dñs illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri. Oratio.

O Mnipotens sempiterne deus, fac nos tibi semper et deuotam gerere voluntatem: et maiestati tue syncero corde seruire. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuū. Qui tecum. Et fit commemoratio de Ascensione tantū. C oncede quesumus. folio. 121. Lectio epistole beati Petri apostoli.

1. c. 4

C Harissimi. Estote prudentes: et vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Siquis loquitur: quasi sermones dei. Siquis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat deus. Ut in omnibus honorificetur deus per Jesum Christuz dominum nostruz. A lleluia, alleluia.

Psal. 46

℣. Regnauit dominus super omnes gentes: deus sedet super sedem sanctam suā. Alleluia.

Joā. 14

℣. Non vos relinquam orphanos: vado, et venio ad vos: et gaudebit cor vestrum, alleluia. Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

ca. 15 et 16



I N illo tpe: dixit Jesus discipulis suis: Cū venerit paraclitus, quē ego mittā vobis, à patre spūm veritatis, q à prē procedit, ille testimoniuz perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: qr ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis, vt nō scādalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit hora, vt, oīs qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Et hec facient vobis: qr nō nouerūt patrē, neqz me. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora, eorū reminiscamini, qr ego dixi vobis. C redo.

psal. 46

Offer. A scēdit deus in iubilatione: et dñs in voce tube, alleluia. Secre.

S Acrificia nos dñe immaculata purificēt: et mētibus nostris superne gratie dent vigorē. Per dñz. Pro Ascensione. S uscipe dñe mune.

Joā. 17

Cōio. P ater cū essez cū eis, ego seruabam eos quos dedisti mihi, alleluia: nūc autē ad te venio: nō rogo vt tollas eos de mūdo, sed vt serues eos à malo, allā, alleluia. Postcōio.

R Epleti domine muneribus sacris, da q̃s, vt in gratiarū semper actione maneamus. Per dñm. Pro Ascensione. P resta nobis.

¶ In octaua Ascensionis dicit missa sicut in die cū vna tantū oratione.

¶ Feria vj. post octa. Ascensionis si festū duplex vel semiduplex nō fuerit, missa dr de dñica preterita, cū orōne de S. Maria. C ōcede. et E cclesie. vel pro Papa. fo. 117. de simplici fit tantuz cōme. et non dr C redo.

¶ In vigilia Pentecostes. Statio ad sanctum Joannem in Laterano.



Hora compete͂ti dicit͂ Nona. Qua finita, sacerdos ꝛ ministri iduti vestimentis violaceis facta reuere͂tia ante altare, in locis suis sede͂t: postea legu͂tur prophetię sine titulo. In fine prophetiaruꝫ dicuntur orationes sine Flectamus genua.

Prophetia prima. In diebus illis: Tentauit deus Abraham. vt in Sabbato sancto. fo. 85. qua finita sacerdos dicit Oremus.

Deus, qui in Abrahę famuli tui opere, humano generi obedientię exempla prębuisti: concede nobis, ꝛ nostrę voluntatis prauitatem frangere, ꝛ tuorum pręceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per do.

Prophetia secunda. In diebus illis: Factuꝫ est in vigilia matutina. vt in Sabbato sancto. fo. 85.

Tract. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est: equum ꝛ ascensorem proiecit in mare: adiutor ꝛ protector factꝰ est mihi in salutem. ℣. Hic deus meus ꝛ honorificabo eum, deus patris mei, ꝛ exaltabo eum. ℣. Dominus co͂terens bella: dominus nome͂ est illi. Oremus.

Exo. 15

Deus, qui in primis te͂poribus impleta miracula noui testame͂ti luce reserasti, vt ꝛ mare rubruꝫ forma sacri fontis existeret, ꝛ liberata plebs ab Aegyptiaca seruitute, Christiani populi sacramenta proferret: da, vt omnes ge͂tes, Israelis priuilegium merito fidei consecutę, spiritus tui participatione regenere͂tur. Per do. in vnita eius.

Prophetia iij. In diebus illis: Scripsit Moyses canticu͂, ꝛ docuit filios Israel. vt in Sabbato sancto. foli. 89.

Tract. Attende celu͂, ꝛ loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiu͂ meuꝫ: ꝛ descendant sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramen, ꝛ sicut nix sup fenum: quia nomen dn͂i inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus verax: opera eius, ꝛ omnes vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo no͂ est iniquitas: iustus ꝛ sanctus dominus. Oremus.

Deu. 32

Deus glorificatio fidelium, ꝛ vita iustorum, qui ꝑ Moysen famulum tuum nos quoque modulatione sacri carminis erudisti: vniuersis ge͂tibus misericordię tuę munus operare, tribuendo beatitudinem, auferendo terrorem: vt quod pronunciatum est ad supplicium, in remedium transferatur ęternum. Per dominum.

Prophetia quarta. Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dice͂tes. vt in Sabbato sancto fo. 87.

Trac. Vinea facta est dilecto meo in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circu͂dedit, ꝛ circunfodit, ꝛ plantauit vineam Sorec, ꝛ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth, domus Israel est. Oremus.

Isa. 5

Omnipotens sempiterne deus, qui per vnicum filium tuu͂ ecclesię tuę demonstrasti te esse cultorem: omnem palmitem, fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, afferentem, clementer excole͂s, vt fructꝰ afferat ampliores: fidelibus tuis, quos velut vinea͂ ex Aegypto, per fonteꝫ baptismi tra͂stulisti, nullę

nullę peccatorum spinę preualeant: vt spiritus tui sanctificatione muniti, perpetua fruge ditētur. Per eūdem. in vnitate eiusdē. Prophetia quinta. Audi Israel mandata vitę: auribus percipe, vt scias prudētiā. vt in Sabbato sctō. fo. 86. Orem⁹.

Deus, qui nobis per prophetarum ora pręcepisti, temporalia relinquere, atque ad ęterna festinare: da famulis tuis, vt quę a te iussa cognouimus, implere celesti inspiratione valeamus. Per dominum nostrum Jesum. Prophetia sexta. In diebus illis. Facta est super me manus domini. vt in Sabbato sancto. folio. 86. Oremus.

Domine deus virtutum, qui collapsa reparas, et reparata conseruas, auge populos in tui nominis sanctificatione renouandos: vt omnes, qui sacro baptismate diluuntur, tua semper inspiratione dirigātur. Per d. His expletis descēdēdo ad fontes cantatur Tractus.

Psal. 41 Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniā et apparebo ante faciē dei mei? ℣. Fuerūt mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi p singulos dies, vbi est deus tuus? Deinde ad fontes, antequam sacerdos intret ad benedictionem fontium, dicit Dominus vobiscum. Oremus.

Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt, qui sollemnitatē doni sancti Spirit⁹ colimus, celestibus desiderijs accensi, fontem vitę sitiamus. Per do. in vnita. eiusdē. Deinde procedit ad benedictionem fontiū. vt in Sabbato sancto. fo. 89.

Ubi vero nō fuerint fontes, Tractus, Sicut ceruus. et oratio sequēs tractum, et fontium benedictio pretermittūtur: sed finita oratiōe, Domine deus virtutum, sacerdos casula deposita, cum ministris ante altare procumbit: et alijs omnibus genuflexis, cantantur litanię a duobus cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul respondente: folio. 92. Circa finem litaniarum, sacerdos et ministri, sollemniter induuntur vestimentis rubeis, et accenduntur luminaria circa altare. Peruento autē ad Kyrie eleison Litaniarum, Kyrie eleison pro missa a cantoribus sollemniter incipitur. Quo incepto, sacerdos cum ministris facit cōfessionē: et ascendēs ad altare, finito Kyrie eleison. incipit sollemniter Gloria in excelsis. Et campanę pulsantur. Oratio.

Presta, quęsumus omnipotēs deus, vt claritatis tuę sup nos splēdor effulgeat: et lux tuę lucis, corda eorum qui per gratiam tuā renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per do. in vnitate eius.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 19 In diebus illis. Factum est cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus pagratis superioribus partibus veniret Ephesum, et inueniret quosdā de discipulis: dixitque ad eos. Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerūt ad eū. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Joānis baptismate. Dixit autem Paulus. Joannes baptizauit baptismo penitentię populum, dicēs, in eū qui venturus esset post ipsum, vt crēderēt, hoc est

in Jesuz. His auditis, baptizati sunt in nomine dñi Jesu. Et cũ imposuisset illis manus Paulus, venit spiritus sanctus super eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgressus aũt Paulus in synagogam, cum fiducia loquebatur p tres menses, disputãs & suadẽs de regno dei. Alleluia. ℣. Confitemini dño, qm̃ bon⁹: qm̃ in seculũ misericordia eius. nõ repetitur Alla. sed immediate sequit̃ Trac. Laudate dñz omnes gẽtes: & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniaz confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in ęternum.

psal. 106

psal. 116

¶ Ad euangelium non portantur luminaria, sed incensum tantum. Sequẽ. sancti euãgelij fm̃ Joannẽ.

c. 14



In illo tpe: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & aliũ paraclituz dabit vobis, vt maneat vobiscũ in ęternũ, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, qz nõ videt eũ, nec scit eũ. Vos autẽ cognoscetis eum: qz apud vos manebit, & in vobis erit. Nõ relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicuz: & mundus me iam non videt. Vos autẽ videtis me: quia ego viuo & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis qz ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mãdata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autẽ diligit me: diligetur à patre meo: & ego diligam euz, & manifestabo ei meipsum. Non dicitur Credo. Offertorium. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę, sit gloria domini in sęcula, alleluia. Secreta.

psal. 103

Munera, quęsumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sãcti Spiritus illustratione emũda. Per dominum. in vnitate eiusdez. Prefatio. Per Christum dñm nostrũ. Qui ascẽdens super omnes celos. fo. 100. Infra actionem. Communicantes, & diem sacratissimum pẽtecostes. Alia infra actionẽ. Hanc igit̃ oblationẽ seruitutis nrę. fo. 101 Et dicuntur vsque ad sequens sabbatum inclusiue. Communio.

Vltimo festiuitatis die dicebat Jesus: q in me credit, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę: hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Joã. 7

Sancti spiritus dñe corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecundet. Per dominũ nostrum. in vnitate eiusdẽ.

¶ In missis priuatis huius vigilię omissis prophetijs, orationibus, & litanijs vt supra: Missa absolutè incipitur ab introitu. vt infra. Introit⁹.



Cum sanctificat⁹ fuero in vobis: cõgregabo vos de vniuersis terris: & effũdaz sup vos aquam mũdã, & mũdabimini ab oĩbus inquinamentis vestris: & dabo vobis spiritum nouum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui san. Deinde

Eze. 36

psal. 33

deinde dicitur Kyrie eleison. Glo in in excelsis. et alia vt supra.

In die Pentecostes.

Statio ad Sanctum Petrum.

Introitus.

Sap. 1

Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, all'a: et hoc quod cõtinet omnia, scientiã habet vocis, allia, alleluia, alleluia. Ps. Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus qui hodierna die corda fideliũ sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis, in eodem Spiritu recta sápere, et de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum Ie. in vnitate eiusdem spiritus sancti deus, per omnia sec.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 1

In diebus illis. Dum complerentur dies Pentecostes, erãt omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus, tanquã aduenientis spiritus vehementis, et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerũt illis dispertite lingue tanquã ignis: séditque supra singulos eorũ. Et repleti sunt oẽs Spiritu sancto, et ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Hierusalem habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo, et mente cõfusa est: quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur Galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostrã, in qua nati sumus? Parthi, et Medi, et Aelamite, et qui habitant Mesopotamiam, Iudeã, et Cappadociã, Pontum, et Asiam, Phrygiam, et Pamphyliã, Aegyptũ, et partes Libye que est circa Cyrénen, et aduene Romani: Iudei quoq;, et Proselyti, Cretes, et Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Alleluia, all'a. ℣. Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terre. Alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.

psal. 103

Sequentia.

Veni sancte Spiritus, et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperum, veni dator munerum, veni lumen cordium. Consolator optime, dulcis hospes anime, dulce refrigerium. In labore requies, in estu temperies, in fletu solatiũ. O lux beatissima, reple cordis intima tuorũ fideliũ. Sine tuo numine, nihil est in hoie, nihil est innoxium. Laua qđ est sordidũ, riga qđ est aridũ, sana qđ est sauciũ. Flecte qđ est rigidũ, foue qđ est frigidum, rege qđ est déuium. Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum septenarium. Da virtutis meritum, da salutis exitũ, da perenne gaudiũ. Amen. Alleluia. Et dicitur quotidie per totam octauã vsque ad Sabbatũ inclusiue.

Sequentia sancti Euangelij secundum Ioannem.

c. 14

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: et Pater meus diliget eum, et ad eũ veniemus,

niemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quecunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Nõ quomodo mũdus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt, cum factum fuerit, credatis. Iam nõ multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Credo in vnum. Offertoriũ.

psal. 67

Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis a templo tuo, quod est in Hierusalem: tibi offerent reges munera, Alleluia. Secreta.

Munera, quesumus domine, oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emũda. Per dominũ. in vnitate eiusdem spiritus. Prefatio. fo. 100. Communio. Factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: & sui roris intima aspersione fecũdet. Per dominum nost. in vnitate eiusdem.

Infra octa. Pentec. nõ fit de aliquo festo duplici, vel semidupli, sed post octauã celebrãtur: de simplici fit commemoratio post triduum.

Feria ij. Statio ad sanctum Petrum ad vincula. Introitus.

psal. 80

Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturauit eos, allelu(ia), allelu(ia). Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti spiritum: cõcede plebi tue pie petitionis effectum: vt, quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Lectio Actuum apostolorum.

c. 10

In diebus illis: Aperiens Petrus os suum, dixit. Viri fratres, & patres: nobis precepit dñs predicare populo, & testificari, quia ipse est, qui cõstitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomẽ eius omnes qui credũt in eũ. Adhuc loquente Petro verba hec, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebãt verbũ. Et obstupuerũt ex circuncisione fideles qui venerãt cũ Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebãt enim illos loquentes linguis, & magnificantes deũ. Tũc respondit Petrus. Nunquid aquã quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sãctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini

Iesu

Jesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia dei. Alleluia. ℣. Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Sequē. Veni sancte spūs. et in fine, Alla. vt sup. in dñica Pēt. f.124. Seq. scti euāgelij scdm Joānē.

ca.3 In illo tpe: Dixit Jesus Nicodemo. Sic deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret: vt ois qui credit in ipsum, nō pereat: sed habeat vitā eternā. Nō enim misit de⁹ filiū suū in mundū, vt iudicet mūdū: sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum: et dilexerūt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim eorū mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucē, vt nō arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: quia in deo sunt facta. Credo. Offerto.

psal. 17 Intonuit de celo dñs: et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. Secreta.

Propitius domine, q̄s, hec dona sanctifica: et hostie spiritalis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Per do.

Joā. 14 Communio. Spiritus sanctus docebit vos, alleluia, quecunq; dixero vobis, alleluia, alleluia. Postcōio.

Adesto, q̄s dñe, populo tuo: et quē mysterijs celestibus imbuisti, ab hostiū furore defende. Per.

¶ Feria iij. Statio ad sanctam Anastasiam. Introitus.

Joā. 2 Accipite iucunditatē glorie vestre, alla: gratias agētes deo, alleluia: qui vos ad celestia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Attendite popule meus legē meā: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. (psal. 77) ℣. Gloria. Oratio.

Adsit nobis, q̄s dñe, virtus Spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Per d. in vni. eiu.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca.8 In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbū dei: miserunt ad eos Petrū et Joānem. Qui cū venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperēt Spiritum sanctum. Nondū enim in quēquā illorū venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebāt Spiritū sanctū. Alleluia, alleluia. (Joā. 4) ℣. Spūs sanctus docebit vos, quecunq; dixero vobis. Alleluia. ℣. Veni sācte Spiritus: reple tuorū corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accēde. Sequētia. Veni sancte spūs, vt supra in dominica. folio.124.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.



ca.10 In illo tempore. Dixit Jesus Pharisęis. Amē amē dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium:

ostiū: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: ⁊ oues vocem eius audiunt: ⁊ proprias oues vocat nominatim, ⁊ educit eas. Et cum proprias oues emiserit: ante eas vadit: ⁊ oues illum sequuntur, quia sciūt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognouerūt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus. Amē amen dico vobis, quia ego sum ostium ouiū. Omnes quotquot venerunt, fures sunt ⁊ latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me siquis introierit, saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur, ⁊ pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur, ⁊ mactet, ⁊ perdat. Ego veni, vt vitam habeant, ⁊ abundātius habeant. Credo in vnum Deum. Offertorium.

psal. 77

Portas celi aperuit dominus: ⁊ pluit illis manna, vt ederent: panem celi dedit eis: panem angelorum mā ducauit homo, alleluia. Secreta.

Purificet nos, quesumus domine, muneris presentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione efficiat. Per dominum nostrū Jesum.

Joā. 15 ⁊ 16

Communio. Spiritus qui a patre procedit, alleluia: ille me clarificabit alleluia, all'a. Postcommunio.

Mentes nostras, quesumus domine, Spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. in vnitate eiusdē.

¶ Feria iiij. Quatuor temporum Pentecostes. Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

psal. 67

Deus dū egredereris coram populo tuo, alleluia, iter faciens eis, habitans in illis, alleluia: terra mota est, celi distillauerunt, alleluia, alleluia. Psalmus. Exurgat deus, ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. dicto Kyrie eleison. dicitur Oremus. Et non dr̄ Flectamus genua.

Mentes nostras, quesumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: ⁊ inducat in omnē, sicut tuus promisit filius, veritatē. Qui tecum viuit. in vnitate eiusdē.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 2

In diebus illis. Stans Petrus cum vndecim, leuauit vocē suam, ⁊ locutus est eis. Viri Judei, ⁊ qui habitatis Hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit, ⁊ auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrii sunt, cū sit hora diei tertia: sed hoc est qd dictū est per prophetam Joel. Et erit, in nouissimis diebus, dicit dn̄s, effundam de spiritu meo super omnem carnem, ⁊ prophetabunt filii vestri ⁊ filie vestre: iuuenes vestri visiones videbunt, ⁊ seniores vestri somnia somniabūt. Et qdē super seruos meos, ⁊ sup ancillas meas in diebus illis effundā de spiritu meo: ⁊ prophetabūt. Et dabo prodigia in celo sursum, ⁊ signa in terra deorsū, sanguinē, ⁊ ignē, ⁊ vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras, ⁊ luna in sanguinē, antequam veniat dies domini magnus ⁊ manifestus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Alleluia. ℣.

Verbo

psal. 32 Verbo dñi celi firmati sunt: ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic di. Gloria in excelsis. Postea dicitur Dominus vobiscum. Oratio.

Presta, q̃s, ops ꝛ misericors deus: vt Spiritus sanctus adueniens templuz nos glorię tuę dignãter inhabitando perficiat. Per dominum nostrum. in vnitate eiusdez.

¶ Ab hac die vsque ad dñicam sequentẽ, post orõnem diei di. Ecclesię tuę, q̃s. vel Omnium. vt in feria iiij. Dñicę resurrectionis. folio. 117. Lectio Actuum apostolorum.

ca. 5 In diebus illis. Per manꝰ aũt apostolorũ fiebant signa ꝛ ꝓdigia multa in plebe. Et erãt vnanimiter oẽs in porticu Salomonis. Ceterorũ aũt nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis aũt augebat credentiũ in dño multitudo viroꝝ ac mulierũ: ita vt in plateis eijcerẽt infirmos: ꝛ ponerẽt in lectulis ꝛ grabatis: vt veniente Petro, saltẽ vmbra illius obumbraret quenquã illorũ, ꝛ liberarẽtur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat aũt ꝛ multitudo vicinarũ ciuitatũ, Hierusalem, afferentes ęgros, ꝛ vexatos à spiritibus immundis: qui curabãtur omnes. Alleluia, alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Veni sancte Spiritus. vt supra in Dominica. folio. 124.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

ca. 6 In illo tempore. Dixit Jesus turbis Judęorum. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: ꝛ ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre, ꝛ didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à deo: hic vidit patrez. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam ęternam. Ego sum panis vitę. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: ꝛ mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt siquis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis, quez ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. Credo in vnum Deuz patrẽ omnipotentẽ.

Offertorium. Meditabor in mandatis tuis: quę dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi, Alleluia. psal. 118 Secreta.

Accipe, quęsumus domine, munus oblatum: ꝛ dignanter operare, vt quod mysterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum nostrum Jesum Christũ, filium tuuz. Qui. vel Protege nos. vel Oblatis, vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis. Communio.

Joã. 14 Pacem relinquo vobis, alleluia: pacem meam do vobis, alleluia. alleluia. Postcommunio.

Sumentes domine celestia sacramenta, quęsumus clementiam tuaz: vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs consequamur. Per dominum nostrum Jesum Christũ filium tuum. Qui tecuz viuit ꝛ reg. vel Quęsumus domine. vel Hęc nos quęsumus. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis.

¶ Feria v. Statio ad sanctum Laurentium foris murum. Introitus.

Spiritus

Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, alleluia: ⁊ hoc quod cõtinet omnia, scientiã habet vocis, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Emitte spiritũ tuũ, ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciez terrę. ℣. Gloria.

Oro. Deus q hodierna die corda fideliũ sancti Spũs illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sapere, ⁊ de eius semp cõsolatione gaudere. p. in vni. eius. vel Ecclesię tuę. vel Deus oium. vt in fer. iiij. Dñicę resurrectionis. fo. 117

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 8

In diebus illis. Philippus descendens in ciuitatẽ Samarię, prędicabat illis Christum. Intendebant aũt turbę his quę dicebantur à Philippo: vnanimiter audientes ⁊ videtes signa quę faciebat. Multi enim eorũ q habebant spũs immundos, clamãtes voce magna exibãt. Multi aũt paralytici ⁊ claudi curati sunt. Factũ est ergo gaudiũ magnuz in illa ciuitate. Alleluia. alleluia.

psal. 103

℣. Emitte spiritum tuum, ⁊ creabũtur: ⁊ renouabis faciez terrę. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignẽ accende. Sequentia. Veni sancte spũs. vt sup. in dñica. f. 124.



Seq. scti euãg. scdm Lucam.

ca. 9

In illo tempore: Conuocatis Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutez ⁊ potestatez super omnia demonia: ⁊ vt lãguores curarẽt. Et misit illos pdicare regnũ dei: ⁊ sanare infirmos. Et ait ad illos Nihil tuleritis in via, neqz virgam, neque peraz, neqz panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunqz domum intraueritis, ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, ⁊ curantes vbique. Credo in vnum Deum patrem omnipotentẽ. Offertorium.

psal. 67

Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera, alleluia. Secreta.

Munera, qsumus domine, oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti Spiritus illustratione emunda. Per dominum nostrũ Jesum Christum filium. in vnitate eiusdez spũs. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis.

Act. 2

Communio. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erant sedentes, alleluia: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fecũdet. Per dominum nostrum Jesum Christũ filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus. vel Quęsumus. vel Hęc nos. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis.

¶ Feria vj. Quatuor temporum Pentecostes. Statio ad sanctos duodecim apostolos. Introitus.

Replea-

psal. 70

Repleatur os meum laude tua, alleluia: vt possim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alleluia. Psalmus. In te domine speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Da, quęsumus, ecclesię tuę misericoꝛs deus: vt spiritu sancto cōgregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per dominum. in vnitate eiusdem. vel Ecclesię tuę. vel Deus omnium. ut in feria iiii. Dominicę resurrectionis. foli. 117.

Lectio Joelis pꝛophetę.

ca. 2

Hec dicit dn̄s deus. Exultate filię Sion, ⁊ lętamini in domino deo uestro: quia dedit uobis doctoꝛem iustitię, ⁊ descendere faciet ad uos imbꝛem matutinum ⁊ serótinum sicut in pꝛincipio. Et implebuntur áreę frumento, ⁊ redundábūt toꝛcularia uino ⁊ oleo. Et comedetis uescentes, ⁊ saturabimini: ⁊ laudabitis nomen domini dei uestri, qui fecit uobiscuꝫ mirabilia: ⁊ nō confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis, quia in medio Israel ego sum: ⁊ ego dominus deus uester, ⁊ non est amplius: ⁊ non confundetur populus meus in ęternum. Ait dominus omnipotens.

sap. 12

Alleluia, alleluia. ℣. O quàm bonus ⁊ suauis est, dn̄e, spiritus tuus in nobis. Alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus, reple tuoꝛuꝫ coꝛda fideliuꝫ, ⁊ tui amoꝛis in eis ignem accende. Sequentia. Ueni sancte spūs. vt supꝛa, in dominica. fo. 124.

Sequētia sancti euāgelij sm̄ Lucaꝫ.



ca. 5

In illō tpe. Factū est in vna dierū, ⁊ Jesꝰ sedebat docēs. Et erāt pharisęi sedentes ⁊ legis doctoꝛes, q̄ venerant ex oī castello Galilęę, ⁊ Judęę, ⁊ Hierusalē: ⁊ virtus dn̄i erat ad sanandum eos. Et ecce viri poꝛtantes in lecto hominē qui erat paralyticus: ⁊ quęrebāt eū inferre, ⁊ ponere ante illuꝫ. Et nō inuenientes qua parte illū inferrent pꝛę turba, ascenderunt supꝛa tectū, ⁊ per tégulas submiserunt illū cū lecto in mediū, ante Jesum. Quoruꝫ fidē vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cęperūt cogitare scribę ⁊ pharisęi, dicentes. Quis est hic, qui lóquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Ut cognouit autē Jesus cogitationes eoꝛū, respondēs dixit ad illos. Quid cogitatis ī coꝛdibus vestris? Quid est facilius, dicere, dimittūtur tibi peccata tua: an dicere, Surge, ⁊ ambula? Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, ⁊ vade in domum tuaꝫ. Et confestim surgens coꝛaꝫ illis, tulit lectuꝫ in quo iacebat, ⁊ abijt in domum suam, magnificans deum. Et stupoꝛ appꝛehēdit omnes: ⁊ magnificabant deum. Et repleti sunt timoꝛe, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offertoꝛium. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quandiu ero, alleluia. Secreta.

psal. 145

Sacrifi-

Sacrificia dñe tuis oblata conspectibus, ignis ille diuinus absumat, q discipulorũ Christi filij tui per spiritũ sanctuꝫ corda succendit. Per eundem do. in vnitate eiusdẽ. vel Protege nos dñe, vel O blatis qs. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. Cõio. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia: ꝛ gaudebit cor vestrũ, alleluia. Postcommunio.

Joã. 14

Sumpsimus domine sacri dona mysterij humiliter deprecãtes: vt, que in tui commemoratione nos facere precepisti, in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ꝛ regnas. vel Quesumus domine. vel Hec nos quesumus. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis.

¶ Sabbato Quatuor tẽporũ. Statio ad sanctum Petruꝫ. Introitus.


Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, alleluia, per inhabitantem spiritũ eius in nobis, alleluia, alla. Psal. Benedic anima mea domino, ꝛ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiri. Orationes sequentes dicuntur sine Flectamus genua. Oremus.

psal. 102

Mentibus nostris, quesumus domine, Spiritum sanctuꝫ benignus infunde: cuius ꝛ sapiẽtia cõditi sumus, ꝛ prouidentia gubernamur. Per dominũ. in vnitate eius. Lectio Joelis prophete.

ca. 2

Haec dicit dominus deus. Effundam spiritum meum super omnem carnem: ꝛ prophetabunt filij vestri, ꝛ filie vestre. Senes vestri somnia somniabũt, ꝛ iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ꝛ super seruos meos ꝛ ancillas meas, in dieb⁹ illis effundã spiritum meum. Et dabo prodigia in celo sursum, ꝛ signa in terra deorsum, sanguinem, ꝛ ignẽ, ꝛ vaporem fumi. Sol cõuertetur in tenebras, ꝛ Luna in sanguineꝫ: antequam veniat dies domini magnus, ꝛ horribilis. Et erit: Omnis, quicũque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus est, qui viuificat: caro autem non prodest quicquam. Oratio.

Joã. 16

Illo nos igne, quesumus domine, Spiritus sanctus inflãmet: quem dñs noster Jesus Christus misit in terraꝫ: ꝛ voluit vehementer accendi. Qui tecuꝫ viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdẽ. Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Locutus est dominus ad Moysen, dicens. Loquere filijs Israel: ꝛ dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, ꝛ messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdotẽ: Qui eleuabit fasciculũ corã dño, vt acceptabile sit ꝓ vobis altero die sabbati: ꝛ sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die sabbati, in quo obtulistis manipulos primitiarũ, septem hebdomadas plenas vsque ad alterã diẽ expletionis hebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiũ nouum dño ex omnibus habitaculis vestris: panes primitiarum duos de duab⁹ decimis simile, quos eleuabit sacerdos coram domino. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimũ, atque sanctissimũ. Oẽ opus seruile nõ

ca. 23

facietis

facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, et generationibus vestris: dicit dominus omnipotēs. Alleluia. ℣. Spiritus eius ornauit celos. Oratio.

Deus, qui ad animarum medelam ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: cōcede nobis propitius: et mēte et corpore tibi semper esse deuotos. Per dominum.

Lectio libri Deuteronomij.

c.26 In diebus illis. Dixit Moyses filiis Israel. Audi Israel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi possidendam, et obtinueris eam, atq; habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallo: pgesq; ad locū, quē dominus deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomē eius. Accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, et dices ad eum. Profiteor hodie coram dño deo tuo, qui exaudiuit nos, et respexit humilitatē nostrā, et laborē atq; angustias: et eduxit nos de Aegypto in manu forti, et brachio extento, in ingenti pauore, in signis atq; portētis: et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte, et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terre, quas dominus dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui. Et adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, que dominus deus tuus dederit tibi. Alleluia. ℣. Dū complerentur dies Pentecostes, erāt omnes pariter sedentes. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotēs deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiam vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum nostrū Jesum. Lectio libri Leuitici.

c.26 In diebus illis: Dixit dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis, et mādata mea custodieritis, et feceritis ea: dabo vobis pluuiam temporibus suis, et terra gignet germen suum: et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiā, et vindemia occupabit sementē: et comedetis panem vestrū in saturitate, et absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacē in finibus vestris: dormietis, et non erit qui exterreat. Auferā malas bestias: et gladius nō transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: et corruent corā vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decē millia: cadēt inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciā vos, et crescere faciā: multiplicabimini, et firmabo pactū meū vobiscum. Comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponā tabernaculū meū in medio vestri: et nō abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, et ero vester deus, vosque eritis populus meus: dicit dominus omnipotēs. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignē accende. Oremus. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotēs deus, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitiis irruentibus pariter ieiunemus. Per dñm nostrum Jesum Christum filium.

Lectio Danielis prophete.

In

ca. 3 In diebus illis: Angelus domini descendit cum Azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantẽ. Flamma autem diffusa est super fornacem, cubitis quadragintanouem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis: neque contristauit: nec quicquam molestię intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant deum in fornace dicentes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum, et laudabilis in secula. Finito versu, dicitur Gloria in excelsis Deo. Sequitur Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ, concede propitius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor. vel Ecclesię tuę. vt in feria iiij. Dominicę resurrectionis. fo. 117.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 5 Fratres. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum per Iesum Christum dominum nostrum: per quem et accessum habemus per fidẽ in gratiã istam, in qua stamus, et gloriamur in spe glorię filiorũ dei. Non solum autẽ: sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. Spes autem non cõfundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Tractus.

Laudate dñm omnes gentes: et collaudate eũ omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in ęternum. Sequentia. Ueni sancte spiritus. vt supra in Dominica. sine Alleluia in fine.

psal. 116

Sequẽtia sancti euãgelij sm̃ Lucam.



ca. 4 In illo tempore: Surgens Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri: et dimisit illam. Et continuò surgens, ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dęmonia à multis, clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpãs, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum: et turbę requirebant eum, et venerunt vsque ad ipsum: et detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat prędicans in synagogis Galilęę.

Credo in vnũ Deum. Offertoriũ.

Dñe deus salutis meę, in die clamaui

psal. 87

maui ꝛ nocte corā te: intret oro mea in cōspectu tuo dñe, Alla. Secreta.

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia, presta nobis, q̄s, huius munere sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per dominum nostrum Jesum. vel Oblatis quesumus domine. vel Protege. vt in feria iiij. dñice resurrectionis. f.117. Cōio. Spiritus, vbi vult, spirat: ꝛ vocem eius audis, alleluia: sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, alleluia, alleluia, alla. Postcō. [Jo.3]

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem, quo eorum pariter ꝛ actu delectemur ꝛ gustu. Per dominum nostrum. vel Hec nos quesumus. vel Quesumus domine. vt in feria iiij. Dominice resurrectionis. folio.117.

IN FESTO SANCTAE Trinitatis. Introitus.

Benedicta sit sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. psalmus. Domine dominus noster, quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei, eterne Trinitatis gloriam agnoscere, ꝛ in potētia maiestatis adorare vnitatem: quesumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per do. Deinde fit cōmemoratio de Dominica j. post Pentecosten. Oratio. Deus in te sperantium. vt inferius habetur in eius missa.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres. O altitudo diuitiarum sapientie ꝛ scientie dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, ꝛ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, ꝛ retribuet ei? Quoniam ex ipso, ꝛ per ipsum, ꝛ in ipso sunt omnia. Ipsi honor, ꝛ gloria, in secula seculorum. Amen. Graduale. Benedictus es domine qui intuéris abyssos, ꝛ sedes super cherubim. ℣. Benedictus es domine in firmamento celi, ꝛ laudabilis in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrū nostrorum, ꝛ laudabilis in secula, alleluia. Sequ. sancti euange. sm Mattheū. [ca.11]



In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Data est mihi oīs potestas in celo ꝛ in terra. Eūtes ergo docete oēs gētes, baptizātes eos, in nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti: docētes eos seruare omnia quecunque mandaui vobis. Et ecce, ego vobiscū sum vsqꝫ ad cōsummationē seculi. Credo. Offertoriū. Benedictus sit deus pater, vnigenitusqꝫ dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscū misericordiā suā. Secreta. [ca.28]

Sanctifica, q̄s dñe deus noster, per tui sancti nominis inuocationē, huius oblationis hostiā: ꝛ per eā nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Per. Pref. Qui cū vnigenito. fo.101. Cōio. Benedicim⁹ deū celi, ꝛ coram omnibus viuentibus

confitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiã suam. **Postcõmunio.**

Proficiat nobis ad salutem corporis ⁊ animę, dñe deus noster, huius sacramẽti susceptio, ⁊ sempiternę sãctę Trinitatis, eiusdẽmq; indiuiduę vnitatis confessio. Per.

❡ Dominica prima post Pentecosten. Introitus.

psal. 12

Domine ĩ tua misericordia speraui: exultauit cor meũ in salutari tuo: cãtabo domino, qui bona tribuit mihi. **ps.** Usquequo domine obliuisceris me ĩ finẽ? vsquequo auertis faciẽ tuam à me? **V.** Gloria pa. **Oratio.**

Deus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: ⁊ quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, pręsta auxilium gratię tuę: vt in exequendis mandatis tuis, ⁊ voluntate tibi, ⁊ actione placeamus. Per dominũ.

Ad poscenda suffragia Sanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quęsumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente gloriosa virgine dei genitrice Maria, cũ beatis Apostolis tuis Petro, ⁊ Paulo, atque beato **N.** ⁊ omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt destructis aduersitatibus ⁊ erroribꝰ vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate.

Et dicitur in missa tam de tempore quam de sancto, vsque ad Aduentũ, nisi sit duplex, vel infra octauam. Tertia vero oratio dicatur ad libitum sacerdotis.

Lectio epistolę beati Joannis apl'i. 1. c. 4

Charissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, ⁊ misit filium suum propitiatorẽ pro peccatis nostris. Charissimi si deus dilexit nos, ⁊ nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligimus inuicem, deus in nobis manet, ⁊ charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniã in eo manemus, ⁊ ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus: ⁊ testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est filius dei: deus in eo manet: ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus, ⁊ credidimus charitati, quã habet deus in nobis. Deus charitas est: ⁊ q manet in charitate, in deo manet, ⁊ deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: q: sicut ille est, ⁊ nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniã timor pęnã habet. Qui autẽ timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum: quoniã deus prior dilexit nos. Siquis dixerit quoniam diligo deum: ⁊ fratrẽ suũ oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: deum, quem non videt, quómodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à deo: vt qui diligit deũ, diligat ⁊ fratrem suum. **Graduale.**

psal. 40 Ego dixi dñe, miserere mei: sana animam meã, quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit super egenum, ⁊ pauperem: in die mala liberabit eum dñs. Allã, allã. ℣. Uerba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum, alleluia.

Sequẽ. sancti euangelij ẜm Lucam.

ca. 6



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut ⁊ pater vester misericors est. Nolite iudicare, ⁊ non iudicabimini. Nolite cõdẽnare, ⁊ nõ cõdẽnabimini. Dimittite, ⁊ dimittemini. Date, ⁊ dabit̃ vobis. Mensurã bonã, ⁊ cõfertã, ⁊ coagitatã, ⁊ supereffluentẽ dabũt in sinũ vestrũ. Eãdẽ quippe mẽsura, qua mẽsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autẽ illis ⁊ similitudinẽ. Nũquid potest cecus cecuz ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistruz. Perfectus autez omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aũt vides festucã in oculo fratris tui: trabem aũt, que in oculo tuo est, non consideras? Aut quõ potes dicere fratri tuo: frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse trabẽ in oculo tuo non vidẽs? Hypocrita, eijce primuz trabem de oculo tuo: ⁊ tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Credo.

ps. 5 Offerto. Intende voci orationis mee, rex meus, ⁊ deus meus: quoniã ad te orabo domine. Secreta.

Hostias nostras, q̃s domine, tibi dicatas placatus assume: ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum no.

Ad poscẽda suffragia sanctor. Sec.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt per huius sacramenti virtutem à cunctis nos mentis, ⁊ corporis hostibus tuearis: gratiam tribuens in presenti, ⁊ gloriam in futuro. Per dominum. Communio.

ps. 9 Narrabo omnia mirabilia tua: letabor, ⁊ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

Tantis domine repleti muneribus, presta, quesumus: vt ⁊ salutaria dona capiamus: ⁊ à tua laude nunquã cessemus. Per do. Ad poscẽda suffragia sanctorũ. Postcõio.

Muniat ⁊ muniat nos, q̃s dñe, diuini sacramẽti munꝰ oblatũ: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria cũ beatis aplis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus sanctis, à cunctis nos reddat ⁊ peruersitatibus expiatos, ⁊ aduersitatibus expeditos. Per eũdẽ.

¶ In sollemnitate sacratissimi Corporis Christi. Introitus.



psal. 80 Cibauit eos ex adipe frumẽti, alleluia: ⁊ de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. Ps. Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Jacob. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in prin. Oro.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriã reliquisti: tribue, q̃sumus, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra

mysteria venerari: vt redemptionis
tue fructum in nobis iugiter sentia-
mus. Qui viuis ⁊ regnas cuʒ deo
patre in vnitate spiritus sācti deus.

Lectio epistole beati Pauli
apostoli ad Corinthios.

1.c.11

FRatres: Ego eniʒ accepi a do
mino quod ⁊ tradidi vobis:
quoniam dominus Jesus in qua no
cte tradebatur, accepit paneʒ, ⁊ gra-
tias agens, fregit, ⁊ dixit. Accipite,
⁊ manducate: Hoc est corpus meuʒ
quod pro vobis tradetur. Hoc faci-
te in meam commemorationem. Si
militer ⁊ calicem postquaʒ cenauit,
dicens. Hic calix nouum testamen-
tuʒ est in meo sanguine. Hoc facite,
quotiescunqʒ biberis, in meam com
memorationem. Quotiescūqʒ eniʒ
manducabitis panē hunc, ⁊ calicem
bibetis: mortem dn̄i annunciabitis
donec veniat. Itaqʒ quicunqʒ man-
ducauerit panem: ⁊ biberit calicem
domini indignè: reus erit Corporis
⁊ sanguinis domini. Probet auteʒ
se ipsū homo: ⁊ sic de pane illo edat,
⁊ de calice bibat. Qui enim mandu-
cat ⁊ bibit indignè: iudicium sibi mā
ducat ⁊ bibit, non diiudicās corpus
domini. Graduale. Oculi omnium

psal. 144

in te sperant domine: ⁊ tu das illis
escam in tempore opportuno. ℣.
Aperis tu manum tuam: ⁊ imples
omne animal benedictione. Alle-
luia, alleluia. ℣. Caro mea verè est
cibus: ⁊ sanguis meus verè est po-
tus: qui manducat meam carnem,
⁊ bibit meum sanguinem, in me ma-
net, ⁊ ego in eo. Sequentia.

LAuda Sion Saluatorem, lau-
da ducem ⁊ pastorem, in hym-
nis, ⁊ canticis. Quantum potes tā-
tum aude: quia maior omni laude,
nec laudare sufficis. Laudis thema
specialis, panis viuus ⁊ vitalis ho-
die proponitur. Quem in sacre mē
sa cene, turbe fratrum duodene da-
tum, non ambigitur. Sit laus ple-
na, sit sonora, sit iucunda, sit decora
mentis iubilatio. Dies enim solle-
mnis agitur, in qua mēse prima reco
litur huius institutio. In hac men
sa noui regis, nouum pascha noue le
gis, phase vetus terminat. Vetusta-
tem nouitas, vmbram fugat veri-
tas, noctem lux eliminat. Quod in
cena Christus gessit, faciendū hoc
expressit in sui memoriam. Docti sa
cris institutis, panem, vinum in sa-
lutis consecramus hostiam. Do-
gma dat christianis, quod in carnē
transit panis, ⁊ vinum in sanguineʒ.
Quod non capis, quod non vides,
animosa firmat fides, preter rerum
ordinem. Sub diuersis speciebus,
signis tantum, ⁊ non rebus, latent
res eximie. Caro cibus, sanguis
potus: manet Christus tamen to-
tus sub vtraque specie. A sumente
non concisus, non confractus, non
diuisus: integer accipitur. Sumit
vnus, sumunt mille: quantū isti, tan-
tum ille: nec sumptus consumitur.
Sumunt boni, sumunt mali, sorte ta
mē inequali vite, vel interitus. Mors
est malis, vita bonis: vide, paris sum
ptionis quāʒ sit dispar exitus. Fra
cto demum sacramento: ne vacilles:
sed memento, tantū esse sub fragmē-
to, quantum toto tegitur. Nulla rei
fit scissura: signi tantum fit fractura:
qua, nec status, nec statura signati
minuitur. Ecce panis angelorum
factus cibus viatorum: verè pa-
nis filiorum, non mittendus cani-
bus. In figuris presignatur, cum
Isaac

Isaac immolatur: agnus paschę deputať: datur manna patribus. Bone pastor, panis vere, Jesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre, in terra viuentium. Tu qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, cohęredes et sodales fac sanctorum ciuium. Amen. Alleluia.

Seq. sancti euãgelij scḋm Joannem.

ca.6



In illo tpe. Dixit Jes⁹ turbis Judęor. Caro mea, verè est cib⁹: et sãguis meus verè est potus. Qui manducat meã carnem, et bibit meũ sanguinẽ: in me manet, et ego in illo. Sicut misit me viuens pater, et ego viuo propter patrem, et qui manducat me, et ipse viuet ꝓpter me. Hic est panis qui de cęlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: et mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ, viuet in ęternum. Credo. Offertorium. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo, et non polluẽt nomen eius, alleluia. Secreta

Leu. 21

Ecclesię tuę, quęsumus dñe, vnitatis et pacis propitius dona concede: quę sub oblatis muneribus mysticè designãtur. Per dñm. Pręfatio Quia per incarnati. fo. 96. Et dicitur per totã octauã. Cõmunio. Quotiescunqꝫ manducabitis panẽ hunc, et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat: itaque quicunqꝫ manducauerit panem, et biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, et sanguinis domini, alleluia. Postcommunio.

i. co. 11

Fac nos, quęsumus domine, diuinitatis tuę sẽpiterna fruitione repleri, quam preciosi corporis et sanguinis tui tẽporalis perceptio pfigurat. Qui viuis et regnas.

¶ Intra octauam non fit de aliquo sancto, nisi fuerit duplex. In die octauę nõ fit nisi de festo S. Joãnis Baptistę, et sanctorum apostolorũ Petri et Pauli, si occurrat: et tũc fit de festo cũ comme. octauę. Secũda oõ infra oct. de S. Maria. Concede. fol. 222. tertia Ecclesię. fol. 229. vel pro Papa. folio. 228.

¶ Dñica ij. post Pente. quę est infra octa. Corporis Christi. Introit⁹.

Factus est dñs ꝓtector meus: et eduxit me in latitudinẽ: saluum me fecit: qm̃ voluit me. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meũ, et refugiũ meũ, et liberator meus. ℣. Gloria. Oõ.

psal. 17

Sancti nominis tui dñe timorẽ pariter et amorẽ fac nos habere perpetuũ: quia nũquã tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per dñm. Deinde fit cõme. de octa. Corporis Christi. tãtũ. Deus q nobis. vt sup. fo. 130.

Lectio epistolę beati Joãnis apostoli.

Charissimi: Nolite mirari, si odit vos mũdus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitã: qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Et scitis, quoniaꝫ omnis homicida nõ habet vitam ęternam in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille pro nobis animam suam po

i. ca. 3

fuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, ⁊ viderit fratrem suum necessitatem habere, ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: sed opere ⁊ veritate. **Grad.**

psal. 119 **A**d dominum cum tribularer clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Domine, libera animam meam a labijs iniquis, ⁊ a lingua dolosa. **A**lleluia, alleluia. ℣. Domine deus in te speraui, saluũ me fac ex oĩbus persequentibus me, ⁊ libera me, alleluia.

Sequẽ. sancti euang. scd̃m Lucam.

ca. 14 **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnã: ⁊ vocauit multos. Et misit seruum suum hora cenę dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: ⁊ necesse habeo exire, ⁊ videre illaꝫ. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinque: ⁊ eo probare illa. Rogo te, habe me excusatũ. Et alius dixit. Uxorem duxi: ⁊ ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles, ⁊ cecos, ⁊ claudos introduc huc. Et ait seruus, Domine factuꝫ est vt imperasti: ⁊ adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meaꝫ. **C**redo.

ps. 6 **Offertoriũ. D**omine conuertere, ⁊ eripe animam meam: saluũ me fac propter misericordiam tuã. **Secre.**

Oblatio nos, q̃s dñe, tuo nomini dicanda purificet: ⁊ de die in diem ad celestis vitę transferat actionem. Per dominum nostruꝫ.

psal. 12 **Cõio. C**antabo domino, qui bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini domini altissimi. **Postcommunio.**

Sumptis muneribus sacris, quęsumus domine, vt cum frequentatione mysterij, crescat nostrę salutis effectus. Per dominũ nost.

¶ Dominica tertia post Pentecosten. Introitus.

psal. 24 **R**espice in me, ⁊ miserere mei domine: quoniam vnicus, ⁊ pauper sum ego: vide humilitatem meam ⁊ laborem meũ: ⁊ dimitte omnia peccata mea deus meus. **Psalmus.** Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. **Oratio.**

Protector in te sperantium deus, sine quo nihil est validum nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona tẽporalia, vt non amittamus ęterna. Per dominũ. **A** cunctis nos q̃s. **vt in Dominica j. post Pẽte.** f. 129.

Lectio epistolę beati Petri apli.

1.c.5 **C**arissimi: Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Omneꝫ solicitudinẽ vestram proijcientes in eum: quoniam ipsi est cura de vobis. Sobrij estote, ⁊ vigilate: q2 aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuo-

deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie, qui vocauit nos in eternam suam gloriam in Christo Jesu, modicũ passos ipse perficiet, cõfirmabit, solidabit que. Ipsi gloria, et imperiũ in secula seculorũ. Amen. Grad. Iacta cogitatũ tuũ in dño: et ipse te enutriet. ℣. Dũ clamarem ad dñm, exaudiuit vocez meã ab his qui appropinquant mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iustus, fortis, et patiens, nunquid irascetur per singulos dies: alleluia.

psal. 54

Ps. 7

Sequentia sancti euange. sm Lucã.

ca. 15



In illo tpe: Erant appropinquantes ad Jesuz publicani et peccatores, vt audirent illũ. Et murmurabãt pharisei et scribe, dicentes. Quia hic peccatores recipit, et mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: et, si perdiderit vnã ex illis, nonne dimittit nonagintanouẽ in deserto, et vadit ad illaz q̃ perierat, donec inueniat illã: Et cum inuenerit eaz, imponit in humeros suos gaudens: et veniens domũ, conuocat amicos et vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, qa inuẽni ouem meã que perierat. Dico vobis, quod ita gaudiũ erit in celo sup vno peccatore penitentiã agente, quã supra nonagintanouem iustis, qui non indigent penitentia. Aut que mulier habẽs drachmas decem: si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, et euérrit domum, et querit diligenter, donec inueniat eam: Et cuz inuenerit, cónuocat amicas et vicinas, dicens. Congratulamini mihi: q2 inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Credo.

Offerto. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querentes te: psallite domino: qui habitat in Sion: quoniam non est oblitus orationem pauperum. Secreta.

psal. 9

Respice, q̃s dñe, munera supplicantis ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatione sumẽda concede. Per do. Exaudi nos deus salutaris. vt in Dominica j.

Cõmunio. Dico vobis gaudiuz est angelis dei super vno peccatore penitentiã agente. Postcommunio.

Luc. 15

Sancta tua domine nos sumpta viuificent: et misericordie sempiterne preparent expiatos. Per dominum nostrum Jesum. Mundet, et muniat. vt in Dominica j.

¶ Dominica iiij. post Pentecosten. Introitus.

Dominus illuminatio mea, et salus mea, quẽ timebo: dñs defensor vite mee: a quo trepidabo: q tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt. Ps. Si cõsistant aduersũ me castra, nõ timebit cor meũ. ℣. Gloria pa. Oratio.

psal. 26

Da nobis, q̃s domine, vt et mũdi cursus pacificè nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua trãquilla deuotione letetur. Per dominũ.

A cunctis nos· vt in prima domi nica post Pente. fo. 129. Lctõ eplę btī Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8 Fratres: Existimo quòd non sunt cōdignę passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: qa ⁊ ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorum dei. Scimus enim, quòd omnis creatura ingemiscit, ⁊ párturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed ⁊ nos ipsi primitias spiritus habētes, ⁊ ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum dei expectantes, redemptionem corporis nostri: In Christo Jesu domino nostro.

psal. 78 Grad. Propitius esto dn̄e peccatis nostris: nequando dicāt gentes, vbi est deus eorū? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter honorem nominis tui dn̄e libera nos. Alleluia, allā. ℣. Deus q sedes super thronum, ⁊ iudicas ęquitatem, esto refugiū pauperū in tribulatiōe, alleluia.

Sequē. sancti euāgelij sm̄ Lucam.

ca. 5



In illo tpe: Cū turbę irruerēt in Jesū, vt audirent verbū dei: ⁊ ipse stabat secus stagnū Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Piscatores aūt descénderant, ⁊ lauabant retia. Ascendens autē in vnam nauim q̄ erat Simónis, rogauit eū à terra redúcere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Ut autem cessauit loq, dixit ad Simonē. Duc in altum, ⁊ laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi. Pręceptor, per totam noctē laborantes nihil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur aūt rete eorū. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui: vt venirent, ⁊ adiuuarēt eos. Et venerūt, ⁊ ipleuerūt ambas nauiculas: ita vt penè mergerētur. Qđ cū videret Simō Petrus, prócidit ad genua Jesu dicēs. Exi à me, qa homo peccator sū, dn̄e. Stupor enim circundéderat eū, ⁊ oēs qui cū illo erāt, in captura pisciū quā ceperāt. Similiter aūt ⁊ Jacobum ⁊ Joānem filios Zebedęi, qui erāt socij Simonis. Et ait ad Simonem Jesus. Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terrā nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. Credo. Offer. Illumina oculos meos, ne vnquā obdormiam in morte: nequādo dicat inimic⁹ meus, pręualui aduersus eū. Secr.

psal. 12

Oblationibus nostris, q̄s domine, placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiā rebelles compelle propitius voluntates. Per dominuꝫ.

Exaudi. vt in dn̄ica j. Communio.

psal. 17 Dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus, adiutor meus. Postcommunio.

Mysteria nos, domine, q̄sumus, sumpta purificent: ⁊ suo munere tueantur. Per dominū. Muniat ⁊ muniat. vt in prima dominica.

¶ Dominica v. post Pentecosten. Introitus.

Exaudi

psal. 26

Exaudi dñe vocem meam, qua clamaui ad te: adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. Ps. Dñs illuminatio mea, et salus mea: quem timebo? ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus et super omnia diligentes, promissiones tuas, que omne desiderium superant, consequamur. Per do. Acunctis nos qsumus. vt in dñica j. post Penteco. f. 129.

Lectio epistole beati Petri apostoli.

j. ca. 3

Charissimi: Omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed e contrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, et dies videre bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, et faciat bonum: inquirat pacem, et sequatur eam. Quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. Dominum autem Jesum Christum sanctificate in cordibus vestris. Gradua. Protector noster aspice deus, et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex: et sup salutare tuum exultabit vehementer, alleluia.

psal. 83

psal. 20

Seq. sancti euangelij sm Mattheu.



In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Credo. Offer. Benedicam dñm, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Secreta.

ca. 5

psal. 15

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus assume: vt, quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Exaudi nos. vt in dominica. j. Communio. Unam petij a dño, hanc requiram: vt inhabitem in

psal. 26

in domo domini omnibus diebus vitę meę. **Postcommunio.**

QUos dñe celesti dono satiasti: presta q̄sumus: vt a nostris mundemur occultis: ⁊ ab hostium liberemur insidijs. Per dominū. **M**unde⁊ muniat. vt i prima dominica.

¶ **Dominica sexta post Pentecosten. Introitus.**

psal. 27

DOminus fortitudo plebis suę: ⁊ protector salutariū Christi sui est: saluum fac populum tuū dñe, ⁊ benedic hereditati tuę, ⁊ rege eos vsq3 in seculū. psal's. Ad te domine clamabo: deus meus ne sileas a me: nequādo taceas a me: ⁊ assimilabor descendentibus in lacum. ℣. Gloria patri, ⁊c. **Oratio.**

DEus virtutum cuius est totū, qđ est optimū, insere pectoribus nostris amorē tui nominis: ⁊ presta in nobis religionis augmentū: vt q̄ sunt bona nutrias: ac pietatis studio, quę sūt nutrita, custodias. Per dñm. **A** cunctis nos. vt in dñica j. post Pētecostē. f. 129. **Lectio ep'lę beati Pauli apl'i ad Romanos.**

ca. 6

FRatres: Quicunq3 baptizati sumus in Christo Jesu, in morti ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus q2 simul etiam viuemus cum illo. Scientes, qa Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur: mors illa vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est: peccato mortuus est semel: quod aūt viuit, viuit deo. Ita ⁊ vos existimate, vos mortuos quidē esse peccato: viuētes aūt deo in Christo Jesu dño nostro. **Gradu.**

psal. 89

COnuertere dñe aliquantulū: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factus es nobis, a generatione in generationē. **A**lleluia, all'a. ℣. In te dñe speraui, non cōfundar in eternum: in iustitia tua libera me, ⁊ eripe me: inclina ad me aurem tuam: accelera: vt eripias me, alleluia. **Sequ. sancti euange. sm Marcum.**



ca. 8

IN illo tpe: Cū turba multa esset cum Jesu, nec haberēt qđ māducarēt: cōuocatis discipulis suis, ait illis. Misereor sup turbā: quia ecce iam triduo sustinēt me, nec habent quod māducent. Et, si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbę discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agēs fregit, ⁊ dabat discipulis suis, vt apponerent: ⁊ apposuerunt turbę. Et habe-

habebant pisciculos paucos: ꝛ ipsos benedixit, ꝛ iussit apponi. Et mā ducauerunt, ꝛ saturati sunt. Et sustulerūt qd̄ superauerat de fragmētis, septē sportas. Erant autē qui māducauerant, quasi quatuor millia: ꝛ dimisit eos. Credo. Offert. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nō moueant̄ vestigia mea: inclina aurē tuam, ꝛ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta. — psal. 16

Propitiare dn̄e supplicationibus nostris: ꝛ has populi tui oblatiōes benignus assume: ꝛ, vt nullius sit irritū votū, nullius vacua postulatio, presta q̄s: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per do. Exaudi nos deus. vt in dominica j. Cōmunio. Circuibo, ꝛ immolabo in tabernaculo eius hostiā iubilationis: cantabo, ꝛ psalmū dicam domino. Postcommunio. — psal. 26

Repleti sumus domine muneribus tuis: tribue quesumus: vt eorum mundemur effectu, ꝛ muniamur auxilio. Per dominū nostrū. Mundet ꝛ muniat. vt in dn̄ica j.

¶ Dominica septima post Pentecosten. Introitus.

Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. psal'. Qm̄ dn̄s excelsus, terribilis, rex magnus super omnē terrā. ℣. Gloria. Oratio. — psal. 46

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione nō fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas, ꝛ omnia nobis profutura cōcedas. Per do. A cunctis. in Dominica j. post Pētec. f. 129.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immunditie ꝛ iniquitati ad iniquitatem: ita ꝛ nunc exhibete membra vestra seruire iustitie, in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam eternā. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem dei, vita eterna, in Christo Jesu domino nostro. — ca. 6

Graduale. Venite filij, audite me: timorē domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum, ꝛ illuminamini: ꝛ facies vestre non confundentur. Alleluia, alleluia. ℣. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis, alleluia. — ps. 33; psal. 46

Sequē. sancti euan. sm̄ Mattheum.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum, cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic, omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. Nō potest arbor bona malos — ca. 7

malos fructus facere: neque arbor mala, fructus bonos facere. Omnis arbor, que non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignē mittet. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Credo. Offer. Sicut in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificiũ nostrū in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi, quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta.

Deus, qui legalium differentiā hostiarũ vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificium à deuotis tuis famulis: & pari benedictione, sicut munera Abel, sanctifica: vt quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem, cunctis proficiat ad salutem. Per dn̄. Exaudi nos deus. vt in prima Dominica.

Cōio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas me. Postcommunio.

Tua nos domine medicinalis operatio, & à nostris peruersitatibus clementer expediat, & ad ea que sunt recta perducat. Per dn̄m. Mundet & muniat, vt in dominica j.

Dominica octaua post Pentecosten. Introitus.

Suscepimus deus misericordiam tuā in medio templi tui: secundum nomen tuum deus, ita & laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Ps. Magnus dn̄s, & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. V. Gloria patri, & filio. Oratio.

Largire nobis, q̄s dn̄e, semper spiritum cogitandi que recta sunt propitius, & agendi: vt, qui sine te esse nō possumus, sēm te viuere valeamus. Per do. A cũctis nos q̄s. vt in Dn̄ica j. post Pentec. fo. 129.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres: Debitores sumus: nō carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundũ carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunq; enim spiritu dei agũtur: hi filij dei sunt. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij dei. Si autem filij: & heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem Christi. Grad. Esto mihi in deũ protectorem, & in locũ refugij, vt saluum me facias. V. Deus in te speraui dn̄e: non confundar in eternum. Alleluia, alleluia. V. Magnus dominus, & laudabilis valde in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc. Hō quidā erat diues, q habebat villicũ: & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio

Marginalia: ca. 3 (left, at Sicut in holocaustis); psal. 30 (left, at Cōio); psal. 47 (left, at Introitus); ca. 8 (right, at Fratres); psal. 30 (right, at Grad.); psal. 47 (right, at Alleluia); ca. 16 (right, at In illo tpe.)

dio de te? Redde rationem villicationis tuę: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere nō valeo, mēdicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionē tuam: ⁊ sede cito, ⁊ scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centū coros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas, ⁊ scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Credo. Offer. Populum humilem saluum facies dn̄e, ⁊ oculos superborū humiliabis: qm̄ quis deus preter te domine? Secreta.

psal. 17

Suscipe, quęsumus, domine munera, quę tibi de tua largitate deferimus: vt hęc sacrosancta mysteria, gratię tuę operante virtute, ⁊ presentis vitę nos conuersatione sanctificēt, ⁊ ad gaudia sempiterna perducant. Per dn̄m. Exaudi nos. vt in dominica j. Cōio. Gustate, ⁊ videte, quoniam suauis est dn̄s: beatus vir qui sperat ī eo. Postcōmunio.

psal. 33

Sit nobis, domine, reparatio mentis ⁊ corporis cęlestemysterium: vt, cuius exequimur cultū, sentiamus effectum. Per dominū.

Mundet ⁊ muniat. vt in dn̄ica j.

Dominica nona post Pentecosten. Introitus.

Ecce deus adiuuat me: ⁊ dn̄s susceptor est animę meę: auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua disperde illos protector meus domine. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: ⁊ in virtute tua libera me. ℣. Gloria patri. Oratio.

psal. 53

Pateant aures misericordię tuę dn̄e precibus supplicantium: ⁊, vt petentibus desiderata concedas, fac eos quę tibi sunt placita postulare. Per dominum. A cunctis nos. vt in dn̄ica j. post Pent. f. 129.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. C. 10

Fratres: Non sumus concupiscentes malorū, sicut ⁊ illi cōcupierunt. Neq3 idololatrę efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodū scriptum est. Sedit populus manducare ⁊ bibere, ⁊ surrexerunt ludere. Neq3 fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, ⁊ ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Christum: sicut quidā eorum tentauerunt, ⁊ a serpentibus perierunt. Neq3 murmuraueritis: sicut quidā eorū murmurauerūt, ⁊ perierunt ab exterminatore. Hęc aūt omnia in figura contingebant illis: scripta sunt aūt ad correptionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerunt. Itaq3 qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autē deus est, qui non patietur vos tentari

tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum: vt possitis sustinere. Gradua.

[ps. 8] Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluia, alleluia. ℣. [psal. 58] Eripe me de inimicis meis deus meus, ⁊ ab insurgētibus in me libera me, alleluia.

Sequ. sancti euangelij sm Lucam. [ca. 19]



In illo tpe: Cū appropiquaret Iesus Hierusalem, vidēs ciuitatē, fleuit super illā, dicens. Quia si cognouisses, ⁊ tu: ⁊ quidē in hac die tua, q̄ ad pacē tibi. Nunc autē abscōdita sunt ab oculis tuis. Qr venient dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ coangustabunt te vndique: ⁊ ad terram prosternent te, ⁊ filios tuos qui in te sunt: ⁊ non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuę. Et ingressus in templū cepit eijcere vendentes in illo ⁊ ementes, dicens illis. Scriptum est: qr domus mea domus orationis est. Vos aūt fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo. Offertorium. [psal. 18] Iustitię dn̄i rectę, letificantes corda: ⁊ iudicia eius dulciora super mel ⁊ fauum: nā ⁊ seruus tuus custodit ea. Secreta.

Concede nobis, q̄s domine, hęc digne frequentare mysteria: qr quoties huius hostię commemoratio celebratur, opus nostrę redemptionis exercetur. Per dn̄m. Exaudi nos deus salutaris. vt in Dominica j. Cōmunio. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum sanguinē, in me manet, ⁊ ego in eo, dicit dominus. [Io. 6] Postcommunio.

Tui nobis, quęsumus domine, communio sacramenti, ⁊ purificationem conferat, ⁊ tribuat vnitatem. Per dominum no. Mundet ⁊ muniat. vt in Dominica prima.

¶ Dominica decima post Pentecosten. Introitus.

Dum clamarem ad dominū, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi: ⁊ humiliauit eos qui est ante secula, ⁊ manet in ęternū: iacta cogitatū tuū in domino, ⁊ ipse te enutriet. [psal. 54] Psal. Exaudi deus orationem meā: ⁊ ne despexeris deprecationē meā: intēde mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria. Oro.

Deus, qui omnipotentiam tuā parcendo maximè ⁊ miserando manifestas, multiplica super nos gratiam tuā: vt, ad tua promissa currentes, celestium bonorū facias esse consortes. Per do. A cunctis nos q̄sumus. vt in Dominica j. post Pētecosten. f. 129. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios. [1. C. 12]

Fratres: Scitis quoniam cū gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicer̄, dominus Iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sūt, idem autem spiritus. Et diuisiones mini-

ministrationum sunt: idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuiq; autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: alij autem sermo scientie, secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatum in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Gradu.

psal. 16 Custodi me dñe vt pupillam oculi: sub vmbra alarũ tuarũ protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: et tibi reddetur votum in Hierusalem, alleluia.

Seq. sancti euangelij scdm Lucam. ca. 18



In illo tpe: Dixit Jesus ad quosdam q in se cõfidebant tanquam iusti, et aspernabãtur ceteros, parabolã istã. Duo homines ascẽderũt in templum vt orarent, vnus Phariseus, et alter Publicanus. Phariseus stãs, hec apud se orabat. Deus tibi gratias ago, qr nõ sũ sicut ceteri hominũ: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Jeiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celũ leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: descẽdit hic iustificatus in domum suã ab illo. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Credo. Offert.

psal. 24 Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, nõ erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectãt non confundentur. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicata reddãtur: que sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti: vt eadem remedia fieri nostra prestares. Per dominum nost. Exaudi nos deus. vt in dominica j. Cõmunio.

psal. 50 Acceptabis sacrificium iustitie, oblationes, et holocausta, super altare tuum, domine. Postcommunio.

Quesumus dñe deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis, tuis non destituas benignus auxilijs. Per dñm. Mundet et mu. vt in prima dñica.

¶ Dominica xj. post Pentecostẽ.

Introitus.



psal. 67 Deus in loco sancto suo: deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue. Psalmus. Exurgat deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: q abundantia pietatis tue, et merita supplicũ excedis, et vota: effunde super nos misericordiã tuã: vt dimittas q cõsciẽtia metuit: et adijcias quod oratio nõ presumit. Per dñm. A cunctis. vt in dñica j. post Pẽt. f. 129.

Lectio

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

1. ca. 15

FRatres: Notum vobis facio euangeliũ, quod predicaui vobis, quod ⁊ accepistis, in quo ⁊ statis, per quod ⁊ saluamini: qua ratione predicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod ⁊ accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, ⁊ quia sepultus est: ⁊ quia resurrexit tertia die secundum scripturas: ⁊ qꝛ visus est Cephe: ⁊ post hoc, vndecim. Deinde visus est plusquã quingentis fratribus simul: ex quibus multi manẽt vsqꝫ adhuc: quidam autẽ dormierũt. Deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus. Nouissimè autem omniũ, tãquam abortiuo, visus est ⁊ mihi. Ego enim sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiã dei. Gratia autẽ dei, sum id quod sum: ⁊ grã eius in me vacua nõ fuit. **Graduale.** In deo sperauit cor meũ, ⁊ adiutꝰ sum, ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui: deus meus ne sileas: ne discedas à me. Alleluia, alleluia. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob: sumite psalmum iucundum cum cithara, alleluia.

psal. 27

Sequentia sancti Euangelij secundum Marcum.

ca. 7

IN illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri venit p Sidónem ad mare Galilee, inter medios fines Decapóleos. Et adducunt ei surdum ⁊ mutum: ⁊ deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: ⁊ expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in celum, ingemuit: ⁊ ait illi. Ephpheta, quod est, adaperire. Et statim aperte sunt aures eius, ⁊ solutũ est vinculũ lingue eius, ⁊ loquebatur recte. Et precepit illis, ne cui dicerent. Quanto autẽ eis precipiebat, tãto magis plus predicabãt: ⁊ eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: ⁊ surdos fecit audire, ⁊ mutos loqui. **Credo. Offertoriũ.** Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: domine clamaui ad te, ⁊ sanasti me. **Secreta.**

psal. 29

REspice, domine, quesumus, ad nostram propitius seruitutem: vt quod offerimus, sit tibi munus acceptũ: ⁊ sit nostre fragilitatis subsidium. Per dominum nostrũ Iesum Christum filium tuũ. Qui tecũ. Exaudi nos deus. **vt in prima Dominica. Communio.** Honora dominum de tua substantia, ⁊ de primitijs frugum tuarum: ⁊ implebuntur aree tue saturitate, ⁊ vino torcularia redundabunt. **Postcommunio.**

pro. 3

SEntiamus, quesumus domine, tui perceptione sacramenti, subsidium mentis ⁊ corporis: vt in vtroqꝫ saluati, celestis remedij plenitudine gloriemur. Per do. Mundet ⁊ muniat. **vt in prima dominica.**

¶ Dominica xij. post Pentecosten. Introitus.

psal. 69

DEus in adiutorium meũ intende: dñe ad adiuuãdũ me festina: cõfundant ⁊ reuereant inimici mei, qui querũt animam

animã meã. Psal. Auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens & misericors deus: de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur: tribue nobis, quęsumus: vt ad promissiones tuas, sine offensione curramus. Per dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus. A cunctis nos quęsumus dñe. vt in dominica j. post Pentecosten. folio.129.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

2.c.3

Fratres: Fiduciam talem habemus per Christum ad deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quę euacuatur: quómodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multò magis abundat ministerium iustitię in gloria. Graduale.

Psal. 33

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lętentur. Alleluia, alleluia. ℣. Domine Deus salutis meę, in die clamaui & nocte coram te, alleluia.

Psal. 87

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

M. N. R.



ca.10

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi, qui vidẽt quę vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi prophetę & reges voluerũt videre quę vos videtis, & non viderunt: & audire quę auditis, & non audierunt. Et ecce, quidã legisperitus surrexit tentãs illũ, & dicẽs. Magister: quid faciendo vitã ęternã possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptũ est? Quomodo legis? Ille respõdens, dixit. Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi. Rectè respõdisti: hoc fac, & viues. Ille autẽ volens iustificare seipsum, dixit ad Iesũ. Et quis est meus proximus? Suscipiẽs aũt Iesus, dixit. Homo quidã descendebat ab Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit aũt, vt sacerdos quidam descẽderet eadẽ via: & viso illo pręteriit. Similiter & leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infũdens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentũ suũ, duxit in stabulũ, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait. Curã illius habe: & quodcũque supere

rogaueris ego cum rediero, reddã tibi. Quis horum triũ videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus. Uade, ⁊ tu fac similiter. Credo.

Exo. 32

Offertoriũ. Precatus est Moyses in conspectu domini dei sui, ⁊ dixit: quare dñe irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento Abrahã, Jsaac ⁊ Jacob, quibus iurasti dare terrã fluentẽ lac ⁊ mel: ⁊ placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. Secreta.

Hostias, quesumus dñe, propitius intẽde, quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiã largiendo, tuo nomini dẽt honorem. Per dñm. Exaudi nos deus.

psal. 103

Cõio. De fructu operũ tuorũ dñe satiabitur terra, vt educas panez de terra, ⁊ vinum letificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, ⁊ panis cor hominis cõfirmet. Postcõmu.

Uiuificet nos, quesumus domine, huius participatio sancta mysterij: ⁊ pariter nobis expiationẽ tribuat ⁊ munimen. Per dominuz. Mundet; ⁊ muniat nos quesumus.

¶ Dominica xiiij. post Pẽtecostẽ.

psal. 73

Introitus.

Respice dñe in testamentũ tuuz, ⁊ animas pauperũ tuorum ne derelinquas in finez: exurge dñe, ⁊ iudica causaz tuaz: ⁊ ne obliuiscaris voces querentium te. ps. Utqd deus repulisti in finẽ: iratus est furor tuus super oues pascue tue: ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: da nobis fidei, spei, ⁊ charitatis augmentum: ⁊, vt mereamur assequi qd promittis, fac nos amare quod precipis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit ⁊c. A cunctis nos qs. vt in dñica j. post Pente. fol. 129.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Galatas.

ca. 3

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones: ⁊ semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico: testamentum confirmatum a deo, que post quadringentos ⁊ triginta annos facta est lex, non irrituz facit ad euacuandam promissionez. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionez posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Graduale.

psal. 73

Respice domine in testamentum tuum: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine, ⁊ iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

ca. 17



In illo tpe: Cum iret Jesus in Hierusalē, trāsibat p mediam Samariam & Galileā. Et cū ingrederetur quoddā castellū, occurrerūt ei decē viri leprosi. Qui steterunt a longe: & leuauerunt vocem dicentes. Jesu prę ceptor miserere nr̄i. Quos vt vidit, dixit. Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factū est: dū irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, vt vidit q mundatus est, regressus est, cū magna voce magnificans deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autē Jesus, dixit. Nonne decem mundati sunt? & nouē vbi sunt? Nō est inuentus qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te saluū fecit. Credo in vn.

psal. 30

Offertorium. In te speraui domine: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Propitiare, quęsumus domine, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, & indulgentiā nobis tribuas, & postulata cōcedas. Per do. Exaudi.

sap. 16

Communio. Panem de celo dedisti nobis, domine, habentem omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. Postcommunio.

Sumptis domine cęlestibus sacramentis, ad redemptionis ęternę quęsumus, proficiamus augmentum. Per do. Mundet & mu.

¶ Dñica xiiij. post Pente. Introi.



Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui: quia melior est dies vna i atrijs tuis sup millia. Ps. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. V. Gloria patri. Oratio.

psal. 83

Custodi, q̄s dñe, ecclesiā tuam propitiatione perpetua: & q sine te labitur humana mortalitas, tuis semp auxilijs & abstrahatur a noxiis, & ad salutaria dirigatur. Per. A cūctis. vt in dñica j. post Pente. fo. 129. Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas.

ca. 5

Fratres: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicē aduersantur, vt non quęcunq vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, nō estis sub lege. Manifesta autē sūt opera carnis, quę sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, ęmulationes, irę, rixę, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quę prędico vobis, sicut prędixi: quoniā qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autē sunt Christi, carnē suā crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Graduale.

psal. 117 Graduale. Bonum est confidere in dño, quàm confidere in homine. ℣. Bonū est sperare in domino, quàm sperare in principibus. psal. 94 Alleluia, alleluia. ℣. Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro: alleluia.

Seq. sancti euāge. sm Mattheum. ca. 9



In illo tpe: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut eni vnū odio habebit, et alterū diliget: aut vnū sustinebit, et alterū cōtemnet. Nō potestis deo seruire, et mămonę. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis animę vestrę quid manducetis, neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nōne anima plus est, quā esca, et corpus plus, quam vestimētū. Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neqꝫ metūt, neqꝫ cōgregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suam cubitum vnū? Et de vestimento quid soliciti estis? considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neqꝫ nent. Dico autem vobis, qm̄ nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex istis. Si autem fenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modicę fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes. Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hęc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester celestis, qꝛ his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnū dei, et iustitiā eius: et hęc omnia adijcientur vobis. Credo.

Offert. Immitit angelus domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos: gustate, et videte, quoniam suauis est dominus. psal. 33 Secreta.

Concede nobis, qs dñe, vt hęc hostia salutaris, et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuę propitiatio potestatis. Per. Exaudi.

Communio. Primum querite regnum dei: et omnia adijcientur vobis, dicit dominus. mat. 6 Postcōmunio.

Purificent semper et muniāt tua sacramenta nos deus: et ad perpetuę ducant salutationis effectum. Per dñm. Mundet et muniat nos.

Dominica xv. post Pentecostē.

Introitus. psal. 85



Inclina dñe aurē tuā ad me: et exaudi me: saluum fac seruū tuū deus meus sperantē in te: miserere mihi dñe: qm̄ ad te clamaui tota die. Ps. Letifica animā serui tui: qꝛ ad te dñe animā meā leuaui. ℣. Gloria patri, et. Oratio.

Ecclesiā tua dñe miseratio cōtinuata mundet et muniat: et, qꝛ sine te nō potest salua cōsistere, tuo semper munere gubernet. Per. Acūctis. vt in dñica j. post Pēte. f. 129.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Galatas. ca. 5 et 6

Fratres: Si spiritu viuim⁹: spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, etsi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spi-

spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliqd esse, cũ nihil sit: ipse se seducit. Opus autẽ suũ probet unusquisque: & sic, in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Cõmunicet autẽ is, qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus nõ irridetur. Que enim seminauerit homo, hec & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitã eternã. Bonũ autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, nõ deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.

psal. 91

Grad. Bonũ est cõfiteri dño: & psallere nomini tuo, altissime. ℣. Ad annũciandũ mane misericordiã tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Quoniam deus magnus, dominus, & rex magnus super omnem terram, alleluia.

Sequẽtia sancti euãgelij sm Lucam.

ca. 7



In illo tpe: Ibat Jesus in ciuitatem, que vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cũ autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris sue, & hec vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico, surge: Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabant deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia deus visitauit plebem suam. Credo.

psal. 39

Offertorium. Expectans expectaui dñm, & respexit me: & exaudiuit deprecationem meam, & immisit in os meum canticum nouũ, hymnum deo nostro.

Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant: & contra diabolicos semper tueantur incursus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Exaudi nos deus. Communio.

Joã. 6

Panis, quem ego dedero, caro mea est pro seculi vita.

Postcõmunio.

Mentes nostras & corpora possideat, quesumus domine, doni celestis operatio: vt nõ noster sensus in nobis, sed iugiter eius preueniat effectus. Per do. M. undet r.

Dominica xvj. post Pẽtecostẽ.

Introitus.

psal. 85

Miserere mei dñe, quoniã ad te clamaui tota die: quia tu dñe suauis ac mitis es, & copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. Ps. Inclina dñe aurẽ tuam mihi, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Tua nos, quesumus domine, gratia semper preueniat & sequatur: ac bonis operibus

iugiter prestet esse intentos. Per d.
A cũctis nos. vt in prima dñica post
Pen. fo. 129. Lectio epistole beati
Pauli Apostoli ad Ephesios.

ca. 3 FRatres: Obsecro vos ne defi
ciatis in tribulationib⁹ meis, p
vobis, q̃ est gloria vestra. Huius rei
gr̃a, flecto genua mea ad patrē dñi
nostri Jesu Christi: ex quo oĩs pa
ternitas in celis ꝛ in terra nominat:
vt det vobis secundũ diuitias glorie
sue virtutē, corroborari p spiritũ ei
us in interiori homine: habitare
Christũ per fidē in cordibus vestris:
in charitate radicati ꝛ fũdati, vt pos
sitis cōprehēdere cũ omnibus san
ctis, que sit latitudo, longitudo, subli
mitas, ꝛ profundũ: scire etiã superē
minentē sciētie charitatē Christi, vt
impleamini in omnē plenitudinem
dei. Ei aũt, qui potens est omnia fa
cere superabũdāter quã petim⁹ aut
intelligimus, secundũ virtutem que
operatur in nobis: ipsi gloria in ec
clesia, ꝛ in Christo Jesu ĩ omnes ge
nerationes seculi seculorũ. Amen.

psal. 101 Gradu. Timebunt gentes nomen
tuũ dñe: ꝛ omnes reges terre gloriã
tuam. ℣. Quoniam edificauit domi
nus Sion: ꝛ videbitur in maiestate
psal. 97 sua. Alleluia, alleluia. ℣. Cantate
domino canticum nouum: quia mi
rabilia fecit dominus, alleluia.



Seq. sancti euã
ge. sm Lucam.

c. 14 IN illo tpe.
Cũ intra
ret Jesus in do
mũ cuiusdã prĩ
cipis phariseo
rũ sabbato man
ducare panē: ꝛ
ipsi obseruabãt
eum. Et ecce, homo quidã hydropi
cus erat ante illũ. Et respōdēs Jesus
dixit ad legisperitos ꝛ phariseos, di
cens. Si licet sabbato curare? At illi
tacuerũt. Ipse vero apprehensũ sa
nauit eũ: ac dimisit. Et respōdēs ad
illos, dixit. Cuius vestrũ asinus aut
bos in puteũ cadet: ꝛ non continuo
extrahet illũ die sabbati? Et nõ pote
rant ad hec respondere illi. Dicebat
autē ꝛ ad inuitatos parabolã, inten
dens quomodo primos accubitus
eligerēt, dicens ad illos. Cũ inuita
tus fueris ad nuptias, nõ discũbas
in primo loco, ne forte honoratior
te sit inuitatus ab illo: ꝛ veniens is
qui te ꝛ illum vocauit dicat tibi: Da
huic locum: ꝛ tũc incipias cũ rubo
re nouissimũ locũ tenere. Sed cum
vocatus fueris, vade, ꝛ recũbe in no
uissimo loco: vt cũ venerit qui te in
uitauit, dicat tibi. Amice, ascende su
perius. Tunc erit tibi gloria corã si
mul discumbentibus. Quia omnis
qui se exaltat, humiliabitur: ꝛ q se hu
miliat, exaltabit. Credo. Offerto.

psal. 30 Domine in auxilium meũ respice:
confundantur ꝛ reuereãtur qui que
rũt animã meã, vt auferant eam: dñe
in auxiliũ meum respice. Secreta.

MUnda nos, q̃s domine, sacrifi
cij presentis effectu: ꝛ perfice
miseratus in nobis, vt eius merea
mur esse participes. Per dominũ
nostrum Jesum Christum filiũ tu
um. Qui tecum viuit. Exaudi nos.

psal. 70 Communio. Domine, memo
rabor iustitie tue solius: Deus do
cuisti me a iuuentute mea, ꝛ vsque
in senectam ꝛ senium: Deus ne de
relinquas me. Postcommunio.

PUrifica, q̃s domine, mentes
nostras benignus, ꝛ renoua
celestibus

celestibus sacramentis: vt cõsequenter ꝛ corporũ presens pariter ꝛ futurum capiamus auxilium. Per dominum nostruꝫ. Mundet ꝛ muniat.

¶ Dominica xvij. post Pentecosten. Introitus.

Psal. 118 — Iustus es dñe, ꝛ rectum iudicium tuũ: fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuaꝫ. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria. Oratio.

Da, q̃s domine, populo tuo diabolica vitare contagia: ꝛ te solũ deum pura mente sectari. Per dominum nost. A cunctis nos q̃s. vt in dñica j. post Pente. fo. 129.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

ca. 4 — Fratres: Obsecro vos ego vinctus in dño: vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, ꝛ mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicẽ in charitate, solicitì seruare vnitateꝫ spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, ꝛ vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dominus, vna fides, vnuꝫ baptisma. Unus deus ꝛ pater omniuꝫ, qui est super omnes, ꝛ per omnia, ꝛ in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum. Amẽ. Graduale.

psal. 32 — Beata gens, cuius est dominus deus eorum: populus, queꝫ elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo domini celi firmati sunt, ꝛ spiritu oris eius omnis virtus eorum.

psal. 101 — Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam: ꝛ clamor meus ad te perueniat. Alleluia.

Seq. sancti euangelij sm̃ Mattheũ.



ca. 22 — In illo tp̃e: Accesserũt ad Iesuꝫ pharisei, ꝛ interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tẽtans eũ. Magister, q̃d est mãdatũ magnuꝫ in lege? Ait illi Iesus. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo, ꝛ ex tota anima tua, ꝛ ex tota mẽte tua. Hoc est maximũ, ꝛ primũ mandatũ. Secundũ autẽ simile est huic. Diliges proximũ tuũ sicut teipsũ. In his duobus mãdatis vniuersa lex pẽdet, ꝛ prophete. Congregatis autem phariseis, interrogauit eos Iesus, dicens. Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens, Dixit dñs domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ peduꝫ tuoruꝫ? Si ergo Dauid vocat eum dominuꝫ: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Dan. 9 — Credo. Offerto. Oraui dominuꝫ deũ meũ ego Daniel, dicens: exaudi dñe preces serui tui: illumina facieꝫ tuam super sanctuariũ tuũ: ꝛ propitius intende populũ istũ, super queꝫ inuocatũ est nomẽ tuũ, deꝰ. Secre.

Maiestatẽ tuã domine suppliciter deprecamur: vt hec sancta q̃ gerimus, ꝛ à preteritis delictis nos exuant, ꝛ futuris. Per dominuꝫ nostrum Iesum. Exaudi nos quesu.

psal. 75 — Communio. Uouete, ꝛ reddite domino deo vestro omnes, qui in cir

cuitu eius afferentis munera: terribili, et ei, q aufert spiritū pricipū, terribili apud oēs reges terre. Postcōio.

Sanctificationibus tuis omnipotēs deus, et vitia nostra curētur, et remedia nobis eterna proueniant. Per dominum. Mundet et muniat nos quesumus domine.

Feria iiij. Quatuor temporum Septembris, Statio ad sanctam Mariam Maiorem. Introitus.

psal. 80 Exultate deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob: sumite psalmū iocūdū cū cithara: canite initium mēsis tuba: qr preceptū i Israel est, et iudiciū deo Jacob. Ps. Testimoniū in Joseph posuit illud, cū exiret de terra Aegypti: linguā quā nō nouerat audiuit. V. Gloria. dicto Kyrie eleison, dī Oremus. Flectamus genua. R. Leuate.

Misericordie tue remediis, q̄s domine, fragilitas nostra subsistat: vt, que sua cōditione atteritur, tua clementia reparetur. Per do.

Lectio Amos prophete.

ca.9 Haec dicit dñs deus. Ecce dies veniunt: et cōprehendet arator messorē, et calcator vue mittentem semen: et stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: et edificabunt ciuitates desertas, et inhabitabunt: et plantabunt vineas, et bibent vinum earum: et faciēt hortos, et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos vltra de terra sua, quā dedi eis: dicit dominus omnipotens. Gradua. Quis sicut

psal. 112 dñs Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in celo et in terra? V. Suscitans a terra inopē: et de stercore erigens pauperē. Hic di Dominus vobis. sine Flectamus ge. Oro.

Presta, q̄s domine, familie tue supplicanti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitijs quoque mente ieiunet. Per do. A cunctis vt in Dominica j. post Pētecostē. folio. 129. Tertia ad libitum.

Lectio libri Esdre.

Ne. he. vel. 2 Esd. ca. 8 In diebus illis: Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante portam aquarum: et dixerunt Esdre scribe, vt afferret librū legis Moysi, quā preceperat dñs Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mēsis septimi. Et legit in eo aperte i platea que erat ante portā aquarum, de mane vsque ad mediam diem in cōspectu virorū ac mulierū, et sapientiū. Et aures omnis populi erāt erecte ad librū. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: et steterunt leuite iuxta eum. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Et benedixit Esdras dño Deo voce magna. Et respondit oīs populus: Amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt: et adorauerunt deum proni in terram. Porro leuite silentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus aūt stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis dei distincte, et apposite ad intelligendum. Dixit autē Nehemias, et Esdras sacerdos et scriba, et leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificatus est dño deo nostro: nolite

te lugere, & nolite flere. Et dixit eis. Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis q nõ preparauerũt sibi, quia sctũs dies dñi est, & nolite cõtristari. Gaudiũ etenĩ dñi est fortitudo nr̃a. Grad. Beata gens, cuius est dñs deus eorũ: populus, quẽ elegit dñs in hereditatẽ sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. psal. 32

Sequẽtia sancti euang. sm Marcũ. ca. 9



IN illo tempore: Respondens vnus de turba, dixit ad Jesum. Magister attuli filiũ meũ ad te, habẽtẽ spiritũ mutũ: q vbicũq; eum apprehẽderit, allidit eũ, & spumat, & stridet dẽtibus & arescit: & dixi discipulis tuis: vt eijcerẽt illũ: & nõ potuerũt. Qui respõdens eis, dixit. O generatio incredula, quãdiu apud vos ero: quãdiu vos patiar: afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cũ vidisset illũ, statim spiritus cõturbauit eum: & elisus in terrã, volutabatur spumans. Et interrogauit patrẽ eius. Quantũ temporis est, ex quo ei hoc accidit: At ille ait. Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eũ perderet. Sed si quis potes, adiuua nos misertus nostri. Jesus autẽ ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meã. Et cũ videret Jesus cõcurrentẽ turbã, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego precipio tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eũ. Et exclamans, & multũ discerpens eũ, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manũ eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cũ introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabãt eũ. Quare nos non potuimus eijcere illũ? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Offert. Meditabor in mandatis tuis, que dilexi valde: & leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. psal. 118 Secreta.

Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: & ad sacrificiũ celebrandũ, subditorũ tibi corpora, mentesque sanctificet. Per dominum. Exaudi nos de. Communio. Comedite pinguia, & bibite mulsum: & mittite partes eis qui non preparauerunt sibi: sanctus enim dies domini est: nolite contristari: gaudiũ etenim domini est fortitudo nostra. Ne. hem. vel. 2 Esd. ca. 8 Postcommunio.

Sumentes dñe dona celestia, suppliciter deprecamur: vt, que sedula seruitute donante te gerimus, dignis sẽsibus tuo munere capiamus. Per do. Mũdet & muniat.

¶ Feria vj. Quatuor temporũ Septembris, Statio ad sanctos duodecim Apostolos. Introitus.

LAetetur cor querentiũ dominũ: querite dominũ: & cõfirmamini: querite faciem eius semper. Ps. Cõfitemini dño, & inuocate nomen eius: annũciate inter gẽtes opera eius. ℣. Gl'ia. Oro. Presta

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt, obseruationes sacras annua deuotione recolentes, ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per dominum nostrum. A cunctis nos. vt in Dnica j. post Pentec. fo. 129.

Lectio Osee prophete.

c.14 HAec dicit dominus deus: Conuertere Israel ad dominum deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba: ⁊ conuertimini ad dominum, ⁊ dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, ⁊ accipe bonum: ⁊ reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos: super equos non ascendemus: nec dicemus vltra, dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit quasi lilium: ⁊ erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius, ⁊ erit quasi oliua gloria eius: ⁊ odor eius, vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, ⁊ germinabūt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraim, quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, ⁊ dirigam eum, ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens: ⁊ intelliget ista? intelligens, ⁊ sciet hec? quia recte vie domini, ⁊ iusti ambulabunt in eis: preuaricatores vero corruent in eis. Graduale.

psal. 89 Conuertere domine aliquantulum: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.



ca.7 IN illo tpe: Rogabat Iesum qdā phariseus, vt mādu caret cū illo. Et ingressus domū pharisei, discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, qꝫ Iesus accubuit in domo pharisei, attulit alabastrū vnguēti: ⁊ stās retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Videns autē phariseus qui vocauerat eū, ait intra se, dicēs. Hic si esset ꝓpheta, sciret vtiqꝫ q̄ ⁊ qualis esset mulier q̄ tāgit eū, quia peccatrix est. Et respondēs Iesus, dixit ad illū. Simō habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingētos, ⁊ alius qnquaginta. Nō habētibus illis vnde redderēt, donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eum plus diligit? Respōdēs Simō, dixit. Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam. Aquā pedibus meis non dedisti: hec autem lacrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multū. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

git. Dixit autem ad illã. Remittũtur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul accumbebant, dicere intra se. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? Dixit autẽ ad mulierẽ. Fides tua te saluã fecit: vade in pace. Offrto.

psal. 102 Benedic anima mea domino: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius: ⁊ renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi sint, dñe, q̃sumus, nostri dona ieiunij: que ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant, ⁊ ad sempiterna pꝛomissa pducant. Per dominum nostrum. Exaudi nos.

psal. 118 Cõmunio. Aufer a me oppꝛobꝛium ⁊ cõtemptum: quia mandata tua exquisiui domine: nã ⁊ testimonia tua, meditatio mea est. Postcõmunio.

Quesumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes, beneficia potioꝛa sumamus. Per. Mũdet ⁊ muniat.

¶ Sabbato Quatuoꝛ tempoꝝ Septembꝛis, Statio ad sanctum Petrum. Introit⁹.

psal. 94 Venite adoꝛem⁹ deũ, ⁊ pꝛocidamus ante dominum, ploꝛemus ante eum, q fecit nos: q2 ipse est dñs de⁹ noster. Ps. Venite exultemus dño, iubilemus deo salutari nostro. ℣. Gloꝛia patri. dicto Kyrie eleison, dicitur Oremus. Flectamus genua. ℟. Le. Oro.

Omnipotens sempiterne deus: qui per continentiam salutarem ⁊ coꝛpoꝛibus mederis, ⁊ mentibus: maiestatem tuam supplices exoꝛamus: vt pia ieiunantium depꝛecatione placatus, ⁊ pꝛesentia nobis subsidia tribuas, ⁊ futura. Per dominũ. Lectio libri Leuitici.

ca. 23 In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi, dies expiationũ erit celeberrimus, ⁊ vocabitur sanctus: affligetisq3 animas vestras in eo, ⁊ offeretis holocaustũ dño. Omne opus seruile nõ facietis in tẽpoꝛe diei huius: q2 dies pꝛopitiationis est, vt pꝛopitietur vobis dñs deus vester. Oĩs anima q̃ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis: ⁊ que operis quippiã fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus ⁊ habitationibus vestris. Sabbatum requietionis est: affligetisq3 animas vestras. Die nono mensis a vespera vsque ad vesperum celebꝛabitis sabbata vestra: Dicit dñs omnipotens. Grad.

psal. 78 Pꝛopitius esto dñe peccatis nostris: nequando dicãt gẽtes, Ubi est deus eoꝝ? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ pꝛopter honoꝛẽ nominis tui dñe libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leua. Oro.

Da nobis, quesumus, omnipotens deus: vt ieiunando tua gratia satiemur, ⁊ abstinendo cũctis efficiamur hostibus foꝛtioꝛes. Per.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23 In diebus illis: Locutus est dominus ad Moysen, dicens. A quintodecimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terre vestre, celebꝛabitis ferias dñi septẽ diebus. Die pꝛimo, ⁊ die octauo erit sabbatum, idest requies. Sumetisque vobis die pꝛimo fructus arboꝛis pulcherrime, spatulasque

lasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente: & letabimini coram domino deo vestro: celebrabitisque sollemnitatē eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere Israel est, manebit in tabernaculis: vt discant pósteri vestri, quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum edúcerem eos de terra Aegypti, Ego dominus deus vester. Graduale. Protector noster aspice deus: & respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal. 83

Tuére, q̃s dñe, familiā tuam: vt salutis ęterna remedia, quę te inspirante requirimus, te largiente consequamur. Per dominum no.

Lectio Michęę prophetę.

ca. 7

Domine deus noster, pasce populum tuū in virga tua, gregē hereditatis tuę, habitantes solos in saltu, iuxta dies antiquos. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hereditatis tuę? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundū maris oīa peccata nostra. Dabis veritatē Iacob, misericordiam Abrahā, q̃ iurasti patribus nostris à diebus antiquis: domine deus noster. Grad. Conuertere domine aliquantulum:

psal. 89

& deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus est nobis, à generatione in generationem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Presta, quęsumus domine, sic nos ab épulis carnalibus abstinere: vt à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecū viuit & regnat in vnitate spiritus.

Lectio Zacharię prophetę.

ca. 8

In diebus illis. Factum est verbū domini ad me, dicens. Hęc dicit dominus deus exercituum. Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam me prouocassent patres vestri, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciā domui Iuda & Hierusalem: nolite timere. Hęc sunt ergo verba quę facietis. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque, malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hęc sunt, quę odi, dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Hęc dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium séptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudę in gaudium & letitiam, & in sollemnitates preclaras. Veritatē tantum & pacem diligite: dicit dominus exercituum. Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

psal. 140

Ut

Ut nobis, domine, tribuis solemne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quesumus, indulgentie presta subsidium. Per dominum nostrum.

Lectio Danielis prophete.

ca.3 In diebus illis: Angelus domini descendit cum Azaria et sociis eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta novem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldeis ministros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contristavit, nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres, quasi ex uno ore, laudabant et glorificabant, et benedicebant deum in fornace dicentes.

Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue, quod est sanctum. Et laudabile et gloriosum in secula. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es super sceptrum divinitatis tue. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Benedictus es qui sedes super cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, et super undas maris. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Benedicant te omnes angeli, et sancti tui. Et laudent te, et glorificent in secula. Benedicant te celi, terra, mare, et omnia, que in eis sunt. Et laudent te, et glorificent in secula. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Et laudabili, et glorioso in secula. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula seculorum. Amen. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. Hic dicitur ℣. Dominus vobiscum. sine Flectamus genua. Oratio.

Deus, qui tribuo pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. Amen.

A cunctis. ut in prima Dominica post Pente. fo.129. Tertia ad libitum.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

ca.9 Fratres: Tabernaculum factum est primum, in quo erant candelabra, et mensa, et propositio panum: que dicitur sancta. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro: in qua, urna aurea habens manna, et virga Aaron que fronduerat, et tabule testamenti: superque eam erant cherubim glorie obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes: sacrificiorum officia consummantes: in secundo vero semel in anno solus pontifex: non sine sanguine, quem offerret pro sua et populi ignorantia

tia: hoc significante spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum: que parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostie offeruntur, que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis, & in potibus, & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tẽpus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, idest, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, eterna redemptione inventa. Trac. Laudate dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in eternum.

psal. 116

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

c. 13



In illo tempore. Dicebat Jesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatã in vinea sua: & venit querens fructũ in illa, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce, anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: & non invenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi. Domine dimitte illam & hoc anno: vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum, sabbatis. Et ecce mulier, que habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Jesus, dicebat turbe. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & non in die sabbati. Respondens autem ad illum dominus, dixit. Hypocrite, vnusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum, aut asinum à presepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahe, quam alligavit satanas ecce, decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret, erubescebant omnes adversarij eius: & omnis populus gaudebat in vniversis que gloriose fiebant ab eo. Offertorium. Domine, deus salutis mee, in die clamavi, & nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine.

psal. 97

Secreta.

Concede, quesumus, omnipotens deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per. Exaudi nos deus.

Commu.

Leu. 23

Cōmunio. Mense septimo festa celebrabitis, cū in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti, ego dominus deus vester.

Postcommunio.

Perficiant in nobis dñe, q̄s, tua sacramenta quod continent: vt, quę nunc spe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Mundet & muniat nos quęsumus.

¶ Dominica xviij. post Penteco-sten. Introitus.

eccl. 29

Da pacem domine sustinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, & plebis tuę Israel. ps. Letatus sū in his quę dicta sūt mihi: in domū domini ibimus. ℣. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Oratio.

psal. 121

Dirigat corda nostra, quęsumus domine, tuę miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

A cunctis nos quęsumus domine. vt in Dominica prima post Pentecosten. folio. 129.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

1.c.1

Fratres: Gratias ago deo meo semper pro vobis, in gratia dei, quę data est vobis in Christo Jesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo: & in omni scientia, sicut testimoniū Christi confirmatum est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Jesu Christi. Graduale.

psal. 121

Letatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terrę gloriam tuam, alleluia.

psal. 101

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ca.9



In illo tempore: Ascēdens Jesus in nauiculam, trāsfretauit, & venit in ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentē in lecto. Videns autem Jesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidā de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit. Utquid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Ut autem sciatis quia filiꝰ hominis habet potestatē in terra

ra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, ⁊ vade in domum tuam. Et surrexit, ⁊ abiit in domum suaȝ. Videntes autem turbę timuerunt: ⁊ glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Credo in vnum deum patrem. Offertorium.

Sanctificauit Moyses altare domino, offerens super illud holocausta: ⁊ immolans victimas, fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo, in conspectu filiorum Israel.

Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificii veneranda commercia, vnius summęque diuinitatis participes efficis: pręsta, quęsumus: vt sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Exaudi nos deus salutaris noster. vt in Dominica prima.

Communio.

psal. 95 Tollite hostias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius.

Postcommunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione pficias, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Mundet ⁊ muniat nos, quęsumus domine, diuini sacramenti munus. vt in Dominica prima.

¶ Dominica decimanona post Pentecosten.

Introitus.

psal. 77 Salus populi ego sum, dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illoruȝ dominus in perpetuum. Psalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestraȝ in verba oris mei. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ semper, ⁊ in secula seculorum. Amen.

Oratio.

Omnipotens, ⁊ misericors deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente ⁊ corpore pariter expediti, quę tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

A cunctis nos, quęsumus domine. vt in Dominica prima post Pentecosten. folio. 129.

Lectio epistolę beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

ca. 4 Fratres. Renouamini spiritu mentis vestrę: ⁊ induite nouũ hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia, ⁊ sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo:

quoniam

quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, ⁊ nolite peccare. Sol nõ occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Graduale. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. Alleluia, alleluia. ℣. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius, alleluia.

Psal. 104

Psal. 104

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

Ca. 22



In illo tempore: Loquebatur Jesus principibus sacerdotũ, ⁊ phariseis in parabolis, dicẽs. Simile factum est regnũ celorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis: ecce prandiũ meũ paraui: tauri mei, ⁊ altilia occisa sunt, ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: ⁊ abierunt, alius in villaz suam: alius vero ad negotiationẽ suã: reliqui vero tenuerunt seruos eius, ⁊ cõtumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: ⁊ missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, ⁊ ciuitatẽ illorũ succendit. Tũc ait seruis suis. Nuptię quidẽ paratę sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: ⁊ quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos ⁊ bonos: ⁊ implete sunt nuptię discũbentiũ. Intrauit autẽ Rex vt videret discumbentes: ⁊ vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intrasti nõ habens vestẽ nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus ⁊ pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiũ. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Credo in vnum deum patrem omnipotentem factorem celi ⁊ terrę. Offertoriũ. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meorum extendes manum tuam: ⁊ saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

Psal. 137

Haec munera, quęsumus domine, quę oculis tuę maiestatis offerimus, salutaria nobis esse concede. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiri. Exaudi nos deus salutaris noster. Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vię meę, ad custodiendas iustificationes tuas.

Psal. 118

Postcommunio.

Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ a nostris peruersitatibus clementer expediat, ⁊ tuis semper faciat inhęrere mandatis. Per dominum nostrum Jesũ Christum filium tuum, Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti. ⁊c. Mundet ⁊ muniat nos quęsumus.

Dñica xx. post Pētecō. Introi.

Da. 3

Omnia q̃ fecisti nobis dñe, in vero iudicio fecisti qꝛ peccauimus tibi, ꝛ mandatis tuis nō obediuimus: sed da gloriā noī tuo, ꝛ fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Psalmus. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semper, ꝛ in secula seculorum. Amen.

psal. 118

Oratio. Largire, quesumus domine, fidelibus tuis indulgentiaꝫ placatus ꝛ pacem: vt pariter ab omnibus mūdentur offensis, ꝛ secura tibi mente deseruiant. Per dominum nostrū Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per oīa. A cunctis nos, quesumus domine. vt in dñica j. post Pentecosten fo. 129.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 5

Fratres: Uidete itaque quomodo cautē ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes, que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino: in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, ꝛ hymnis, ꝛ canticis spiritualibus, cantantes, ꝛ psallentes in cordibus vestris domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo, ꝛ patri. Subiecti inuicem: in timore Christi. Graduale.

psal. 144

Oculi omnium in te sperant domine: ꝛ tu das illis escam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ꝛ imples omne animal benedictione. Alleluia, alleluia. ℣. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, ꝛ psallam tibi, gloria mea, alleluia.

psal. 107

Sequētia sancti euangelij secundum Ioannem.



ca. 4

In illo tēpore: Erat quidā regulus, cuius filius infirmabat Capharnaum. Hic cū audisset, qꝛ Iesus veniret a Iudea in Galileā, abijt ad eum, ꝛ rogabat eū vt descenderet, ꝛ sanaret filiū eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa ꝛ prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, ꝛ ibat. Iam autem eo descēdente, serui occurrerunt ei: ꝛ nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit. Et credidit ipse, ꝛ domus eius tota. Credo. Offertoriū.

psal. 139

Super flumina Babylonis illic sedimus, ꝛ fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

Secre. Celestem nobis prebeāt hec mysteria, qs dñe, medi-

dicinaz: et vitia nostri cordis expurgent. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum. R. Amen. Exaudi nos deus salutaris noster. Communio.

psal. 118 Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea.

Postcommunio.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos, quesumus, tuis semper obedire mandatis. Per dominum nostruz Jesum Christum filium tuum, qui tecuz viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorū. R. Amen. Mundet et muniat nos.

Dominica xxi. post Penthecosten. Introitus.

hes. 13



In volūtate tua domine vniuersa sunt posita: et non est, qui possit resistere voluntati tue: tu enim fecisti omnia, celum et terram, et vniuersa, que celi ambitu continentur: dominus vniuersorum tu es. Psalmus. psal. 118 Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nūc, et semp. et in scl'a seculorū. Amē. Oratio.

Familiam tuam, quesumus domine, continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum Jesum Chri. A cunctis nos quesumus domine mentis.

M. N. R.

vt in dñica j. post Penteco. fo. 129. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ca. 6 Fratres: Confortamini in domino, et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem: sed aduersus principes et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitie, in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricaz iustitie, et calciati pedes in preparationez euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assūmite: et gladiū spiritus, quod est verbū dei. Grad. Domine refugiuz factus es nobis a generatione in generationem. psal. 89 V. Priusquam montes fierēt aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsque in seculum tu es deus. Alleluia, alleluia. V. In exitu Israel de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro. Alleluia.

Seq. sancti euāge. fm Matthewm.



ca. 18 In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolaz hanc. Simile est regnuz celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem

ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decē millia talenta. Cū autē non haberet vnde redderet, iussit eum dñs eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quę habebat, & reddi. Procidens autē seruus ille, rogabat eum dicens. Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. Misertus autē dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eū, dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eū, dicens. Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autē noluit: sed abijt: & misit eū in carcere, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quę fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt dño suo omnia q̄ facta fuerant. Tunc vocauit illū dominus suus: & ait illi. Serue nequam, omne debitū dimisi tibi: quoniā rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sū? Et iratus dominus eius, tradidit eū tortoribus, quoadusque redderet vniuersū debitū. Sic & pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Credo in vnum Deū. Offertoriū. Vir erat in terra Hus nomine Job, simplex & rectus, ac timens deū: quē Satan petijt vt tentaret: & data est ei potestas a domino in facultate & in carne eius: perdiditque omnem substantiam ipsius, & filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. Secreta. Suscipe domine propitius hostias, qbus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per do. Exaudi nos deus. Cōio. In salutari tuo anima mea, & in verbū tuū speraui: quādo facies de persequentibus me iudiciū? iniqui persecuti sunt me, adiuua me domine deus meus. Postcōmunio. Immortalitatis alimoniā consecuti, q̄s, domine, vt quod ore percepimus, pura mente sectemur. Per dominū nostrū Jesum Christū filium tuum, qui te. M. vndet &.

Job. 1

psal. 118

¶ Dominica xxij. post Pentecosten. Introitus.



Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? quia apud te propitiatio est, deus Israel. Ps. De profūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. ℣. Gloria p. Oro. Deus refugiū nostrū, & virtus, adesto pijs ecclesię tuę precibus, auctor ipse pietatis, & p̄sta: vt quod fideliter petimus, efficaciter cōsequamur. Per do. A cūctis nos quęsumus. vt in dñica j. post Pētecostē. f. 129. Lectio epistolę beati Pauli apl'i ad Philippēses.

psal. 129

Fratres: Confidimus in dño Jesu, quia, qui cepit in vobis opus bonū: pficiet vsq; in diē Christi Jesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione euangelij, socios gaudij mei oēs vos esse. Testis enim mihi est deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet

ca. 1

abundet in scientia, ꝛ in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri ꝛ sine offensa in diez Christi, repleti fructu iustitię p Iesū Christū, in gloriam ꝛ laudē dei. Grad. Ecce, quā bonum ꝛ quā iucundū, habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentuz in capite: quod descendit in barbā, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Qui timēt dn̄m, sperent in eo: adiutor ꝛ protector eorum est. Alleluia.

psal. 132 · psal. 113

Seq. sancti euāge. ſm Mattheum. (ca. 22)



In illo tpe: Abeuntes pharisei, cōsiliū inierūt, vt caperent Iesū in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cū Herodianis dicentes. Magister, scim⁹ qr verax es, ꝛ viā dei in veritate doces, ꝛ nō est tibi cura de aliquo. Non eniz respicis psonā hoiuz. Dic ergo nobis, quid tibi videt᷑: licet censuz dari Cesari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eoruz, ait. Quid me tentatis hypocritę? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerūt ei denariū. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hęc, ꝛ supscriptio? Dicūt ei, Cęsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo q̄ sunt Cęsaris, Cęsari: ꝛ quę sūt dei, deo. Credo. Offer. Recordare mei dn̄e oīpotētatui dominās: ꝛ da sermonem rectum in os meuz, vt placeant verba mea in conspectu principis. (Hes. 14) Secreta. O misericors Deus: vt hęc salutaris oblatio, ꝛ a proprijs nos reatibus indesinenter expediat, ꝛ ab oībus tueatur aduersis. Per dominū nostrum Iesum Christuz filiū tuuz, qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Exaudi nos. Cōmunio. Ego clamaui, quoniam exaudisti me deus: inclina aurez tuā, ꝛ exaudi verba mea. (psal. 16) Postcōmu. Sumpsimus dn̄e sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: vt, quę in tui cōmemoratione nos facere pręcepisti, in nostrę proficiant infirmitatis auxiliuz. Qui viuis ꝛ regnas cuz deo patre in vnitate spiri. Mundet ꝛ muniat nos quęsumus.

¶ Dominica xxiij. post Pentecosten. Introitus.

Dicit dn̄s, ego cogito cogitationes pacis, ꝛ nō afflictionis: inuocabitis me, ꝛ ego exaudiā vos: ꝛ reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. (Hie. 29) Psal. Benedixisti dn̄e terrā tuā, auertisti captiuitatē Iacob. (psal. 84) ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc. Oro. Absolue, quęsumus domine, tuorum delicta populoruz: vt a peccatorum nostrorum nexibus, quę pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dominuz nostrū Iesum Christum filium tuū, qui tecum viuit ꝛ regnat, in vnitate spiritus sc̄ti Deus, per omnia secula seculorū. R. Amē. A cunctis nos, quęsumus domine, mentis ꝛ corporis. vt in dominica prima post Pentecosten. fol. 129.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

Fratres: Imitatores mei estote: ꝛ obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam no- (ca. 3)

stram. Multi enim ambulant: quos sępe dicebam vobis (nunc autem ⁊ flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum deus, venter est: ⁊ gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cęlis est: vnde etiam saluatorem expectamus dñm nostruz Jesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratũ corpori claritatis suę, secunduz operationẽ virtutis suę, qua possit etiã subijcere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi ⁊ desideratissimi, gaudiũ meũ ⁊ corona mea: sic state in dño charissimi. Euodiam rogo, ⁊ Syntychen deprecor, idipsuz sapere in domino. Etiam rogo ⁊ te germane compar, adiuua illas, quę mecum laborauerunt in euangelio cuz Clemente, ⁊ cęteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitę. Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos, ⁊ eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in sęcula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine, exaudi vocem meam, Alleluia.

psal. 43

psal. 129

Sequentia sancti Euangelii secundum Matthæum.

ca. 9



In illo tẽpore: Loquente Jesu ad turbas, ecce prĩceps vnus accessit, ⁊ adorabat euz dicens. Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manũ tuam super eaz, ⁊ viuet. Et surgẽs Jesus, sequebatur eũ, ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier, quę sanguinis fluxuz patiebatur annis duodecim accessit retro, ⁊ tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentuz eius, salua ero. At Jesus conuersus ⁊ videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te saluaz fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum principis, ⁊ vidisset tibicines ⁊ turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est eniz mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba: intrauit, ⁊ tenuit manuz eius. Et surrexit puella. Et exiit fama hęc in vniuersam terram illam. Credo in vnum Deum pa. Offertorium. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

psal. 129

Pro nostrę seruitutis augmento sacrificium tibi domine laudis offerimus: vt, quod immeritis cõtulisti, propitius exequaris. Per dominum nostrum Jesum Christuz filium tuum. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus, per oĩa secula seculoruz. ℟. Amen. Exaudi nos deus salutaris. Cõio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Postcommunio.

mat. 11

Quęsumus omnipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuuz, Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Mundet ⁊ muniat nos quesumus.

¶ Si Dominice post Pentecostē fuerint plures vigintiquatuor: tunc post vigesimamtertiā resumantur (quo ad Orationes, Epistolas, ⁊ Euangelia) misse Dominicarū, que superfuerunt post Epiphaniā, hoc ordine. Si Dominice fuerint vigintiquinque: in dñica vigesima quarta dicitur missa dominice vj. post Epiphaniam. Si fuerint vigintisex: in Dominica vigesima quarta dicitur missa dominice quinte post Epiphaniam: ⁊ in uigesimaquinta dī missa dominice vj. Si fuerint vigintiseptē: in dominica vigesima quarta dicit̄ missa dñice iiij. post Epiphaniā, in vigesimaquinta, dominice v. ⁊ in vigesimasexta, dominice vj. Si fuerint vigintiocto: in dñica vigesimaquarta dicit̄ missa dominice iij. post Epiphaniā: in vigesimaquinta, dñice iiij. in vigesimasexta dominice v. in dominica vigesima septima, dominice sexte. Et vltimo loco semper dicit̄ missa dominice vigesime quarte post Pentecosten.

¶ Introitus autem, Graduale, Offertoriū, ⁊ Postcommunio in predictis dominicis, semper dicuntur vt in dominica vigesimatertia.

¶ Dñice post Epiphaniā resumende post dñicā xxiiij. post Penteco. scdm superiorē rubricā vt sequūtur.

¶ Dominica iij. post Epiphaniam. Introitus.

Dicit dominus: ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Psalmus. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria pa. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendū nos dexteram tue maiestatis extende. Per do. A cunctis nos quesu. vt in dñica j. post Penteco. fo. 129.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, charissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum. Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo cōfitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Alleluia. Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ca. 12



In illo tempore: Cum descendisset Jesus de monte, secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens adorabat eū, dicens. Dñe, si vis, po-

ca. 8

potes me mundare. Et extendens manũ Iesus tetigit eum, dicens. Uolo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Uide, nemini dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus quod precepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio ait. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: et dico huic, vade, et vadit: et seruo meo fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente venient: et recumbent cum Abraham, Isaac, et Iacob in regno celorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiũ. Et dixit Iesus Centurioni. Uade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Credo in.

psal. 29 Offertorium. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine. Secreta.

Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per dominum nostrum Ie. Exaudi nos deus saluta. Comun. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: et fiet vobis. Postcommunio.

Quos tantis domine largiris vti mysterijs: quesumus, vt effectibus nos eorũ veraciter aptare digneris. Per dominum nostrũ. Mundet et muniat nos quesumus.

¶ Dominica iiij. post Epiphaniã.

Introitus.

Dicit dominus: ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis: inuocabitis me, et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana, scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per. A cunctis. vt in dñica j. post Pentecosten. f. 129. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos. C.j.

Fratres: Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: nõ falsum testimonium dices: non concupisces: et siquod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: et eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebi-

confitebimur in secula, alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocẽ meam. Alleluia.
Seq. sancti euangelij ẜm Matthẽũ.

ca. 8



In illo tempore: Ascẽdẽte Jesu in in nauiculã, secuti sũt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt discipuli eius: ⁊ suscitauerunt eum, dicentes. Domine salua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis: ⁊ facta est trãquillitas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes. Qualis est hic: q᷑ venti ⁊ mare obediũt ei. Credo.

psal. 129

Offerto. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationẽ meã: de profundis clamaui ad te dñe.

Secre. Concede, quesumus, omnipotens Deus: vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, ⁊ muniat. Per dominum.

Exaudi nos deus. Communio.

mat. 11

Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Postcommunio.

Munera tua nos Deus à delectationibus terrenis expediant: ⁊ celestibus semper instaurent alimentis. Per do. Mundet ⁊ mu.

¶ Dñica v. post Epipha. Introi.

hie. 29

Dicit dominus: ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatẽ Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

psal. 8

Familiam tuam, quesumus domine, cõtinua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis inniti tur, tua semper protectione muniatur. Per dominum no. A cunctis. vt in Dominica j. post Pentecostẽ.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. 3

Fratres: Induite vos, sicut electi Dei sancti, ⁊ dilecti, viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem: ⁊ donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquẽ habet querelã. Sicut ⁊ dominus donauit vobis: ita ⁊ vos. Super omnia autem hec, caritatem habentes, qđ est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris: in qua ⁊ vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Uerbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia: docentes ⁊ commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, ⁊ canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris domino. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo ⁊ patri, per Jesum Christum dominum nostrũ.

psal. 43

Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In Deo laudabimur tota die: ⁊ in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui: ad te domine: domine exaudi vocem meam. Alleluia.

Seq. sancti euangelij sm Mattheũ.

ca. 13



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnum celorum homini, qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset: tũc apparuerunt & zizania. Accedentes autẽ serui patrisfamilias, dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Uis imus, & colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligentes zizania eradicetis cũ eis simul & triticum. Sinite utraque crescere vsq; ad messẽ: & in tempore messis dicã messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum: triticum autẽ congregate in horreum meũ. Credo. Offer. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationẽ meã: de profundis clamaui ad te dñe. Secr. Hostias tibi domine placationis offerimus: vt delicta nostra miseratus absoluas, & nutantia corda tu dirigas. Per d. Exaudi. Cõmunio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: & fiet vobis. Postcom. Quesumus omnipotens Deus: vt illius salutaris capiamus effectũ: cuius per hec pignora pignus accepim⁹. Per do. Mundet & mu.

Dñica sexta post Epiphaniam. Introitus.

Dicit dñs: ego cogito cogitationes pacis, & nõ afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiã vos: & reducã captiuitatem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine terram tuã: auertisti captiuitatẽ Jacob. V. Gloria. Oro.

Hie. 29 — psal. 84

Presta, q̃s, o͞ps Deus: vt semper rationabilia meditantes, q̃ tibi sũt placita & dictis exequamur, & factis. Per dominum. A cunctis, vt in Dñica j. post Pentecosten.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

1.c.1

Fratres: Gratias agim⁹ Deo semper pro omnib⁹ vobis: memoriã vestri facientes in orationib⁹ nostris, sine intermissione: memores operis fidei vestre, & laboris, & caritatis, & sustinentie spei dñi nostri Jesu Christi ante Deũ & patrẽ nostrũ. Scientes dilecti, a Deo dilectionẽ vestrã: q2 euangeliũ nostrũ non fuit ad vos in sermone tantũ, sed & in virtute & in spiritu sancto, & plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis ꝓpter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & dñi: excipientes verbũ in tribulatione multa cũ gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. Sed in omni loco fides vestra, que est ad Deũ, profecta est: ita vt non sit nobis necesse quicquã loqui. Ipsi enĩ de nobis annunciant qualẽ introitũ habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deũ a simulacris, seruire Deo viuo & vero: & expectare filiũ eius de celis (quẽ suscitauit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura. Graduale. Liberasti nos domine

psal. 43

domine ex affligentibus nos: et eos qui nos oderunt confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 13 In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus: et fit arbor, ita vt volucres celi veniant, et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus, donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi. Credo. Offertorium. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam: de profundis clamaui ad te domine.

Hostias tibi domine placationis offerimus: vt delicta nostra miseratus absoluas, et nutantia corda tu dirigas. Per dominum. Secre. Exaudi nos deus. Communio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: et fiet vobis. Postcommunio.

Celestibus domine pasti delicijs, quesumus: vt semper eadem, per que veraciter viuimus, appetamus. Per dominum. Mundet, et.

¶ Dominica xxiiij. post Pentecosten. Introitus.

Dicit dominus ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis: inuocabitis me, et ego exaudiam vos, et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. Ps. Benedixisti domine, terram tuam, auertisti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria. Oratio. Hie. 29 psal. 84

Excita, quesumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominum. A cunctis nos quesumus domine, vt in dominica j. post Pentecosten. f. 129. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossenses.

ca. 1 Fratres: Non cessamus pro vobis orantes et postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapientia et intellectu spirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia dei in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius: in omni patientia et longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionem, et remissionem peccatorum: In Christo Jesu domino nostro. Gradua. psal. 43 Liberasti nos domine ex affligentibus nos, et eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo laudabuntur tota die: et in nomine tuo confitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine

ne exaudi vocem meam, alleluia.
Seq. ſancti euangelij ſm Mattheũ.

c.24



In illo tempore, dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis abominationem deſolationis, quę dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, (qui legit intelligat) tunc qui in Judęa ſunt, fugiant ad montes: ⁊ qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: ⁊ qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuã. Vę autẽ pręgnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſiquis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, ⁊ pſeudoprophetę: ⁊ dabunt ſigna magna ⁊ prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prędixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deſerto eſt: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, ⁊ paret vſque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur ⁊ aquilę. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, ⁊ luna non dabit lumen ſuum, ⁊ ſtellę cadent de cęlo, ⁊ virtutes cęlorum cõmouebuntur: ⁊ tunc parebit ſignum filij hominis in cęlo. Et tunc plangent omnes tribus terrę: ⁊ videbũt filiũ hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa ⁊ maieſtate. Et mittet angelos ſuos cũ tuba, ⁊ voce magna: ⁊ congregabunt electos eius à quatuor ventis, à ſummis cęlorum vſque ad terminos eorũ. Ab arbore autẽ fici diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, ⁊ folia nata, ſcitis quia prope eſt ęſtas. Ita ⁊ vos, cum videritis hęc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis, quia non prętcribit generatio hęc, donec omnia hęc fiãt. Cęlum ⁊ terra trãſibunt: verba autem mea non prętcribunt.

Credo. Offertorium. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationẽ meã: de profundis clamaui ad te domine. psal. 129.

Secreta.

Propitius eſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ populi tui oblationibus, precibusque ſuſceptis, omnium noſtrum ad te corda conuerte: vt à terrenis cupiditatibus liberati, ad cęleſtia deſideria tranſeamus. Per dominum noſtrũ Jeſũ Chriſtũ filiũ ⁊c. Exaudi nos deus ſalutaris noſter. Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. marci 11.

Poſtcõmunio.

Concede nobis, quęſumus domine: vt per hęc ſacramẽta quę ſumpſimus, quicquid in noſtra mente vitioſum eſt, ipſorũ meditationis dono curetur. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus, Per omnia ſęcula ſeculorũ. R. Amẽ. Mundet ⁊ mu.

Pro-





Proprium Missarum

De Sanctis.

¶ In vigilia Sancti Andreę Apostoli. Introitus.

Dominus secus mare Galilęę vidit duos fratres, Petrū ꝛ Andream: ꝛ vocauit eos: venite post me: faciā vos fieri piscatores hominū. Ps. Celi enarrant gloriam dei: ꝛ opera manuuz eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sanc. ꝛc. Oro.


Quęsumus omnipotēs deus, vt beatus Andreas apostolus, tuū pro nobis imploret auxilium: vt à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiā periculis eruamur. Per dominum nostrum Iesum Christū. ꝛc.

¶ Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Oratio.

Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui cōcedis natalitio ꝑfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dñm nostruz Iesuz Christuz filiū tuū, q̄ te.

¶ Si vigilia S. Andreę venerit in Aduentu, missa dicitur de vigilia, ꝛ secūda Oro erit de Aduentu, tertia de san. Saturnino. Si festū S. Andreę venerit feria ij. Missa de vigi. dr̄ in Sabba. ꝛ ij. oratio de S. Maria, Concede. f. 121. tertia. Ecclesię. f. 229. vel ꝓ Papa. fol. 228. ꝛ cōmemora. sancti Saturnini fit in Dñica:





Quod et in aliis vigiliis, excepta vigilia Natiuitatis dñi, seruatur. Si autem festũ Sancti Andree venerit in dñica, transfertur in feriaz ij. et missa de vigilia dr̃ in sabbato cũ cõmemo. S. Saturnini, vt supra: et tertia oratio erit de sancta Maria. Concede.

Lectio libri Sapientie.

Ecc. 44 et 45

Benedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi dominus hereditatem: et diuisit ei partem in tribubus duodecim, et inuenit gratiã in conspectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorũ: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit euz in conspectu regũ, et ostendit illi gloriaz suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elégit euz ex omni carne. Et dedit illi coram precepta, et legẽ vite, et discipline, et excelsuz fecit illum. Statuit illi testamentũ eternũ, et circuncinxit euz zona iustitie. Et induit eum dñs coronam glorie. Graduale. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et super arenã multiplicabuntur. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

ca. 1

In illo tempore. Stabat Joannes, et ex discipulis eius duo. Et respiciens Jesũ ambulantem, dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentez: et secuti sunt Jesum. Conuersus autem Jesus, et videns eos sequentes se, dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatuz, magister) vbi habitas? Dicit eis. Uenite, et videte. Uenerunt, et viderunt vbi maneret: et apud eum manserunt die illo. Hora autez erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant à Joanne, et secuti fuerant eum. Inuenit hic, primuz, fratrem suum Simónem, et dixit ei. Inuénimus messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Jesum. Intúitus autez eum Jesus, dixit. Tu es Simon filius Jone: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam: et inuénit Philippum. Et dixit ei Jesus. Séquere me. Erat autem Philippus à Bethsáida ciuitate Andree et Petri. Inuénit Philippus Nathanael: et dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege, et prophete, inuénimus Jesum filium Joseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Ueni, et vide. Uidit Jesus Nathanael venientem ad se: et dicit de eo. Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Jesus, et dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex Israel. Respõdit Jesus: et dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amẽ, amen dico vobis: videbitis celũ apertum, et angelos dei ascẽdentes et descendentes supra filium hoĩs. Offer. Gloria et honore coronasti eũ: et constituisti euz super opera manuum tuarum dñe. Secreta.

Sacrandũ tibi dñe munus offerimus: quo beati Andree sollẽnia recolentes, purificationez quoque nostris mẽtibus implorãmus. Per dominum nostruz Jesum. etc.

Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: et intercedēte beato Saturnino martyre tuo, per hec eadē nos placatus intende. Per dominum no. Cōmunio. Dixit Andreas Simoni fratri suo: inuēnimus messiam, qui dicitur Christus: et adduxit eum ad Jesum. Postcommunio.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea apostolo tuo, que pro illius veneranda gerimus passione, nobis proficiāt ad medelam. Per do. Pro cōmemoratione san. Saturnini. Postcōmunio.

Sanctificet nos, quesumus domine, tui perceptio sacramenti: et intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dominū.

¶ Si sequens festum Sancti Andree venerit in dominica, transfertur in sequentem diem duplici festo non impeditam: quod et de aliis festis duplicibus et semiduplicibus, in dominicis Aduentus occurrentibus, seruatur: et in illis semper fit commemoratio de Aduentu. De simplicibus autem toto aduentu fit tantum commemoratio.

Die. 30 No.

¶ In festo Sancti Andree apostoli. Introitus.

Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Psalm. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, et resurrectionē meā. ℣. Gloria. Oro.

Maiestatem tuam domine suppliciter exoramus: vt, sicut ecclesie tue beatus Andreas Apostolus extitit predicator et rector, ita apud te sit pro nobis ppetuus intercessor. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui te.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Romanos.

c. 10

Fratres. Corde creditur ad iustitiam: ore autem, confessio fit ad salutē. Dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundet. Non enim est distinctio Judei et Greci. Nā idē dn̄s oīum, diues in oēs, qui inuocant illū. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini: saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autē audiēt sine predicante? Quomodo vero predicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Isaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides, ex auditu: auditus autem, per verbum Christi. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Graduale. Constitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream dominus in odorem suauitatis. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelii secundum Mattheum.

In

ca.4



In illo tpe: Ambulãs Jesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres. Simonē q̃ vocatur Petrus, ⁊ Andreã fratrē eius, mittentes rete in mar: (erant enĩ piscatores) ⁊ ait illis. Venite post me: ⁊ faciã vos fieri piscatores hoĩuz. At illi continuò, relictis retibus, secuti sunt euz. Et procidēs inde vidit alios duos fratres, Jacóbum Zebedęi, ⁊ Joannem fratrem eius in naui, cũ Zebedęo patre eorũ, reficientes retia sua: ⁊ vocauit eos. Illi autem, statim relictis retibus ⁊ patre, secuti sunt eum. Credo. Offer. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secr.

Sacrificiuz nostruz tibi dñe, q̃s, beati Andreę apostoli tui precatio sancta conciliet: vt, in cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per do.

Prefatio de apostolis.

Cõmunio. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis retibus ⁊ naui, secuti sunt dominum. Postcommunio.

Sumpsimus dñe diuina mysteria, beati Andreę festiuitate lętātes: quę sicut tuis sanctis ad gloriaz, ita nobis, quęsumus, ad veniaz prodesse perficias. Per dominum.

¶ Festa Decembris.

die.2 ¶ Pro commemoratione Sanctę Bibianę virginis ⁊ martyris. Oro. Indulgentiam, cum Secreta, ⁊ Postcõi. de cõmuni virginũ. f.212.

die. 4 ¶ Pro cõmemoratione S. Barbarę virginis ⁊ martyris. Oratio. Deus qui inter cetera. cum sua Secreta, ⁊ Postcommunione de communi virginum. folio.212.

die.5 ¶ Pro commemoratione sancti Sabbę Abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quęsumus, domine, beati Sabbę Abbatis cõmendet: vt, quod nostris meritis nõ valemus, eius patrocinio assequamur. Per dominũ nost. Secreta.

Sacris altaribus Domine hostias superpositas sãctus Sabbas, quęsumus, in salutez nobis prouenire deposcat. Per dominũ nostrum Jesum. Postcommunio.

Protegat nos domine cum tui perceptione sacramēti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: vt, ⁊ cõuersationis eius experiamur insignia, ⁊ ĩtercessionis ipsius pcipiamus suffragia. Per dominum no.

die.6 ¶ In festo sancti Nicolai episcopi ⁊ confessoris. Introitus.

Statuit ei dominus testamentum pacis, ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternũ. Psalmus. Memento domine Dauid: ⁊ omnis mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut. Oro.

Deus, qui beatum Nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue, quęsumus: vt eius meritis ⁊ precibus, á gehennę incēdiis liberemur. Per dominuz nostrũ Jesũ Christũ filiũ tuũ: qui te. Epistola. Mementote prępositorũ. de cõi confessorũ pōtificũ. fo.209. Grad. Inueni Dauid seruũ meuz: oleo sancto meo vnxi euz: manus

manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiũ meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur: Alleluia. Euangelium. Homo quidã peregre proficiscẽs. de cõmuni confessorũ pontificum. Offertoriũ. Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cũ ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Sanctifica, quesumus, dñe de⁹ hec munera: que in sollẽnitate sancti antistitis tui Nicolai offerim⁹: vt per ea, vita nostra inter aduersa ⁊ prospera vbiqz dirigatur. Per dominum nostrũ Iesuz. Communio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternũ manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in eternum, ⁊ testis in celo fidelis. Postcommunio. Sacrificia, que sumpsimus domine, pro sollẽnitate sancti põtificis tui Nicolai, sempiterna nos protectione conseruent. Per dñm.

die. 7 ¶ In festo sancti Ambrosij episcopi, ⁊ confessoris, ac doctoris Ecclesie. Introitus.

In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ impleuit euz dominus spiritu sapientie ⁊ intellectus: stolaz glorie induit eum. Ps. Bonum est confiteri domino, ⁊ psalle nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritu san. Oratio. Deus, qui populo tuo eterne salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: presta quesumus: vt, quem doctorem vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per dominuz no. Epistola. Testificor coram Deo. de communi doctorum. folio. 209. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi, q̃ conseruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dominus, ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ secundum ordinem Melchisedech: Alleluia. Euangeliũ. Uos estis sal terre. de communi doctoruz. folio. 209. Et dicitur Credo in vnum. Offertoriũ. Ueritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre. Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata, per intercessionez beati Ambrosij confessoris tui atque pontificis, ad perpetuã nobis fac prouenire salutez. Per dominum. Postcõmu. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternum manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in conspectu meo, ⁊ sicut luna perfecta in eternum: ⁊ testis in celo fidelis. Postcommunio. Sacramenta salutis nostre suscipiens, concede, quesumus omnipotens deus: vt beati Ambrosij cõfessoris tui atqz põtificis nos vbiqz orõ adiuuet: in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per.

die. 8 ¶ In cõceptione Beate Marie dicit missa de eius Natiuitate, q̃ habetur mẽse Septẽbris. f. 188. mutato nomine Natiuitatis in Cõceptionẽ.

die. 10 ¶ Pro commemoratione sancti Miltiadis Pape ⁊ martyris. Orõ. Infirmitatem. cum sua secreta, ⁊ Postcommunione de cõmuni vnius martyris pontificis. folio. 200.

¶ In

die. 11 ¶ In festo sancti Damasi Pape et confessoris. Introitus.

Sacerdotes tui domine induant iustitiam: et sancti tui exultent: propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui. ps. Memento domine David: et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

Exaudi domine preces nostras: et intercedente beato Damaso confessore tuo atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, et pacem. Per do. Epistola. Plures facti sunt sacerdotes. de communi confesso. pontifi. fo. 208. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, Alleluia. Evangelium. Vigilate quia nescitis. de eodem communi. fol. 208. Offerto. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Accepta tibi sit, quesumus domine, sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum. Co[m]munio. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: euge serve fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

Da, quesumus domine, fidelibus populis, sanctorum tuorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum nostrum Jesum.

die. 13 ¶ In festo sancte Lucie virginis et martyris. Introitus.

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie, pre consortibus tuis. ps. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut, sicut de beate Lucie virginis et martyris tue, festivitate gaudemus: ita pie devotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum. Epistola. Qui gloriatur, in domino glorietur. de communi virginum. folio. 213. Graduale. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem. ℣. Propterea unxit te deus, deus tuus oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum, Alleluia. Evangelium. Simile est regnum celorum thesauro abscondito. de communi virginum, et martyrum. folio. 212. Offertorium. Afferentur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum Jesum. Communio. Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum: letabor ego super eloquia tua, quasi qui invenit spolia multa. Postcommunio.

Satiasti

Satiasti domine familiam tuaꝫ muneribus sacris: eius, q̄s, semper interuentione nos réfoue, cuius sollēnia celebramus. Per dominū.

Die. 20 ¶ In vigilia Sancti Thomę dicit missa. Ego autem sicut oliua. de vigilia vnius apostoli. fo. 200. cum cō memo. de Aduentu: ꝛ in ea seruetur rubrica in vigilia S. Andreę posita. Si aūt hęc vigilia venerit ī quatuor tēporibus, de ea fit tantū cōmemo.

Die. 21 ¶ In festo S Thomę apli. Intro.

Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eoꝝ. Ps. Dñe ꝓbasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, ꝛ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ꝛ. Oratio.

Da nobis, q̄s domine, beati apostoli tui Thomę sollēnitatib⁹ gloriari: vt, eius semper ꝛ patrocinijs subleuemur, ꝛ fidem congrua deuotione sectemur. Per. Lectio epi. beati Pauli apostoli ad Ephe.

ca. 2 Fratres: Iam non estis hospites ꝛ aduenę, sed estis ciues sāctorum ꝛ domestici Dei, superędificati supra fundamentum apostolorum ꝛ prophetarū, ipso sūmo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ędificatio cōstructa, crescit in tēpluꝫ sanctum in dño. In quo ꝛ vos coędificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto. Gradua. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: ꝛ super arenā multiplicabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Gaudete iusti in domino: rectos decet collaudatio. Alleluia. Sequētia sancti euāgelij sm̄ Ioāne.



ca. 20 In illo tēpore: Thomas vnus de duodecim, q dicit Didymus, nō erat cum eis quādo venit Iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidimus dñm. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum, ꝛ mittā digitū meū in locū clauorū: ꝛ mittā manuꝫ meā in latus eius: non credā. Et post dies octo, iterū erant discipuli eius intus: ꝛ Thomas cuꝫ eis. Venit Iesus ianuis clausis, ꝛ stetit in medio, ꝛ dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitū tuū huc, ꝛ vide manus meas, ꝛ affer manum tuam, ꝛ mitte in latus meum, ꝛ noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, ꝛ dixit ei. Dominus meus, ꝛ deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt, ꝛ crediderunt. dicitur Credo in vnum Deuꝫ. Offertoriū. In omnē terraꝫ exiuit sonus eorum: ꝛ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Debitum tibi dñe nostrę reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragijs beati Thomę apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda confessione, laudis tibi hostias imolamus. Per dominum nostrum Iesum Christū. Prefatio de Apost. f. 102. Cōmu. Mitte manum tuam, ꝛ cognosce loca clauorum: ꝛ noli esse incredulus, sed fidelis. Postcommunio. Adesto

Adesto nobis misericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Thoma apostolo tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per dominum nostrū Jesum Christum.

¶ Festa Januarij.

Die. 11. ¶ Pro commemoratione Sancti Hyginij Pape ⁊ marty. Oratio. Infirmitatem. cum sua Secreta. ⁊ Postcommunione. de cōi vnius marty. ponti. fol. 200. Et tertia orō de S. Maria. Deus q sa. f. 220.

Die. 14. ¶ In festo sancti Hilarij episcopi ⁊ confessoris. Missa.

In medio ecclesie. de cōmuni doctorum. fo. 209. ⁊ in ea fit seques cōmem. cū tertia orōne de S. Maria.

¶ Pro commemoratione Sancti Felicis in Pincis martyris. Orō.

Concede, quesumus, omnipotēs deus: vt ad meliorem vitam, sanctoruz tuorū exempla nos prouocēt, quatenus, quorū sollennia agimus, etiam actus imitemur. Per dominuz no. Secreta.

Hostias tibi domine beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum. Postcommunio.

Quesumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius sollemnia celebramus, orationibus adiuuemur. Per domi. ¶ Si contingat festū Sancti Hilarij transferri in aliū diē, non tamē predicta commemoratio Sancti Felicis transfertur, sed de ea fit suo die: quod ⁊ in alio sequenti festo, ⁊ in similibus semper seruatur.

Die. 15. ¶ In festo sancti Pauli primi Eremite. Introitus.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit: plātatus in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. Ps. Bonū est cōfiteri dño: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pa. Orō.

Deus, qui nos beati Pauli cōfessoris tui annua sollemnitate letificas, cōcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, etiā actiones imitemur. Per dominuz nostrū Jesū.

¶ Pro commemoratione Sancti Mauri abbatis. Oratio.

Intercessio nos, quesumus dñe, beati Mauri abbatis commendet: vt, quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur.

Tertia oratio de Sancta Maria.

Deus, qui salutis. fo. 229. Episto. Que mihi fuerūt lucra. de cōi cōfes so. nō pōti. fo. 211. Grad. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabit in domo dñi. ℣. Ad annunciandū mane misericordiam tuaz, ⁊ veritatē tuā per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante Dominū, Alleluia. Euangelium.

Cōfiteor tibi pater. de cōmuni plurimorum martyrum. folio. 207.

Offertoriū. In virtute tua domine letabitur iustus: ⁊ super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

Laudis tibi domine hostias immolamus, in tuorum cōmemoratione sanctoruz: quibus nos ⁊ presentibus exui malis confidimus, ⁊ futuris. Per dominū nostrū Jesū.

Pro cōmemorati. Sancti Mauri Abbatis. Secreta.

PResta nobis, quesumus, omnipotens deus: vt nostre humilitatis oblatio, et pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, et nos corpore pariter et mente purificet. Per. Communio. Letabitur iustus in domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Postcommunio.

REfecti cibo potuque celesti, deus noster, te supplices exoramus: vt, in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur et precibus. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Postcommunio.

PRotegat nos domine cum tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: vt et conuersationis eius experiamur insignia, et intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Die. 16 ¶ In festo sancti Marcelli Pape et martyris. Introitus.

STatuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius. V. Gloria patri, et fi. Oratio.

PReces populi tui, quesumus domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passione letamur. Per dominum nostrum Jesum. Epistola. Benedictus deus. de communi vnius mart. pont. fo. 201. Graduale. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. V. Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Euangelium. Si quis vult venire post me. de eodem communi folio. 201. Offertorium. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SUscipe, quesumus domine, munera dignanter oblata: et beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per dominum nostrum Jesum. Communio. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue bone et fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

SAtiasti domine familiam tuam muneribus sacris: eius, quesumus, semper interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

¶ In festo sancti Antonij Abbatis. Die. 17 Missa. Os iusti. de communi Abbatum. folio. 210. cum euangelio. Sint lumbi vestri precincti. de communi confessorum non pontificum. fol. 210.

¶ In festo Cathedre S. Petri, qua Rome primum sedit. Introitus. Die. 18

STatuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Psalmus. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius. V. Gloria. Oratio.

DEus, qui beato Petro, apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, animas ligandi, atque soluendi

uendi pontificiū tradidisti: cōcede, vt intercessionis eius auxilio, à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo.

Et fit cōmemoratio de sancto Paulo ante quascūq; cōmemorationes, etiam dominicę: quod ⁊ seruatur in cōmemoratione sancti Petri, quę fit in festo sancti Pauli. Oratio.

DEus qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli pdicatione docuisti: da nobis quęsum⁹: vt cuius cōmemorationē colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Pro cōmemoratione sanctę Priscę virginis, ⁊ martyris. Oratio.

DA, quęsumus, omnipotens deus: vt qui beatę Priscę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, ⁊ annua solemnitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per dñm nostrum Jesum. Lectio epistolę beati Petri apostoli.

1.ca.1

PEtrus, apostolus Jesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatię, Cappadocię, Asię, ⁊ Bithynię: secundum prescientiam dei Patris, in sanctificationem Spiritus in obedientiam, ⁊ aspersionem sanguinis Jesu Christi: gratia vobis ⁊ pax multiplicetur. Benedictus deus ⁊ Pater domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suā regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminatam, ⁊ immarcescibilem, conseruatam in celis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicū nunc, si oportet, contristati in varijs tentationibus: vt probatio vestrę fidei multo preciosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem in reuelatione Jesu Christi domini nostri.

Graduale. Exaltent eum in ecclesia plebis, ⁊ in cathedra seniorū laudent eum. ℣. Confiteantur dño misericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Si festum Cathedrę venerit ante Septuagesimam, post Graduale statim dicitur,

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus: ⁊ super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, Alleluia. Si autem venerit post Septuagesimā: omisso Alleluia, ⁊ versu, dicitur sequens Tractus. Tu es Petrus, ⁊ super hāc petrā ędificabo ecclesiā meam. ℣. Et portę inferi non preualebunt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcunq; ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. ℣. Et quodcunq; solueris super terram, erit solutum ⁊ in celis.

Seq. sancti euangelij sm Matthęū.



ca.16

IN illo tpe: Venit Jes⁹ in partes Cesarę Philippi: ⁊ interrogabat discipulos suos dicēs. Quem dicūt homines esse filiū hominis? At illi dixerūt. Alij Joānē Baptistā: alij autē Eliā: alij verò Hieremiā: aut vnū ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autem quē me esse dicitis? Respōdens Simon Petrus dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem Jesus dixit ei. Beatus es Simon Bar

Bar Iona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: ⁊ super hanc petrã ędificabo ecclesiam meam: ⁊ portę inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum ⁊ in celis. Et quodcunque solueris super terram, erit solutum ⁊ in celis. Credo. Offertoriũ. Tu es Petrus, ⁊ super hãc petrã ędificabo ecclesiã meã: ⁊ portę inferi non preualebunt aduersus eam: ⁊ tibi dabo claues regni celorũ. Secre.

Ecclesię tuę, quęsumus domine, preces ⁊ hostias beati apostoli tui Petri cõmendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dñm.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, dñe, plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiãt patrocinio supplicãtis. Pro cõme. S. Priscę. Secre.

Hostia, q̃s dñe, quam in sanctorũ tuorum natalitijs recẽsentes offerimus, ⁊ vincula nostrę prauitatis absoluat, ⁊ tuę nobis misericordię dona conciliet. Per dominum.

Prefatio de Aplis. fol. 102. Cõio.

Tu es Petrus, ⁊ sup hanc petraʒ ędificabo ecclesiã meã. Postcõio.

Letificet nos dñe munus oblatum: vt sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem predicamus, sic per illum tuę sumamus indulgentię largitatem. Per dominum no.

Pro sancto Paulo. Postcõio.

Sanctificati, domine, salutari mysterio, quęsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari.

Pro commemoratione Sanctę Priscę. Postcommunio.

Quęsumus, domine salutarib⁹ repleti mysterijs: vt, cuius sollemnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per dominuʒ.

¶ Sanctorũ marty. Marij, Marthę, Audifacis, ⁊ Abacũ. Introitus.

Iusti epulẽtur, ⁊ exultẽt in conspectu dei, ⁊ delectentur in letitia. Psal's. Exurgat deus, ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spi. Orõ.

Exaudi domine populum tuum, cum sanctorũ martyrum tuorũ patrocinio supplicanteʒ: vt, ⁊ temporalis vitę nobis tribuas pace gaudere, ⁊ ęternę reperire subsidiũ. Per dominum no. Epistola. Rememoramini pristinos dies. De cõmuni plurimorum martyrũ. f. 206.

Iustorum animę in manu Dei sunt: ⁊ non tanget illos tormentum malitię. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Mirabilis deus noster in sanctis suis. Alleluia.

Si hoc festum venerit post Septuagesimam, dicitur Tractus de communi plurimorum martyrũ. Quod ⁊ seruatur in sequentibus festis venientibus post Septuagesimam vsque ad Dominicam Palmarum: nisi proprius Tractus assignetur.

Euange. Sedente Iesu super montem. de eodem cõmuni. folio. 206.

Offertorium. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, ⁊ nos

⁊ nos liberati sumus. Secreta.

Preces domine tuorum respice, oblationesque fidelium: vt ⁊ tibi grata sint pro tuorũ festiuitate sãctorũ, ⁊ nobis conferant tuę propitiationis auxilium. Per dominum nostrum Jesum Christum. Cõio.

Dico autem vobis amicis meis: ne terreámini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio.

Sanctorum tuorum domine intercessione placatus, pręsta quęsumus: vt quę temporali celebramus actione, perpetua saluatiõe capiamus. Per dominum nostrum.

Die. 20

¶ In festo Sanctorum martyrum Fabiani ⁊ Sebastiani. Introitus.

Intret in cõspectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ i sinu eorũ: vindica sãguinẽ sãctorũ tuorũ: qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum sanctum tuũ: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria pa. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: ⁊ q: põdus proprię actionis grauat: beatorum martyrum tuorum Fabiani ⁊ Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nost. Epistola.

Sancti per fidem. De cõi plurimorum martyrum. folio. 206. Gradu.

Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriã regni tui dicent. Alleluia.

Euangelium. Descendens Jesus de monte. De eodem communi. fo. 205. Offertorium. Letamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias tibi domine, beatorum martyrũ tuorũ Fabiani ⁊ Sebastiani dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad ppetuum nobis tribue prouenire subsidiũ. Per do. Cõio.

Multitudo languentiũ: ⁊ qui vexabantur à spiritibus immũdis, veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. Postcõmu.

Refecti participatiõe muneris sacri, quęsumus, dñe deus noster: vt, quorum exéquimur cultum, sentiamus effectum. Per dominũ.

¶ In festo sanctę Agnetis virginis ⁊ martyris. Introitus.

Die. 21

Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua dñe intellexi: omnis consũmationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia queq: confundas, concede ppitius: vt, qui beatę Agnetis virginis ⁊ martyris tuę sollẽnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per do. Epistola. Confitebor tibi dñe rex. De cõi virginũ ⁊ mar. f. 212. Gradu. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia,

Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media aũt nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit: exite obuiaȝ Christo domino. Alleluia. Euangeliũ. Simile est regnum celorũ decem virginibus. de eodem communi fol. 212. Offertoriũ. Afferentur regi virgines post eaȝ: proxime eius afferent tibi in letitia, ⁊ exultatione, adducentur in templum regi dño. Secreta.

Hostias dñe, quas tibi offerimus, propitius suscipe: ⁊ intercedẽte beata Agnete virgine ⁊ martyre tua, vincula peccatoruȝ nostrorum absolue. Per do. Communio. Quinqȝ prudentes virgines acceperunt oleuȝ in vasis suis cum lampadibus: media auteȝ nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiaȝ Christo domino. Postcõ.

Refecti cibo potuqȝ celesti, deus noster te supplices exoramus: vt, in cuius hec commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum nostrũ.

Die. 22

¶ In festo sanctorum martyrum Vincentij, ⁊ Anastasij. Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurimo. marty. fol. 204. excepta oratione que dicit vt infra. Oratio.

Adesto, qs dñe, supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatorum martyrum tuorum Vincentij, ⁊ Anastasij intercessione liberemur. Per dominũ. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorũ, ⁊ nobis salutaria te miserante reddã tur. Per dñm. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus: vt, qui celestia alimenta percepimus, intercedẽtibus beatis martyribus tuis Vincentio ⁊ Anastasio, per hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostruȝ Iesũ.

Die. 23

¶ Sancte Emerentiane virginis ⁊ martyris, dicitur missa. Me expectauerunt peccatores. vt in communi virginum ⁊ martyrum.

Die. 24

¶ Sancti Timothei episcopi ⁊ martyris. Introitus.

Statuit ei dñs testamẽtũ pacis, ⁊ principem fecit euȝ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Psalmus. Memẽto dñe Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: ⁊ quia pondus proprie actionis grauat, beati Timothei martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum Iesũ. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

1.c.6

Charissime: Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam, in qua vocatus es, ⁊ confessus bonam confessioneȝ coram multis testibus. Precipio tibi coram deo, qui viuificat omnia: ⁊ Christo Iesu, qui testimoniuȝ reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi. Quem suis temporibus ostendet beatus ⁊ solus

potens, rex regum et dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor et imperium in sempiternum. Amen.

Graduale. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei.

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia. Si dicendus sit Tractus, requiratur in communi vnius martyris pontificis.

Desiderium. fo. 200. Euangelium. Siquis venit ad me. De communi vnius martyris pontificis fo. 200.

Offerto. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi domine beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum. Communio.

Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternum manebit: et sedes eius, sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta, in eternum: et testis in celo fidelis. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus, domine deus noster: vt beati Timothei martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Jesum.

Die. 25 ¶ In Conuersione sancti Pauli apostoli. Introitus.

Scio, cui credidi: et certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui vniuersum mundum beati Pauli Apostoli predicatione docuisti: da nobis, quesumus: vt qui eius hodie Conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Et fit commemoratio de sancto Petro. Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, animas ligandi, atque soluendi pontificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis et regnas cum deo patre.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 9 In diebus illis: Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: accessit ad principem sacerdotum: et petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt, si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: et subito circunfulsit eum lux de celo: et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit. Quis es domine? Et ille. Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit. Domine quid me

me vis facere? Et dominus ad eum. Surge, et ingredere civitatem: et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cū eo, stabāt stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illū trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns: et non mā ducavit, neque bibit. Erat autē quidā discipulus Damasci, nomine Ananias: et dixit ad illū in visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad illum. Surge, et vade in vicum qui vocatur Rectus: et quere in domo Jude Saulum nomine Tharsensem. Ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntez, et imponentem sibi manus, vt visum recipiat.) Respondit autem Ananias. Domine, audiui a multis de viro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotuz, alligandi oēs qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad euz dominus. Vade, quoniā vas electionis mihi est iste, vt portet nomē meū corām gētibus, et regibus, et filijs Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, et introiuit in domum: et imponens ei manus, dixit. Saule frater, dñs Jesus misit me, qui apparuit tibi in via, qua veniebas: vt videas, et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquā squame: et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibū, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, predicabat Jesum: quoniā hic est filius dei. Stupebant autez omnes qui eū audiebant, et dicebāt. Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalē eos, qui inuocabāt nomen istud: et huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autē multo magis conualescebat, et cōfundebat Judeos qui habitabāt Damasci, affirmās qm̄ hic est Christus. Gradua.

Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est et mihi inter gentes: et cognouerunt gratiam dei que data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es vas electionis, sancte Paule apostole: ora pro nobis. Alleluia. Tractus sequens dicitur, si hoc festum venerit post Dominicaz Septuagesime. Tu es vas electionis sancte Paule apostole: vere dignēs es glorificandus. ℣. Predicator veritatis, et doctor gentium in fide, et veritate. ℣. Per te omnes gētes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

In illo tēpore: Dixit Simō Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autē dixit illis. Amē dico vobis, q vos qui secuti estis me in regeneratione cuz sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores,

ca. 19

rores, aut patrē, aut matrē, aut vxo-
rē, aut filios, aut agros, ꝑpter nomē
meū, cētuplū accipiet, ⁊ vitā ęternā
possidebit. Dicit͛ Credo. Offerto.
Mihi autē nimis honorificati sunt
amici tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum. Secreta.
Apostoli tui Pauli precibus,
dn̄e, plebis tuę dona sāctifica:
vt, q̄ tibi tuo grata sūt instituto, gra-
tiora fiant patrocinio supplicantis.
Per. Pro sancto Petro. Secre.
Ecclesię tuę, q̄s dn̄e, preces ⁊
hostias beati apostoli tui Pe
tri cōmendet orō: vt, quod ꝓ illius
gloria celebram⁹, nobis prosit ad ve
niā. Per. Prefatio de Apostolis.
Cōmu. Amen dico vobis: ꝙ vos
qui reliquistis omnia, ⁊ secuti estis
me, centuplū accipietis, ⁊ vitā ęter
nam possidebitis. Postcōmunio.
Sanctificati dn̄e salutari myste
rio q̄s: vt pro nobis eius non
desit oratio, cuius nos donasti pa-
trocinio gubernari. Per dominum.
Pro sancto Petro. Postcōmu.
Laetificet nos domine munus
oblatum: vt, sicut in apostolo
tuo Petro, te mirabilem predica-
mus: sic per illum, tuę sumamus in-
dulgentię largitatem. Per domi.

Die. 26

¶ Sancti Polycarpi episcopi ⁊
martyris. Introitus.
Sacerdotes dei
benedicite dn̄m:
sancti ⁊ humiles
corde laudate
deū. Ps. Bn̄di-
cite oīa opa dn̄i
dn̄o: laudate, ⁊
superexaltate eū
in secula. ℣. Gloria. Oratio.
Deus, qui nos beati Polycar
pi martyris tui atque pontificis, an
nua sollemnitate lętificas: concede
propitius: vt, cuius natalitia colim⁹,
de eiusdem etiam protectione gau-
deamus. Per dominū. Lectio epi-
stolę beati Joannis apostoli.

1. C. 3

Charissimi: Omnis qui nō est
iustus, non est ex deo, ⁊ qui nō
diligit fratrē suū. Qm̄ hęc est annun-
ciatio, quam audistis ab initio, vt di
ligatis alterutrum. Non sicut Cain
qui ex maligno erat: ⁊ occidit fratrē
suum. Et propter quid occidit eū?
Quoniam opera eius maligna erāt:
fratris autem eius iusta. Nolite mi-
rari fratres, si odit vos mundus.
Nos scimus, quoniam translati su-
mus de morte ad vitā: quoniā diligi
mus fratres. Qui non diligit, ma-
net in morte. Omnis qui odit fra-
trem suum, homicida est. Et scitis,
quoniam omnis homicida non ha-
bet vitam ęternam in se manentem.
In hoc cognouimus charitatem
dei: quoniam ille animam suam pro
nobis posuit: ⁊ nos debemus pro
fratribus animas ponere. Gradua-
le. Gloria ⁊ honore coronasti eum.
℣. Et constituisti eum super opera
manuum tuarū domine. Alleluia,
alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quem
coronauit dn̄s, alleluia. Tractus si
dicendus sit, de communi. Bea-
tus vir. folio. 201. Euangelium. Si
quis vult venire post me. De cōmu.
vnius martyris pontificis. fo. 201
Offertoriū. Inueni Dauid seruum
meū: oleo sancto meo vnxi eum: ma
nus enim mea auxiliabit͛ ei: ⁊ brachi-
um meū confortabit eum. Secreta.
Munera tibi dn̄e dicata sanctifi-
ca: ⁊ intercedēte beato Poly
carpo martyre tuo atque pontifice,
per

per eãdẽ nos placatus intẽde. Per.
Cõio. P osuisti dñe in capite ei⁹ co
ronã de lapide precioso. Postcõ.
H Aec nos communio domine
purget a crimine: ꝛ intercedẽ
te beato Polycarpo martyre tuo
atqꝫ põtifice, celestis remedij faciat
esse cõsortes. Per dominũ nostrũ.

Die. 27
¶ In festo sancti Joãnis Chrysosto
mi episcopi ꝛ cõfessoris. Introitus.

I N medio ecclesię a
peruit os eius, ꝛ im
pleuit euꝫ dominus
spiritu sapientię ꝛ
intellectus: stolam
glorię induit eum.
psalmus. Bonum est confiteri dño:
ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiri. Oratio.
E Cclesiã tuaꝫ, quęsumus domi
ne, gratia celestis amplificet:
quam beati Joannis Chrysostomi
cõfessoris tui atqꝫ pontificis illustra
re voluisti gloriosis meritis, ꝛ doctri
nis. Per do. Epist. T estificor. de
cõi doctorũ. fo. 209. Gradu. E cce
sacerdos magnus, qui in diebus su
is placuit deo. ℣. Non est inuentus
similis illi, qui conseruaret legeꝫ ex
celsi. A llã, allã. ℣. Beatus vir, q suf
fert tẽtationẽ: qm̃ cũ probat⁹ fuerit
accipiet coronã vitę, alleluia. Post
Septuagesimaꝫ, Tractus. B eatus
vir, qui timet. de cõi docto. fo. 210.
Euangeliũ. V os estis sal terrę. de
eodem cõi. fo. 209. Et dr̃ C redo
in vnũ. Offertoriũ. I ustus, vt pal
ma, florebit: sicut cedrus, q̃ in Liba
no est, multiplicabitur. Secreta.
S Ancti pontificis tui Joannis
Chrysostomi nobis dñe pia nõ
desit oratio: quę ꝛ munera nostra cõ
ciliet, ꝛ tuam nobis indulgentiam
semper obtineat. Per dominũ no.
Communio. F idelis seruus ꝛ pru
dens, quem constituit dominus su
per familiam suaꝫ: vt det illis in tem
pore tritici mensuram. Postcõio.
A D nobis domine tua sacrificia
dent salutem: beatus Joãnes
Chrysostomus pontifex tuus, ꝛ do
ctor egregius, quęsumus, precator
accedat. Per dñm nostrum Jesuꝫ.

¶ Sanctę Agnetis secundo. Intro.

Die. 28

V Ultũ tuũ depre
cabunt oẽs diui
tes plebis: addu
cent regi virgi
nes post eã: pro
ximę eius addu
cẽtur tibi in lęti
tia, ꝛ exultatiõe.
ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ:
dico ego opera mea regi. ℣. Glia.
D Eus, q nos annua beatę Orõ.
Agnetis virginis ꝛ martyris
tuę sollẽnitate lętificas: da, quęsum⁹,
vt quã veneramur officio, etiam pię
conuersationis sequamur exemplo.
Per. Epist. Q ui gloriatur. de cõ
muni virgi. fo. 213. Gradua. S pe
cie tua ꝛ pulchritudine tua: intende,
prospere procede, ꝛ regna. ℣. Pro
pter veritatem, ꝛ mãsuetudinẽ, ꝛ iu
stitiaꝫ: ꝛ deducet te mirabiliter dex
tera tua. A lleluia, alleluia. ℣. Ad
ducẽtur regi virgines post eã: proxi
mę eius afferent tibi in lętitia, allã.
Post Septuagesimam Tractus.
A udi filia. de cõi virginũ. fo. 213.
Euangel. S imile est regnum celo
rum thesauro abscondito in agro.
de eodem cõi. fol. 212. Offertoriuꝫ.
D iffusa est gratia in labijs tuis: pro
pterea benedixit te deus in ęter
num, ꝛ in seculum seculi. Secreta.

S uper

Super has, quęsumus domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę et sanctificationem nobis clementer operetur: et de martyrum nos sollemnitate lętificet. Per dñm nost. Cõmunio. Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas: inuẽta vna preciosa margarita, dedit omnia sua, et cõparauit eam. Postcõio.

Sumpsimus domine celebritatis annuę votiua sacramenta: presta q̃s: vt et tẽporalis vitę nobis remedia prębeãt, et ęternę. Per do.

¶ Festa Februarij.

die. 1 ¶ In festo sancti Ignatij episcopi et martyris. Introitus.

Mihi autem absit gl'iari, nisi i cruce dñi nostri Iesu Christi: per quẽ mihi mundus crucifixus est, et ego mũdo. ps. Memento dñe Dauid, et oĩs mãsuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Ignatij martyris tui atq; pontificis annua sollemnitate lętificas: cõcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per do. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Romanos.

ca. 8 Fratres: Quis nos separabit à charitate Chri? Tribulatio, an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, ęstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his omnibus superamus pp eũ q dilexit nos. Certus sum enim, q: neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neque instãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Graduale.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legẽ excelsi. Alleluia, all'a. ℣. Christo confixus sum cruci: viuo ego, iã non ego, viuit vero in me Christus. All'a. Post Septuage. Tractus.

Desideriũ aĩę eius. vt in cõi mart. põt. f. 201. Euã. Nisi granũ. de cõi vnius mar. f. 202. Offer. Gloria, et honore coronasti eũ: et cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ dñe. Secr.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et intercedente beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrũ Ie. Communio.

Frumẽtum Christi sum: dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Postcommunio.

Haec nos communio domine purget à crimine: et intercedẽte beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, cęlestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum Ie.

¶ In festo Purificationis beatę Marię.

Si hoc festum venerit in dominicis Septuag. Sexagesimę, et Quinquagesimę, fiat tantum candelarũ benedictio, distributio, et processio. et dicitur missa de Dominica: Missa vero festi transfertur in sequentem diem. Finita tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel sine casula, cũ ministris indutis procedit ad benedicendum

cēdū candelas in medio ante altare positas, dicendo. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, qui omnia ex nihilo creasti: & iussu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire fecisti: & qui hodierna die petitionē iusti Simeonis implesti: te humiliter deprecamur: vt has candelas adusus hominum, & sanitatem corporū & animarum, siue in terra, siue in aquis, per inuocationem tui sanctissimi nominis, & per intercessionem beate Marie semper virginis, cuius hodie festa deuote celebrātur: & per preces omnium sanctorum tuorum, bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris: & huius plebis tue, que illas honorificē in manibus desiderat portare, teq̄z cantando laudare, exaudias voces de celo sancto tuo, & de sede maiestatis tue: & propitius sis omnibus clamātibus ad te: quos redemisti precioso sanguine filij tui. Qui tecū viuit & regnat in vnitate spūs &c. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, q̄ hodierna die vnigenitū tuū vlnis sancti Simeonis in tēplo sancto tuo suscipiendū presentasti: tuā supplices deprecamur clementiā: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificentia suscipientes, gestare cupimus luce accēsas: bene✠dicere, & sancti✠ficare, atque lumine superne benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi domino deo nostro offerendo, digni, & sancto igne dulcissime charitatis tue succensi, in tēplo sācto glorie tue representari mereamur. Per eundem dominum nostrum Je. ℟. Amen. Oremus.

Domine Jesu Christe, lux vera, q̄ illuminas omnē hominē veniētē in hūc mundū: effunde bene✠dictionē tuā sup hos cereos: & sancti✠fica eos lumine gratie tue: & concede propitius: vt sicut hec luminaria igne visibili accēsa, nocturnas depellūt tenebras: ita corda nostra inuisibili igne, id est, Sācti spiritus splendore, illustrata, omnium viciorum cecitate careant: vt purgato mentis oculo, ea cernere possimus, que tibi sunt placita, & nostre saluti sunt vtilia: quatenus post huius seculi caliginosa discrimina ad lucem indeficientem peruenire mereamur: Per te Christe Jesu saluator mūdi, qui in Trinitate perfecta viuis & regnas, deus per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus, qui per Moysen famulū tuū, purissimū olei liquorem, ad luminaria ante conspectū tuū iugiter cōcinnāda preparari iussisti: bñ✠dictionis tue gratiā sup hos cereos benignus infunde: quatenus sic administrent lumen exterius, vt te donāte, lumē spūs tui nr̄is non desit mentibus interius. Per dñm. in vnitate eiusdē. ℟. Amen: Oremus.

Domine Jesu Christe: qui hodierna die in nostre carnis substantia inter homines apparēs, a parētibus in templo es presentatus: quē Simeon venerabilis senex, lumine spiritus tui irradiatus, agnouit, suscepit, & benedixit, presta propitius: vt, eiusdē spiritus sancti gratia illuminati, atque edocti, te veraciter agnoscamus, & fideliter diligamus:

mus: Qui cum deo patre in vnitate
eiusdē spiritus sancti viuis & regnas
Deus p oia secula seculoꝝ. ix. Amē.

¶ Cōpleta benedictione celebrās
aspergit cādelas aqua benedicta, &
adolet incēso: deinde dignior ex cle-
ro accedit ad altare, & ab eo celebrās
accipit candelā accensam non genu
flectens, nec osculās manum illius.
Postea celebrās distribuit cādelas
accēsas: primum digniori, à quo ipse
acceperat: Deinde Diacono & Sub
diacono paratis, & alijs p ordinē: oi
bus genuflectētibus, & manum ce-
lebrantis osculantibus, exceptis p̄-
latis, vbi aderūt. Et cū inceperit di-
stribuere, à choro cantatur Antiph.
Lumen ad reuelationē gentium &
gloriā plebis tuę Israel. Canticū.
Nunc dimittis. ita quòd post quē-
libet versum Cantici, & post Glo-
ria patri. & Sicut erat. repetatur to-
ta antiph. Lumen ad reuelationem.
His expletis cantatur Antiphona.

Exurge dn̄e, adiuua nos:
& libera nos ꝓpter no-
mē tuū. ps. Deus auri-
bus nostris audiuimus:
patres nr̄i annunciaue-
rūt nobis. ℣. Gloria. Itē repetitur
Exurge dn̄e. Deinde dicat sacerdos,
Oremus. Et diaconus, Flectamus
genua. ℟. Leuate. si tamen infra
Septuagesimam euenerit. Oratio.

Exaudi q̄s, domine, plebē tuā:
& quę extrinsecus annua tri-
buis deuotione venerari, interius
assequi gratię tuę luce cōcede. Per
Christū dn̄m nostrū. ℟. Amē. De-
inde fit processio. Posito in thuri-
bulum incenso per celebrantem, pręcedit thuriferarius cū thuribulo fu-
migante, deinde deferens crucem,
medius inter duos Acoluthos cū
candelabris accensis: sequitur clerus
per ordinem, vltimò celebrans cū
ministris in paramentis violaceis,
omnes, cum candelis accensis: & in-
terim cantantur antiphonę sequen-
tes. Antiphona. Adorna thalamū
tuum Sion, & suscipe regem Chri-
stum: amplectere Mariam, quę est
cęlestis porta: ipsa enim portat re-
gem glorię noui luminis: subsistit
virgo, adducens manibus filium,
ante luciferum genitum: quem acci-
piens Simeon in vlnas suas prędi-
cauit populis, dominum eum esse
vitę, & mortis, & saluatorem mundi.
Alia antiphona. Responsum acce-
pit Simeon à spiritu sancto non vi-
surum se mortem, nisi videret Chri-
stum domini: & cum inducerent pue
rum in templum, accepit eum in vl-
nas suas: & benedixit deum, & dixit,
Nunc dimittis seruum tuum domi-
ne in pace. ℣. Cum inducerent pue
rum Iesum parentes eius, vt face-
rent secundum consuetudinē legis
pro eo: ipse accepit eum in vlnas
suas. Et ingrediendo ecclesiam,
cantatur ℟. Obtulerunt pro eo, do
mino par turturum: aut duos pul-
los columbarum. Sicut scriptum
est in lege domini. ℣. Postquam
impleti sunt dies purgationis Ma-
rię secundum legem Moysi, tule-
runt illum in Hierusalem: vt siste-
rent eum domino. Sicut scriptum.
℣. Gloria patri, & filio, & spiritui san
cto. Sicut scriptum.

Finita processione celebrans & mi-
nistri depositis violaceis accipiunt
paramenta alba pro Missa.

¶ In festo Purificationis beatę
Marię ad missam. Introitus. die. 2

Susce-

Suscepimus deus misericordiã tuã, in medio tẽpli tui: secundũ nomen tuuȝ deus, ita ꝛ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua. psal's. Magnus dominus ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, maiestatẽ tuaȝ supplices exoramus: vt, sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostrę carnis substãtia in templo est pręsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus pręsentari. Per eundeȝ dominum no.

Lectio Malachię prophetę. ca. 3

Haec dicit dominus deus. Ecce, ego mitto angelum meuȝ: ꝛ pręparabit viã ante faciem meam. Et statim veniet ad templũ sanctuȝ suum dominator, quem vos quęritis: ꝛ angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videnduȝ eũ? Ipse enim quasi ignis cõflans, ꝛ quasi herba fullonũ. Et sedebit conflans, ꝛ emundans argentum: ꝛ purgabit filios Leui: ꝛ colabit eos quasi aurum, ꝛ quasi argentum: ꝛ erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda ꝛ Hierusalẽ, sicut dies seculi, ꝛ sicut anni antiqui: Dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum deus: ita ꝛ laus tua in fines terrę. ℣. Sicut audiuimus, ita ꝛ vidimus in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius. Alleluia, alleluia. ℣. Senex puerum portabat: puer autem senẽ regebat, Alleluia. Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimę.

Tractus. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuũ, in pace. ℣. Quia viderunt oculi me salutare tuum. ℣. Quod parasti ante faciem omnium populoruȝ. ℣. Lumen ad reuelationem gentiũ, ꝛ gloriam plebis tuę Israel. Sequẽtia sancti euangelij secũduȝ Lucam. ca. 2



In illo tempore: Post quàm impleti sunt dies purgationis Marię secundum legem Moysi: tulerũt Iesũ i Hierusalem, vt sisterent eum dño, (sicut scriptũ est in lege dñi, Quod omne masculinũ adaperiens vuluã, sanctum dño vocabit.) Et vt darent hostiã secundũ quod dictuȝ est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon: ꝛ homo iste iustus ꝛ timoratus, expectãs cõsolationẽ Israel: ꝛ Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, nõ visurũ se morteȝ nisi prius videret Christũ Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinẽ legis pro eo: ꝛ ipse accepit eum in vlnas suas: ꝛ benedixit deum, ꝛ dixit. Nunc dimittis

mittis seruum tuum, domine, secun
dum verbum tuuꝫ, in pace. Quia vide
runt oculi mei salutare tuuꝫ. Quod
parasti ante faciem omniuꝫ populo
rum. Lumen ad reuelationem gen
tium, ⁊ gloriam plebis tue Israel.
dicitur Credo in vnū. Offertoriuꝫ.
Diffusa est gratia in labijs tuis: pro
pterea benedixit te deus in eternuꝫ
⁊ in seculum seculi. Secreta.
Exaudi domine preces nostras:
⁊ vt digna sint munera, que o
culis tue maiestatis offerimus, sub
sidium nobis tue maiestatis impen
de. Per do. Prefatio. Quia per
incarnati. fo.96. Cōmunio. Respō
sū accepit Simeon a spiritu sancto,
non visurum se mortem, nisi videret
Christū domini. Postcommunio.
Quesumus dn̄e deus noster:
vt, sacrosancta mysteria, que
pro reparationis nostre munimine
contulisti, intercedēte beata Maria
semp virgine, ⁊ presens nobis reme
diū esse facias, ⁊ futuruꝫ. Per dn̄m.

die.3 ¶ Sancti Blasij episcopi ⁊ marty
ris Missa. Sacerdotes dei. vt in cō
muni vnius martyris pont. fo.201.

die.5 ¶ In festo sancte Agathe virginis
⁊ martyris. Introitus.



Gaudeamus oēs in dn̄o, diē festū celebrātes, sub honore beate Agathe martyris: de cuius passione gaudēt angeli, ⁊ collaudāt filiū dei. Psalꝰ. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio.
Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt, qui beate Agathe virginis ⁊ martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Christum. Lectio ep̄le beati Pauli apl̄i ad Corinthios.

1. Co. 1

Fratres: Videte vocationē vestram: quia nō multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles. sed que stulta sūt mundi elegit deus, vt confundat fortia: ⁊ ignobilia mundi ⁊ cōtemptibilia elegit deus, ⁊ ea que non sunt, vt ea que sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapientia, ⁊ iustitia, ⁊ sāctificatio, ⁊ redemptio: vt, quemadmoduꝫ scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. Gradu. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Si venerit ante Septuagesimā. Alleluia, alleluia. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: ⁊ non cōfundebar. Post Septuag. Tractꝰ. Qui semināt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant: ⁊ flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.

ca. 19

In illo tēpore: Accesserunt ad Iesum Pharisei tentātes eū, ⁊ dicentes. Si licet hoī dimittere vxorē suā ex quacūqꝫ causa. Qui respōdēs, ait eis. Nō legistis: quia qui fecit hominē ab initio, masculum ⁊ feminam

minaz fecit eos: Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrē & matrez, & adherebit vxori sue: & erunt duo in carne vna. Itaqz iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo nō separet. Dicūt illi. Quid ergo Moyses mādauit dari libellū repudij, & dimittere? Ait illis. Quoniaz Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationez, & aliam duxerit, mechatur: & qui dimissam duxerit mechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnū celorum. Qui potest capere, capiat. Offertorium. Afferentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Suscipe domine munera, que in beate Agathe virginis & martyris tue sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per d. Cōio. Qui me dignatus est ab oī plaga curare, & māmillam meo pectori restituere: ipsuz inuoco deum viuuz. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente beata Agatha virgine, & martyre tua, sempiterna protectione confirment. Per dñm nostrum Jesum.

Die. 6 ¶ Sācte Dorothee virginis & martyris, Missa. Me expectauerunt. vt in communi virgi. & mar fo. 212.

¶ Sancte Apollonie virginis & martyris. Missa. Loquebar de testimonijs tuis. in communi virginis & martyris. fol. 212. Die. 9

¶ Sancti Valentini presbyteri & mart. missa. In virtute tua domine. de cōi vnius marty. fol. 201. preter orationez que dicitur vt infra. Oro. Die. 14

Presta, quesumus, omnipotēs deus: vt, qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, à cūctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per dominuz nostrū Jesuz Christū filiū. Secreta.

Oblatis, q̄sumus domine, placare muneribus: & intercedente beato Valētino martyre tuo, à cūctis nos defende periculis. Per dominū nostrū Jesum Christum filiuz tuum. Qui tecū. Postcommunio.

Sit nobis dñe reparatio mentis & corporis celeste mysterium: vt, cuius exequimur actionē, sentiamus effectum. Per dominū nostrum Jesum Christum filium.

¶ Sanctorum martyrū, Faustini, & Jouite Missa. Salus autem iustorum. vt in cōi pluri. mart. fo. 205. Die. 15

¶ Scti Simeonis episcopi & martyris Missa. Statuit ei dñs. de cōmuni vnius marty. pontifi. fo. 200. Die. 18

¶ In Cathedra Antiochena sancti Petri apostoli omnia dicuntur sicut in festo Cathedre Romane. vt supra. folio. 153. Die. 22

¶ In vigilia sancti Matthie, missa. Ego autem sicut oliua. in communi Apostolorum. folio. 200. Si hec vigilia venerit in Quadragesima, fit de ea tantuz cōmemoratio. Die. 23 vel 24

¶ In festo sancti Matthie Apostoli. Introitus. Die. 24

Mihi

vel 25

Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. psalmus. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionē meā. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

Deus qui beatum Matthiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue, quęsumus: vt eius interuentione, tuę circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per do.

Lectio Actuum apostolorum.

ca. 1 In diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. (Erat autem turba hominū simul, ferè centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri scripturam, quā prędixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possédit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crépuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc est, ager sāguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: et non sit qui habitet in ea, et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus Jesus incipiens à baptismate Joannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnū ex istis. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Bársabas, qui cognominatus est iustus: et Matthiam. Et orantes dixerunt. Tu domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elégeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius et apostolatus, de quo pręuaricatus est Judas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: et cécidit sors super Matthiam, et annumeratus est cum vndecim Apostolis. Graduale.

Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur.

Tractus. Desiderium animę eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Seq. sancti euāgelij sēm Mattheum.



ca. 11 In illo tēpore: respōdens Jesus dixit. Cōfiteor tibi pater, dñe celi et terrę: quia abscōdisti hęc à sapiētibus, et prudētibus: et reuelasti ea páruulis. Ita pater quoniā sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sūt à patre meo. Et nemo nouit filiū, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiā vos. Tollite iugū meum super vos, et discite à me, quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis

nietis requiem animabus vestris. Iugum enim meũ suaue est: & onus meum leue. Dicit Credo. Offerto. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie & generatione. Secreta. Hostias tibi dñe, quas nomini tuo sacrãdas offerimus, sancti Matthie prosequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per. Prefatio de apostolis. 102. Cõio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio. Presta, quesumus, omnipotens deus: vt per hec sacta que sumpsimus, interueniente beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur, & pacem. Per dominum no.

¶ Festa Martij.

Die. 7

¶ In festo Sancti Thome de Aquino. Introitus.

In medio ecclesie aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapiẽtie & intellectus: stolam glorie induit eum. Psalmus. Bonum est confiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & fi. Oratio. Deus, qui ecclesiam tuam beati Thome cõfessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fecundas: da nobis, quesumus, & que docuit intellectu conspicere, & que egit, imitatione complere. Per dominũ nostrũ. Secunda oratio de feria. Tertia vt sequitur. Pro cõmemo. sanctarum martyrũ Perpetue & Felicitatis. Orõ. Da nobis, qs domine, sanctarũ martyrum tuarum Perpetue & Felicitatis palmas incessabili veneratiõe venerari: vt, quas digna mẽte non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum. Episto. Iustus cor suum tradet. De cõmuni doctorum. fo. 210. Grad. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. Trac. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, & diuitie in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. Euangelium. Vos estis sal terre. De eodem cõmuni fo. 210. Credo in vnum Deum. Offerto. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus que in Libano est, multiplicabitur. Secreta. Sancti Thome confessoris tui atque doctoris nobis domine pia non desit oratio: que & munera nostra conciliet, & tuã nobis indulgentiam semper obtineat. Per domi. Pro cõmemora. sanctarũ marty. Perpetue & Felicitatis. Secreta. Intende, qs dñe, munera, altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum Perpetue, & Felicitatis festiuitate proposita: vt, sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per dominũ. Communio. Fidelis seruus, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio. Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus Thomas confessor

confessor tuus, et doctor egregius, qs, precator accedat. Per dominū.
Pro cōmemo. sanctarū martyrū Perpetue et Felicitatis. Postcō.

P Resta nobis, quesumus domine, intercedētibus sanctis martyribus tuis Perpetua et Felicitate: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum.

die. 9 ¶ In festo sanctorum Quadraginta martyrum. Introitus.

C Lamauerunt iusti, et dñs exaudiuit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dominū in oī tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria pa. Oratio.

P Resta, qs, omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per. Epi. Sancti per fidem. de cōi pluri. marty. fol. 206. Gradu. Ecce quàm bonum, et quā iucundum, habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite: quod descendit in barbam, barbam Aarō. Tractus. Qui seminant in lacrymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, et flebant: mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Euangelium. Descendens Jesus de monte. de eodem cōmuni. fo. 205. Offe. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

S Acrificijs presentibus, qs dñe, intende placatus: vt, intercedentibus sanctis martyribus tuis, et deuotioni nostre proficiant, et saluti. Per dominū nostrum. Cōmunio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis est: ipse meus frater, et soror, et mater est, dicit dominus. Postcommunio.

Q Uesumus, omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectū: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum nostrum.

die. 12 ¶ In festo S. Gregorij Pape et cōfessoris, doctoris ecclesie. Introitus.

S Acerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Psalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

D Eus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius: vt, qui peccatorum nostrorū pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dominū nostrum. Epistola. Testificor coram deo. de communi doctorum. fol. 209. Graduale. Iurauit dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedec. ℣. Dixit dominus dño meo: sede à dextris meis. Tractus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Euange. Uos estis sal terre. de eodem cōmuni. fo. 209. dicitur Credo. Offertoriū. Ueritas mea et misericordia

mea

mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Annue nobis, quesumus domine: vt intercessione beati Gregorij hec nobis prosit oblatio, qua immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum no.

Communio. Fidelis seruus ⁊ prudens, quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensurā. Postcōmunio.

Deus, qui beatum Gregorium pontificem tuum, sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propitius: vt, qui cōmemorationis eius festa recolimus, vite quoque imitemur exempla. Per dominum.

Die. 19

In festo scti Joseph cōfe. Intro.



Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabit: plantatus in domo dñi, in atrijs domus dei nostri. psal. Bonum est cōfiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria pa. Oro.

Sanctissime genitricis tue sponsi, quesumus domine, meritis adiuuemur: vt, quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis ⁊ regnas.

Epist. Dilectus deo. de communi Abbatū. fo. 211. Graduale. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt a te, ⁊ tribuisti ei lōgitudinem dierum, in seculum seculi. Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi. Post pascha. Alleluia, alla. ℣. Amauit eū dñs, ⁊ ornauit eū: stolā glorie induit eū. Alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternū ante dñm. Alleluia. Euangeliū. Cum esset desponsata. vt in vigilia Natiuitatis dñi. fo. 9. Offertorium. Veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Debitū tibi domine nostre reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt suffragijs beati Joseph spōsi genitricis filij tui Jesu Christi dñi nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam festiuitatē, laudis tibi hostias immolamus. Per dñm. Cōio. Joseph fili Dauid noli timere accipere Mariā cōiugem tuam: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Postcōio.

Adesto nobis, quesumus, misericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Joseph confessore tuo, tua circa nos ppitiatus dona custodi. Per dominum nostrum Jesum.

Die. 21

In festo S. Bñdicti abbatis missa, Os iusti. de cōi abbatū. fo. 211.

De festis duplicibus ⁊ semiduplicibus, que veniunt a dominica palmarū vsque ad octauā Pasche, nihil fit: sed post octauam celebrantur: ⁊ tunc in fine Introitus ante psalmum dicuntur duo Alleluia. in fine Offertorij, ⁊ Communionis vnum Alleluia. Post epistolam nō dr Graduale, sed tantū Alleluia. dicuntur cum suis versibus. Et hoc idem obseruat in oībus festis, q̄ celebrant inter Pascha ⁊ Pēthecostē.

Die. 25

¶ In festo Annunciationis beatę Marię virginis. Introitus.

Vultũ tuũ deprecabũtur oẽs diuites plebis: adducent regi virgines post eã: proximę eius adducentur tibi in lętitia, ⁊ exultatione. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oro.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuũ, angelo nunciante, carnẽ suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam dei genitricem crédimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũ. Lcõ Isaię pphetę.

ca. 7

In diebus illis. Locutus est dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signũ à dño Deo tuo, in profũdũ inferni: siue in excelsuz supra. Et dixit Achaz. Non petã, ⁊ nõ tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parũ vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis ⁊ Deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyruz ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malum, ⁊ eligere bonum.

Graduale. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam: ⁊ dõducet te mirabiliter dextera tua.

Tractus. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuaz: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Adducentur in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.

Post pascha, dimissis graduali ⁊ tractu, dicitur Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluia. ℣. Virga Jesse floruit: virgo deum ⁊ hominem genuit: pacem deus reddidit, in se recõcilians ima summis, Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.



ca. 1

In illo tpe: Missus est angel⁹ Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilęę, cui nomẽ nazareth, ad virginez despõsatã viro, cui nomẽ erat Joseph de domo Dauid: ⁊ nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Quę, cum audisset, turbata est in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce, concipies in vtero: ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabitur: ⁊ dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obum-

brabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. dicitur Credo in vnū Deū. Offertorium. Aue Maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Secreta. In mētibus nostris, quęsumus domine, verę fidei sacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum & hominem confitemur, per eiusdem salutiferę resurrectionis potentiam, ad ęternā mereamur peruenire lętitiam. Per eūdem. Prefatio. Et te in Annunciatiōe. Cōmunio. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Postcōmunio. Gratiam tuā domine mentibus nostris infunde: vt qui, angelo nunciāte, Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionē eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dñm.

Die. 11

¶ Festa Aprilis.

¶ In festo sancti Leonis Papę & confessoris. Introitus.

Statuit ei dñs testamentum pacis: & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternum. Ps. Memēto domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Exaudi, quęsumus domine, preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: &, qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominū nostrum Iesū Christum filium tuū. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de communi confessorū pontificum. fo.207. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legē excelsi. Trac. Beatus vir qui timet dñm. de cōf. cōfesso. pōt. fo.208. Post pascha. Alleluia, alla. ℣. Tu es sacerdos in ęternū scdm ordinē Melchisedech. Allia. ℣. Hic est sacerdos, quem coronauit dñs, alleluia. Euangelium. Venit Iesus in partes Cesareę. vt supra in Cathedra. fol.153. Offertoriū. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiū meum confortabit eum. Secreta. Sancti Leonis confessoris tui atque pontificis, quęsumus domine, annua sollemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, per hęc pię placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum. Cōio. Beatus seruus, quem cū venerit dominus: inuenerit vigilantē: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcōio. Deus fideliū remunerator animarum, pręsta: vt, beati Leonis confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum no.

Die. 14 ¶ Sanctorum martyrum Tyburtij. Valeriani, et Maximi. Si venerint ante pascha, et voluerit quis de eis missam celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrũ extra tẽpus paschale. Si aũt venerint post pascha, dr̃ sequẽs missa. Quod et in similibus seruat. Introi.

SAncti tui domine benedicẽt te: gloriã regni tui dicent: alleluia, alleluia. psal. Exaltabo te deus meus rex, et benedicam nomini tuo in seculum, et in seculum seculi. ℣. Gloria patri, et filio. Orõ.

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Tyburtij, Valeriani, et Maximi sollemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per do. Epist. Stabunt iusti. de cõi mar. tẽpore paschali. f. 203. Alleluia, alla, ℣. Sancti tui dñe florebunt sicut lilium: et sicut odor balsami erunt ante te, Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, alleluia. Euangeliuz. Ego sum vitis vera. de eodem cõmuni. fo. 203. Offerto. Letamini in dño, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

HAec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum tuoruz natalitijs recensentes offerimus, et vincula nostre prauitatis absoluat, et tue nobis misericordie dona conciliet. Per do. Cõio. Gaudete iusti in dño, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcommunio.

SAcro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nostruz Jesum Christum filium tuũ. Qui te.

Die. 17 ¶ Sancti Aniceti Pape et martyris Missa de communi vnius martyris tempore paschali cum oratione. Deus qui nos beati. folio. 202. et Euangelio. Amen amen dico vobis quia plorabitis. folio. 204.

Die. 22 ¶ In festo sanctorum martyrum et pontificuz Sotheris, et Caij, Missa de communi plurimorum martyrũ tempore paschali, cum oratione. Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificuz. fo. 203. et Episto. Post hec ego Joannes. folio. 204.

Die. 23 ¶ In festo sancti Georgij martyris. Introitus.

PRotexisti me deus à cõuentu malignantiuz, alla: à multitudine operantiũ iniquitatem, Alleluia, alleluia. ps. Exaudi deus oratione meã cũ deprecor: à timore inimici eripe animã meaz. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

DEus, q nos beati Georgij martyris tui meritis et intercessione letificas: cõcede propitius: vt, qui tua p eũ bñficia poscim⁹, dono tue gratie cõsequamur. Per. Epist. Memor esto. de cõi vnius martyris extra tẽpus paschale. fo. 202. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatẽ tuaz in ecclesia sanctorum, Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronaz de lapide precioso, alleluia. Euangelium. Ego sum vitis vera. de communi tempore paschali. folio. 203. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem

veritatem tuā in ecclesia sanctorū, Alleluia, alleluia. **Secreta.**

Munera domine oblata sanctifica: & intercedente beato Georgio martyre tuo, nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dūm. **Cōio.** Letabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluia. Alleluia. **Postcommunio.**

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos tuis reficis sacramentis, intercedēte beato Georgio martyre tuo, tibi etiā placitis moribus dignanter tribuas deseruire. Per dominum nostrum Jesū.

Die. 25

In festo s. Marci euāg. Introit⁹.



Protexisti me deus a conuentu malignantiū, allā: a multitudine operantiū iniquitatē: allā, allā. **ps.** Exaudi de⁹ orōnē meā cū depcor: a timor inimici eripe aīā meā. **V.** Glia. **Oro.**

Deus, qui beatum Marcū euāgelistā tuū, euangelicę predicationis gratia sublimasti: tribue, qs: eius nos semp, & eruditione proficere, & oratione defendi. Per dūm.

Lectio Ezechielis prophetę. ca. 1

Similitudo vultus quatuor animalium, facies hominis: & facies Leonis, a dextris ipsorum quatuor: facies autem Bouis, a sinistris ipsorum quatuor: & facies Aquilę desuper ipsorum quatuor. Et facies eorū, & pennę eorū extentę desuper: duę pennę singulorū iungebantur, & duę tegebant corpora eorum. Et vnumquodqz eorū corā facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium, & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarū. Hec erat visio discurrēs in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediēs. Et aīalia ibant, & reuertebātur in similitudinē fulguris coruscantis.

Alleluia, alleluia. **V.** Cōfitebuntur celi mirabilia tua dūe: etenim veritatem tuā in ecclesia sanctorum. Alleluia. **V.** Posuisti dūe super caput eius coronā de lapide precioso, allā.

Seq. sancti euangelij scdm Lucam. ca. 10



In illo tempore. Designauit dūs & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatē & locū, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē multa: operarij autē, pauci. Rogate ergo dūm messis, vt mittat operarios in messē suā. Ite. Ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neqz perā, neqz calceamenta, & neminē per viā salutaueritis. In quancunqz domū intraueritis, primū dicite: Pax huic domui. Et, si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax vestra: sin autē, ad vos reuertetur. In eadē autem domo manete edentes & bibētes que apud illos sunt. Dignus est enim operari⁹ mercede sua. Nolite trāsire de domo in domū. Et in quācunqz ciuitatē

tarē intraueritis, ꝛ susceperint vos: manducate quę apponuntur vobis: ꝛ curate infirmos qui in illa sunt: ꝛ dicite illis. Appropinquauit in vos regnum dei. Dicitur Credo. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: ꝛ veritatē tuam in ecclesia sanctorū, Alleluia, alla. Secreta.

Beati Marci euāgelistę tui sollēnitate, tibi munera deferentes, q̄s domine: vt, sicut illum predicatio euangelica fecit gloriosum, ita nos eius intercessione, ꝛ verbo, ꝛ opere tibi reddat acceptos. Per dñm no. Prefatio de apostolis. Cōmunio.

Letabitur iustus in domino, ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabūtur omnes recti corde, Alleluia, alleluia. Postcōio.

Tribuant nobis, q̄sumus domine, cōtinuū tua sancta presidiū: quo beati Marci euāgelistę tui precibus, nos ab omnibus semper tueātur aduersis. Per dominū nostruꝫ.

Die. 26 ¶ In festo sanctorum Cleti, ꝛ Marcellini pontificū ꝛ martyrūꝫ, Missa. Sancti tui domine benedicent te. fo. 203. De cōi plur. martyrum tempore paschali, excepta oratione, quę dicitur vt infra. Oratio.

Beatorum martyrum, pariterque pontificum Cleti ꝛ Marcellini nos domine foueat preciosa confessio: ꝛ pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum nostrum. Secreta.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in sanctorū tuorū cōmemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciā non habemus, eorūꝫ qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Per dominū nostrū Jesuꝫ Christū. Postcōmunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollennia celebramus, eorū orationibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum Christū filiū tuum.

Die. 28 ¶ Sancti Vitalis martyris. Missa de communi vnius martyris tempore Paschali. folio. 203. Oratio. Presta q̄s oīpotens deus, vt q btī.

¶ Festa Maij.

Die. 1 ¶ In festo sanctorum apostolorum Philippi ꝛ Jacobi. Introitus.

Clamauerunt ad te dñe in tempore afflictionis suę: ꝛ tu de celo exaudisti eos, alleluia, alla. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui san. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum Philippi ꝛ Jacobi sollēnitate letificas: presta quesumus: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per do.

Lectio libri Sapientię.

ca. 5 Stabunt iusti in magna constātia aduersus eos qui se angustiauerunt: ꝛ qui abstulerunt labores eorū. Videntes turbabuntur timore horribili, ꝛ mirabuntur in subitatione insperatę salutis, dicētes intra se, penitentiam agentes, ꝛ pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisuꝫ, ꝛ in similitudinem improperij. Nos insensati, vitam illorum ęstimabamus insaniam: ꝛ finem illorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei: ꝛ inter sanctos sors illorū est. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuaꝫ in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiscum sum, ꝛ non cognouistis

vidistis me? Philippe, qui videt me, videt ꝛ patrem meum. Alleluia.

Seq. sancti euangelij sm Joannem. c. 14



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis i Deũ: ꝛ in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus: dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et, si abiero ꝛ preparauero vobis locũ: iterũ veniã, ꝛ accipiã vos ad meipsũ: vt vbi ego sũ, ꝛ vos sitis. Et quo ego vado, scitis, ꝛ viam scitis. Dicit ei Thomas. Dñe nescimus quo vadis: ꝛ quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via, veritas, ꝛ vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, ꝛ patrem meum vtique cognouissetis: ꝛ amodo cognoscetis eum, ꝛ vidistis eũ. Dicit ei Philippus. Dñe, ostende nobis patrẽ, ꝛ sufficit nobis. Dicit ei Jesus. Tanto tpe vobiscũ sum: ꝛ nõ cognouistis me? Philippe, q videt me: videt ꝛ patrẽ. Et quomodo tu dicis: ostẽde nobis patrẽ? Nõ credis quia ego in patre: ꝛ pater in me est? Verba que ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre: ꝛ pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera que ego facio ꝛ ipse faciet: ꝛ maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam.

dicitur Credo. Offerto. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ꝛ veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. Secreta. Munera, dñe, que pro apostolorum tuorum Philippi ꝛ Jacobi sollemnitate deferimus, propitius suscipe: ꝛ mala omnia que meremur auerte. Per dominũ no. Prefatio de apostolis. Cõmunio. Tanto tempore vobiscũ sum, ꝛ nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ꝛ patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre, ꝛ pater in me est? Alleluia, alleluia. Postcõmunio. Quesumus domine, salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum.

¶ In festo sancti Athanasij episcopi ꝛ confessoris. Introitus. die. 2



In medio ecclesie aperuit os eius, ꝛ impleuit eũ dñs spiritu sapiẽtie ꝛ intellectus: stolam glorie induit eum, alleluia, alleluia. Psal. Bonum est confiteri domino: ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ꝛ fi. Oratio.

Exaudi, quesumus domine, preces nostras: quas in beati Athanasij confessoris tui atque pontificis sollemnitate deferimus: ꝛ, qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per d. Lectio epistole beati Pauli apostoli, ad Corinthios. 2. C. 4

Fratres: Non nosmetipsos predicamus, sed Jesum Christum dominum nostrũ: nos autem, seruos vestros per Jesum: quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere,

descere, ipse illuxit in cordibus no-
stris ad illuminationem scientię cla-
ritatis dei in facie Christi Jesu. Ha-
bemus autē thesaurū istū in vasis fi-
ctilibus: vt sublimitas sit virtutis
dei, ⁊ non ex nobis. In omnibus tri
bulationem patimur, sed non angu-
stiamur: aporiamur, sed nō destitui-
mur: persecutionē patimur, sed non
derelinquimur: humiliamur, sed nō
confundimur: deijcimur, sed non pe
rimus: semper mortificationem Je-
su Christi in corpore nostro circum-
ferentes, vt ⁊ vita Jesu manifestetur
in corporibus nostris. Semper e-
nim nos qui viuimus, in mortē tra
dimur propter Jesum: vt ⁊ vita Je-
su manifestetur in carne nostra mor-
tali. Ergo mors in nobis operatur:
vita autem in vobis. Habentes au-
tē eundē spiritū fidei, sicut scriptum
est, Credidi, propter quod locutus
sum: ⁊ nos credimus, propter quod
⁊ loquimur: scientes quoniā qui su-
scitauit Jesum, ⁊ nos cum Jesu susci
tabit, ⁊ constituet vobiscum. Alle-
luia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in
ęternū ſm ordinem Melchisedech.
Alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert
tentationem: quoniam cum proba-
tus fuerit, accipiet coronam vitę.
Alleluia. Sequentia sancti Euan-
gelij secundum Mattheum.

ca. 10



In illo tem-
pore: Di-
xit Jesus disci-
pulis suis. Cū
persequentur vos
in ciuitate ista:
fugite in aliam.
Amē dico vobis
non consumma
bitis ciuitates
Israel, donec veniat filius hominis.
Non est discipulus super magistrū:
nec seruus sup dn̄m suū. Sufficit di-
scipulo, vt sit sicut magister eius: ⁊ ser-
uo, sicut dn̄s eius. Si patrēfamilias
Beelzebub vocauerunt: quanto ma
gis domesticos eius? Ne ergo ti-
mueritis eos. Nihil enim est opertū,
quod nō reueletur: ⁊ occultū, quod
nō sciatur. Quod dico vobis in tene
bris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure
auditis, prędicate super tecta. Et no
lite timere eos qui occidunt corpus:
animam autem non possunt occide-
re. Sed potius timete eum, qui po-
test ⁊ animam ⁊ corpus perdere in
gehennam. dicitur Credo. Offer-
torium. Inueni Dauid seruum meū:
oleo sancto meo vnxi eū: manus enim
mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meum
confortabit eum, Alleluia. Secreta.

Sancti Athanasij confessoris
tui atqz pontificis, quęsumus
domine, annua sollemnitas pietati
tuę nos reddat acceptos: vt per hęc
pię placationis officia, ⁊ illum bea-
ta retributio comitetur, ⁊ nobis gra
tię tuę dona conciliet. Per dominū
nostrum Jesum Christū filiū tuum.
Qui tecum viuit ⁊ re. Communio.
Quod dico vobis in tenebris, dici-
te in lumine, dicit dominus: ⁊ quod
in aure auditis, prędicate super te-
cta, Alleluia. Postcommunio.

Deus fidelium remunerator
animarum, pręsta: vt beati A-
thanasij confessoris tui atque ponti-
ficis, cuius venerandā celebramus
festiuitatem, precibus indulgentiā
consequamur. Per dominum no-
strum Jesum Christum filium tuū.

¶ In festo Inuentionis sanctę
Crucis. Introitus. die. 3

Nos

Gal.6

Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Chri: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: per quē saluati et liberati sumus. Alleluia, alleluia. ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, et misereatur nostri. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui in preclara salutifere Crucis Inuētione, passionis tue miracula suscitasti: cōcede: vt vitalis ligni pcio, eterne vite suffragia cōsequamur. Qui viuis et regnas cū deo pa. Pro cōmemoratiōe sctōrū martyr. Alexandri, Euentij, et Theoduli, atq3 Juuenalis epi, et confesso.

Presta, qs, omnipotens Orō. Deus: vt, qui sanctorum tuorū Alexādri, Euentij, Theoduli, atq3 Juuenalis natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Perdo.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca.2 Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu. Qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo. Sed semetipsū exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum, et donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nomine Jesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, et infernorū. Et omnis lingua confiteatur: quia dñs Jesus Christus in gloria est Dei patris. Alleluia, alleluia. ℣. Dicite in gentibus, quia dñs regnauit a ligno. Alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regē celorum, et dominū. Alleluia. Sequētia sancti euangelij secundū Joannem.



ca.3 In illo tpe: Erat hō ex Phariseis Nicodemus noīe, pnceps Judeorū. Hic venit ad Jesū nocte: et dixit ei. Rabbi scimus qr a deo venisti magister. Nemo enim pōt hec signa facere, q̄ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respōdit Jesus, et dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi qs renatus fuerit denuo, nō potest videre regnū dei. Dicit ad eū Nicodemus. Quō potest homo nasci, cū sit senex? Nūquid potest in ventrē matris sue iterato introire, et renasci? Respōdit Jesus. Amē, amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sācto, nō potest itroire in regnū dei. Et quod natū est ex carne, caro est: et quod natū est ex spiritu, spiritus est. Nō mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult, spirat: et vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, et dixit ei. Quomodo possūt hec fieri? Respōdit Jesus, et dixit ei. Tu es magister in Israel, et hec ignoras? Amen, amen dico tibi: qr quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur: et testimoniū nostrū nō accipitis.

eipiris. Si terrena dixi vobis, et non creditis: quõ, si dixero vobis celestia, credetis? Et nemo ascẽdit in celũ: nisi q descẽdit de celo, filius hominis q est in celo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis: vt oĩs qui credit in ipsũ, nõ pereat: sed habeat vitã eternã. Credo. Offerto. Dextera dñi fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem: non moriar, sed viuã, et narrabo opera dñi, Alleluia. Secr.

Sacrificium domine, quod tibi immolamus, placatus intende: vt ab omni nos eruat bellorũ nequitia: et per vexillũ sancte Crucis filij tui, ad conterendas aduersariorũ insidias, nos in tue protectionis securitate constituat. Per eundem.

Pro cõme. san. marty. Alexandri, Euẽtij, et Theoduli, atque Iuuenalis episcopi et confessoris. Secreta.

Super has hostias, quesumus domine, benedictio copiosa descendat: que et sanctificationẽ nobis cleměter operetur, et de sanctorum nos sollemnitate letificet. Per dominum no. Prefatio de Cruce. Cõmunio. Per signum crucis, de inimicis nostris libera nos deus noster, Alleluia. Postcommunio.

Repleti alimonia celesti, et spirituali póculo recreati, qs omnipotens deus: vt ab hoste maligno nos defendas: quos per lignum sancte crucis, filij tui armis iustitie, pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem dominum nostrum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Alexandri, Euentij, et Theoduli, atq; Iuuenalis episcopi et confessoris. Postcommunio.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt, quorũ exequimur cultũ, sentiamus effectum. Per dominũ.

Sancte Monice vidue. Introit. Die. 4

Cognoui domine, qr equitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: à mandatis enim tuis timui, Alleluia, alleluia. Psalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, et filio, et spi. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate Monice festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominũ. Epistola. Uiduas honora. de cõi nec virginũ nec mart. fo. 215

Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prospere procede et regna, all'a. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiã: et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Euange. Ibat Iesus in ciuitatem que vocatur Naim. vt habetur in Dñica xv. post Pentecosten fo. 139. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum, et in seculum seculi, alleluia. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatiõe cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Cõmunio. Dilexisti iustitiã, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis, Alleluia. Postcõio.

Satiasti

SAtiasti domine familiã tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuẽtione nos refoue: cuius sollẽnia celebramus. Per.

die.6 ¶ In festo sancti Ioannis ante portam Latinam. Introitus.

PRotexisti me deus à cõuẽtu malignantium, alleluia: à multitudine operãtiũ iniquitatem, Alleluia, alleluia. ps. Exaudi deus orationẽ meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animã meã. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui conspicis: quia nos undiq3 mala nostra pturbant: presta, qs: vt beati Ioannis apostoli tui intercessio gloriosa nos ptegat. Per do. Epla. Stabunt iusti. de cõi mar. tempore Paschali. fo.203. Alleluia, alleluia. ℣. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabit. Alla. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit ĩ eternũ ante dominum, alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheu3.

c.20 IN illo tempore: Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedei cũ filijs suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeãt hi duo filij mei, vn9 ad dexterã tuam, et vnus ad sinistra3 in regno tuo. Respondens autẽ Iesus, dixit. Nescitis qd petatis. Potestis bibere calicẽ, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicẽ quidẽ meu3 bibetis: sedere autem ad dexteram meam et sinistra3 non est meum dare vobis: sed quibus paratu3 est à patre meo. dicitur Credo. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatẽ tuam in ecclesia sanctorũ, alleluia, alleluia. Secr.

MUneribus nostris, qs dñe, precibusq3 susceptis: et celestibus nos mũda mysterijs: et clemẽter exaudi. Per do. Prefatio de Apostolis. Cõio. Letabit iustus in domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde: Alleluia. Postcõmu.

REfecti domine pane celesti, ad vitam quesumus nutriamur eternam. Per dominum nostrum.

die.8 ¶ In Apparitione sancti Michaelis fit officium sicut in Dedicatione eiusdẽ: sed pretermisso Graduali, dicuntur Alleluia. cum suis versibus, vt ibi. fol.192.

die.9 ¶ In festo Sancti Gregorij Nazanzeni Episcopi et confessoris. Missa. In medio ecclesie. de communi doctorum. folio.209. Epistola. Iustus cor suum tradidit. fol.210. Et dicitur Credo in vnum deum.

Die. 10 ¶ Sanctorum Gordiani, et Epimachi marty. Introitus.

SAncti tui dñe bñdicent te: gloria3 regni tui dicent, Alla, alla. ps. Exaltabo te De9 meus rex, et benedicã nomini tuo in seculũ, et ĩ seculu3 seculi tui. ℣. Gloria patri. Oro.

DA, qs, omnipotens Deus: vt, qui beatorum martyrum tuorum Gordiani et Epimachi sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm. Epistola. Post hec ego Ioannes. de communi martyrum tẽpore paschali. fol.204. Alleluia, alleluia. ℣. San-

℣. Sãcti tui domine florebunt sicut liliũ: ⁊ sicut odor balsami erunt ante te, Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, Alleluia. Euangelium. Ego sum vitis, ⁊ vos palmites. de eodem cõmuni. folio.204. Offertorium. Letamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Secreta. Hostias tibi domine beatorum martyrum tuorum Gordiani ⁊ Epimachi dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ. Communio. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia. Postcommunio. Quesumus omnipotens deus: vt, qui celestia alimenta percépimus, intercedentibus sanctis tuis Gordiano ⁊ Epimacho, per hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum Jesum Christũ.

Die. 12

¶ Sanctorum Nerei, Archillei, atque Pancratij marty. Introitus. Ecce oculi domini, super timentes eum, sperantes in misericordia eius, alleluia: vt eripiat à morte animas eorum: quoniam adiutor ⁊ protector noster est, Alleluia, alleluia. psal's. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio. Semper nos domine sanctorum martyrum tuorum Nérei, Archillei, atque Pancratij fóueat quesumus beata sollemnitas: ⁊ tuo dignos reddat obsequio. Per dominum nostrũ Jesum Chri. Epistola. Stabunt iusti. de communi martyrum tempore paschali. folio.205. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mũdi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia. Alleluia. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine, alleluia. Euange. Amen amen dico vobis, quia plorabitis. de eodẽ cõmuni. fo.204. Offerto. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: ⁊ veritatem tuã in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia. Secreta. Sanctorum martyrum tuorũ, quesumus domine, Nérei, Archillei, atque Pancratij sit tibi grata confessio: que ⁊ múnera nostra cõmendet: ⁊ tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dominum. Cõmunio. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Postcommunio. Quesumus domine: vt beatorũ martyrum tuorum Nérei, Archillei, atque Pancratij deprecationibus, sacramenta sancta que sumpsimus, ad tue nobis proficiant placationis augmentum. Per domi.

Die. 14

¶ Sancti Bonifacij martyris. Missa. Protexisti me deus. de cõmuni vnius martyris tempore paschali. Oratio. Presta, q̃s, oĩpotens deus: vt, qui beati Bonifacij martyris tui natalitia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per do. Secre. Muneribus nostris, quesumus domine, precibusque susceptis, ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum nostrum Jesum. Postcommunio. Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine: vt cuius exequimur cultum, intercedente

dēte beato Bonifacio martyre tuo, sentiamus effectum. Per dominū.

Die. 19 ¶ Sanctę Pudentianę virginis Missa. Dilexisti iustitiam. de communi virginum. folio. 213.

¶ Si aliquod festum ex sequentibus venerit tempore Paschali, missa dicitur vt in communi temporis Paschalis. Si aūt venerit post oct. Pentec. dicitur vt infra assignatur.

Die. 25 ¶ Sancti Urbani Papę et martyris. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iustitiam, et sancti tui exultent: propter Dauid seruū tuuz, nō auertas faciem Christi tui. Ps. Memento dñe Dauid, et oīs mansuetudinis eius. V. Gloria.

Da, qs, ops deus: vt, Oratio. qui beati Urbani martyris tui atqz pontificis sollemnia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per d. Epist. Benedictus deus. de cōmuni vnius mart. pont. fo. 201. Gradu. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meū confortabit eū. V. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alla, alleluia. V. Memento domine Dauid, et omnis mansuetudinis eius, alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre. de communi vnius confessoris pontificis. folio. 208. Offertoriū. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Haec hostia, quesumus domine, emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandū, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per do. Cōmunio. Fidelis seruus et prudens, quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensurā. Postcō.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per dominū.

Die. 26 ¶ Sancti Eleutherij Papę et martyris. Missa. Statuit ei dominus. vt in cōmuni vnius marty. pontificis. fol. 200. nisi venerit tempore pasch.

Die. 27 ¶ Sancti Joannis Papę et mart. Missa. Sacerdotes dei. vt in communi vnius marty. pontifi. fol. 201.

Die. 30 ¶ Sancti Felicis Papę et martyris, Missa. Statuit ei dominus. vt in communi vnius martyris pontificis. folio. 200.

Die. 31 ¶ Sanctę Petronillę virginis, Missa. Uultum tuum. de communi virgi. non martyrum. folio. 213.

¶ Festa Junij.

Die. 2 ¶ Sanctorum marty. Marcellini, Petri, atque Erasmi. Introitus.

Clamauerunt iusti, et dñs exaudiuit eos, et ex oībus tribulationibus eoruz liberauit eos. Ps. Benedicā dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. V. Gloria patri, et filio, et spi. Oro.

Deus, qui nos annua beatoruz martyrum tuorum Marcellini, Petri, atqz Erasmi sollēnitate letificas: presta, quesumus: vt quoruz gaudemus meritis, prouocemur exēplis. Per dominum. Epistola. Non sunt cōdignę. de cōmuni plurimoruz marty. fo. 206. Graduale. Clama-

Clamauerunt iusti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, ⁊ humiles spiritu saluabit. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus vester maneat, Alleluia. Euangelium. Cum audieritis prelia. de eodem communi. fo.205. Offerto. Letamini in domino ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hec hostia, quesumus domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, ⁊ vincula nostre prauitatis absoluat, ⁊ tue nobis misericordie dona conciliet. Per do. Cōio. Justorum anime in manu dei sunt, ⁊ non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcō.

Sacro munere satiati, supplices te domine deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nostrū.

die.9 ¶ Sanctorum marty. Primi ⁊ Feliciani. Introitus.

Sapientiam sanctorum narrēt populi, ⁊ laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autē eorū viuēt in seculū seculi. Psalm. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

Fac nos, q̄s domine, sanctorū martyrum tuorum Primi ⁊ Feliciani semp festa sectari: quorum suffragijs protectionis tue dona sentiamus. Per. Epist. Justi autē in perpetuū viuent. de cōi plurimo. mar. fo.205. Grad. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e: etenim veritatē tuā in ecclesia sanctorum. ℣. Misericordias tuas dn̄e in eternū cantabo in generatiōe, ⁊ progenie. Alleluia, all'a. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Christū secuta est, inclyta tenēs regna celestia, All'a. Euāge. Confiteor tibi pater. de eodem cōmuni. fol.207. Offerto. Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel ipse dabit virtutē, ⁊ fortitudinē plebi sue: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

Fiat tibi, quesumus domine, hostia sacranda placabilis, preciosi celebritate martyrij: que, ⁊ peccata nostra purificet, ⁊ tuorum tibi vota conciliet famulorū. Per do. Cōio. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructū afferatis, ⁊ fructus vester maneat. Postcommunio.

Quesumus, omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum Primi ⁊ Feliciani celestibus mysterijs celebrata sollemnitas indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat. Per dominū nostrū.

Die. 11 ¶ In festo Sancti Barnabe apostoli. Introitus.

Mihi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Dn̄e probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam, ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spi. Oratio.

Deus, qui nos beati Barnabe apostoli tui meritis ⁊ intercessione letificas: concede propitius: vt, qui tua p eū beneficia poscimus, dono tue gratie cōsequamur. Per.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca.11 IN diebus illis. Multus numerus credentium Antiochie cõuersus ē ad dñm. Peruenit aūt sermo ad aures ecclesie, que erat Hierosolymis sup istis, & miserūt Barnabam vsque ad Antiochiā. Qui cū peruenisset, & vidisset gratiā dei gauisus est. Et hortabatur oēs in proposito cordis manere in dño: quia erat vir bonus: & plenus spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba domino. Profectus est autē Tharsum, vt quereret Saulū: quē cum inuenisset, perduxit Antiochiā. Et annū totum cōuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochie discipuli, Christiani. ca.13 Erant autem in ecclesia que erat Antiochie prophete & doctores, in quibus Barnabas, & Simō, qui vocabat Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahē qui erat Herodis tetrarche collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis dño, & ieiunantibus: dixit illis Spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. **Graduale.** In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: & opera manuū eius annūciat firmamētum. Alleluia, all'a. ℣. Ego vos elegi de mundo: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, alleluia.

Sequē. sancti euangelij sm Joanē.

ca.15 IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est ꝑceptū meū: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis, si feceritis que ego precipio vobis. Jā nō dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Uos autem dixi amicos: quia omnia quecunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: & posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis patrē in nomine meo, det vobis. dī Credo. **Offertor.** Cōstitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui dñe, in omni progenie, & generatione. **Secreta.**

MUnera domine oblata sanctifica: & intercedente beato Barnaba Apostolo tuo, nos per hec à peccatorū nostrorū maculis emūda. Per. **Praef. de Apost. f. 102. Cōio.** Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. **Postcommunio.**

SUpplices te rogamus omnipotēs deus: vt, quos tuis reficis sacramētis, intercedēte btō Barnaba Apostolo tuo, tibi etiā placitis moribꝰ dignāter tribuas deseruire. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Sāctorū martyrū Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij. Introitus. die. 12

INtret in conspectu tuo domine gemitꝰ compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **Psalmꝰ.** Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

diam. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

S Anctorum martyrum tuorū Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij, q̄s domine, natalitia nobis votiua resplēdeant: ⁊ quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostre deuotionis accrescat. Per. Epist. R ememoramini pristinos dies. de cōi plurimorū mart. fol. 206. Graduale. V indica dn̄e sanguinē sanctorū tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorū tuorum, escas volatilibus celi, carnes sanctorū tuorum bestijs terre. A lleluia, all'a. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, ⁊ nomina eorum viuēt in generatione, ⁊ generationē. Alleluia. Euāg. S edente Jesu super montē Oliueti. de eodem cōi. fo. 206. Offerto. E xultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta.

P Ro sanctorū tuorū Basilidis, Cyrini, Naboris, atq; Nazarij sanguine venerando, hostias tibi domine sollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quē talis est perfecta victoria. Per do. Communio. P osuerunt mortalia seruorum tuorum, dn̄e, escas volatilibus celi, carnes sanctorum tuorū bestijs terre: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. Postcommunio.

S Emper domine sanctorum martyrum tuorum, Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, sollemnia celebrantes, presta quesumus, vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per dominum nostrū.

Die. 14 ¶ In festo sancti Basilij episcopi, ⁊ confessoris. Introitus.

I N medio ecclesie aperuit os eius, ⁊ impleuit eū dn̄s spiritu sapientie, ⁊ intellectus: stolam glorie induit eum. Ps. Bonum est confiteri domino: ⁊ psallere nōi tuo altissime. ℣. Gloria. Orō.

E Xaudi, q̄s domine, preces nostras, quas in beati Basilij cōfessoris tui atque pontificis sollēnitate deferimus: ⁊, q tibi dignē meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per do. Epistola. T estificor corā. de cōi doct. fo. 206. Gra. O s iusti meditabit' sapientiā, ⁊ lingua ei' loquet' iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplātabuntur gressus eius. A llia, all'a. ℣. Inueni Dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. All'a. Seq. sancti euange: scd̄m Lucam.



ca. 14

I N illo tpe: Dixit Jes' turbis. Siquis venit ad me, ⁊ non odit patrē suū, ⁊ matrē, ⁊ vxorē ⁊ filios, ⁊ fratres ⁊ sorores, adhuc autē ⁊ animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, ⁊ venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volēs turrim edificare, nō pri' sedens, computat sūptus q necessarij sūt, si habeat ad pficiendū: ne postquam posuerit fundamentum, ⁊ non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: q2 hic homo cepit edificare, ⁊ nō potuit consūmare? Aut quis

rex

rex iturus committere bellum aduersus aliū regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Bonū est sal. Si autē sal quoqz euanuerit, in quo cōdietur? Neque in terrā, neque in sterquilinium vtile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiēdi, audiat. Dicitur Credo. Offerto. Ueritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Sec.

SAncti Basilij cōfessoris tui atque pontificis, quesumus dñe, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt, per hec pie placationis officia, et illuz beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona cōciliet. Per d. Cōio. Fidelis seruus et prudens, quez constituit dñs super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuraz. Postcō.

DEus, fideliū remunerator animarum: presta: vt beati Basilij confessoris tui atqz pōtificis, cuius venerādaz celebramus festiuitatē, precibus indulgētiā cōsequamur. Per.

Die. 18 ¶ Sanctorū martyrum Uiti, Modesti, atque Crescentie. Introitus.

MUlte tribulationes iustorum: et de his omnibus liberauit eos dominus: dominus custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Psalmus. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

DA ecclesie tue, qs dñe, sanctis martyribus tuis Uito, Modesto, atqz Crescētia intercedētibus, superbe nō sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt, proterua despiciens, quecunqz matura sunt, libera exerceat charitate. Per domin. Epistola. Iustificati ex fide. De cōi pluri. mar. fo. 206. Grad. Exultabūt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. ℣. Cātate dño canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriā regni tui dicēt. Alleluia. Euāge. Qui vos audit. De eodez cōi. folio. 207. Offertoriū. Mirabilis deus in sāctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi sue: benedictus deus. Secreta.

SIcut gloriam diuine potentie munera, pro sanctis oblata testātur: sic nobis effectuz dñe tue saluationis impēdāt. Per. Cōio. Iustorū aie in manu Dei sunt: et nō tanget illos tormētuz malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcommunio.

REfecti dñe, bndictione solleni, qs: vt, per intercessionē sanctoruz martyruz tuorū, Uiti, Modesti, et Crescētie, medicina sacramenti et corporibus nostris prosit, et mentibus. Per dominum nostrum Jesum Christū.

¶ Sanctorum martyrum Marci, et Marcelliani. Introitus. Die. 15

SAlus iustorū a domino: et protector eorū est in tempore tribulationis. Psal. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

tem. ℣. Gloria patri. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt qui sanctorum martyrum tuorū Marci et Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per. Epist. Iustorum anime. de cōi pluri. mar. f. 204. Grad. Iustorum anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormētum malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. Alleluia, allĺa. ℣. Hec est vera fraternitas, que nūquā potuit violari certamine, qui effuso sanguine secuti sunt dñm. Alleluia. Euangel. Ue vobis qui edificatis. de eodē cōi. f. 207. Offert. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Secreta.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et intercedētibus sanctis martyribus tuis, Marco, et Marcelliano, per eadem nos placatus intende. Per. Cōio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, et secuti estis me: cētuplum accipietis, et vitam eternam possidebitis. Postcōmu.

Salutaris tui domine munere satiati, supplices exoramus: vt quorum letamur gustu, renouemur effectu. Per dominum nostrum.

Die. 19

¶ Sanctorū martyrum Geruasij et Protasij. Introit.

Loquetur dñs pacē in plebē suam, et sup sanctos suos, et in eos qui cōuertunt ad ipsum. Ps. Benedixisti dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum Geruasij et Protasij sollēnitate letificas: cōcede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per d. Episto. Cōmunicantes Christi passionibus. f. 202. de cōi vnius marty. Graduale. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate, faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mūdi crimina, Christum secuta est, inclyta tenēs regna celestia. Allĺa. Euange. Descēdens Iesus de monte. de cōi pluri. mart. f. 205. Offertoriū. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: et intercedentibus sanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per do. Cōio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorum bestijs terre: secundum magnitudinē brachij tui posside filios morte punitorum. Postcōm.

Hec nos communio domine purget a crimine: et intercedētibus sanctis martyribus tuis, Geruasio et Protasio, celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum.

Die. 20

¶ Sancti Siluerij Pape et martyris. Introitus.

Statuit ei dñs testamentū pacis: et pricipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Memēto dñe Dauid et oīs māsuetudinis ei9. ℣. Glia. Orō. Infir-

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et, quia pondus proprie actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio epistole beati Jude apostoli.

Charissimi: Memores estote verborum que predicta sunt ab Apostolis domini nostri Jesu Christi: qui dicebant vobis. Quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione dei seruate: expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam eternam. Gra. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Euangelium. Si quis venit ad me. De communi vnius mart. pont. folio. 200. Offert. Veritas mea, et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi domine, beati Silverij martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum. Communio. Semel iuraui in sancto meo: semen eius in eternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis. Postco.

Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt, cuius exequimur cultum, sentiamus affectum. Per dominum dominum nostrum Jesum Christum.

¶ Sancti Paulini episcopi et confessoris. Introitus. die. 22

Statuit ei dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Memento domine Dauid: et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da, quesumus omnipotens deus: vt beati Paulini confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas, et deuotionem nobis augeat, et salutem. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Scitis gratiam domini nostri Jesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui non solum facere, sed et velle cepistis ab anno priore. Nunc vero, et facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis: ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex equalitate. In presenti tempore, vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt et illorum abundantia vestre inopie sit supplementum: vt fiat equalitas, sicut scriptum est. Qui multum, non abundauit: et qui modicum, non minorauit. Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in 2. c. 8

diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Alleluia, all'a. ℣. Tu es sacerdos in eternum secundū ordinem Melchisedech. Alleluia. Euangeliū. Nolite timere pusillus grex. de cōi confess. nō pont. fo.210 Offertoriū. Inueni Dauid seruum meū, oleo sancto meo vnxi eum: manus enī mea auxiliabit ei, & brachiū meum confortabit eum. Secreta.

Sancti tui, q̄s dn̄e, nos vbique letificent: vt dum eorū merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per d. Cōmunio. Fidelis seruus & prudens, quē constituit dn̄s super familiam suā: vt det illis in tempore tritici mensurā. Postcommunio.

Presta, q̄s, omnipotens deus: vt, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedēte btō Paulino cōfessore tuo atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per.

Die. 23

¶ In vigilia Sancti Joannis Baptiste. Introit.

Ne timeas Zacharia: exaudita est oratio tua, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filiū: & vocabis nomē eius Joannē: & erit magnus corā domino: & spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris sue: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex, & super salutare tuū exultabit vehementer. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Joannis precursoris hortamenta sectando, ad eū, quē predixit, secura perueniat Dn̄m nostrū Jesū Christū filiū tuū. Qui.

Secunda oratio de sancta Maria. Concede. tertia Ecclesie. vel pro Papa. Deus omnium fidelium.

Lectio Hieremie prophete.

ca.1

In diebus illis: Factum est verbum domini ad me, dicens. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetā in gentibus dedi te. Et dixi, a, a, a, dn̄e deus, ecce nescio loqui, q: puer ego sum. Et dixit dn̄s ad me. Noli dicere, puer sū: quoniā ad omnia que mittam te, ibis: & vniuersa q̄ mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorū: q: ego tecū sum, vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manū suam, & tetigit os meū: & dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in ore tuo. Ecce, constitui te hodie super gentes, & sup regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & plantes: Dicit Dn̄s ops. Gradu. Fuit homo missus a deo, cui nomē erat Joānes. ℣. Hic venit vt testimoniū phiberet de lumine, parare domino plebē perfectam.

Initium sancti euange. sm Lucam.



ca.1

Fuit in diebus Herodis regis Judee, sacerdos qdam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illi' d filiab' Aarō, & nomen illius Elisabeth. Erant autē iusti ambo ante deū, incedētes in omnib' mādatis, & iustificationib' dn̄i sine q̄rela, & nō erat illis filius: eo quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur

geretur Zacharias in ordine vicis sue ante deum, secundū cōsuetudinē sacerdotij, sorte exijt vt incensuz pōneret, ingressus in templuz domini. Et omnis multitudo populi erat orās foris, hora incēsi. Apparuit aūt illi angelus dñi, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: et timor irruit super euz. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: quoniā exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filiū: et vocabis nomen eius Joannē. Et erit tibi gaudiuz: et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: vinum et siceram nō bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris sue: et multos filiorū Israel conuertet ad dominū deum ipsorum. Et ipse precédet ante illū in spiritu et virtute Elie: vt conuertat corda patrum in filios: et incredulos ad prudentiā iustorum, parare domino plebem perfectam. Offertorium. Gloria et honore coronasti eum, et constituisti euz super opera manuuz tuarū dñe. Secreta.

Munera dñe oblata sanctifica: et intercedente beato Joāne Baptista, nos per hec à peccatorū nostrorū maculis emunda. Per do. Cōio. Magna est gloria ei[9] in salutari tuo: gloriaz, et magnū decorē impones super euz dñe. Postcōmu.

Beati Joannis Baptiste nos domine preclara comitet oratio: et quem venturum esse predixit, poscat nobis fore placatuz dominū nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecuz viuit et regnat in vni.

dic. 24 ¶ In Natiuitate sancti Joannis Baptiste. Introitus.

De ventre matris mee vocauit me dñs noie meo: et posuit os meum vt gladium acutū: et sub tegumēto man[9] sue protexit me: et posuit me quasi sagittā electam. Ps. Bonū est cōfiteri dño, et psallere nomini tuo altissime. V. Gloria. dicit Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus, qui presentē diem honorabilem nobis in beati Joānis Natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiā gaudiorū: et omnium fidelium mentes dirige in viā salutis eterne. Per dominum no.

Lectio Isaie prophete.

Haec dicit dñs. Audite insule, et attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de vētre matris mee, recordatus est nóminis mei. Et posuit os meū quasi gladiuz acutum. In vmbra manus sue protexit me: et pósuit me quasi sagittā electaz. In pháretra sua abscondit me: et dixit mihi. Seruus meus es tu, Israel: quia in te gloriabor. Et nunc hec dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremuz terre. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabūt dominū deū tuum, et sanctuz Israel, qui elegit te. Graduale. Priusquaz te formarem in vtero, noui te: et antequàm exires de ventre, sanctificaui te. V. Misit dominus manum suam, et tetigit os meum: et dixit mihi. Alleluia, alleluia. V. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante dñm parare vias ei[9]. Alla. c.49

Sequẽtia sancti euãgelij sm̃ Lucã.

ca. i



Elisabeth impletum est tẽpus pariendi: ⁊ peperit filium. Et audierũt vicini ⁊ cognati eius, quia magnificauit dñs misericordiã suã cũ illa, ⁊ congratulabantur ei. Et factũ est: in die octauo venerunt circuncidere puerũ, ⁊ vocabant eum nomine patris sui Zachariã. Et respondens mater eius, dixit. Nequaquam: sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autẽ patri eius, quẽ vellet vocari eũ. Et postulans pugillarẽ, scripsit, dicens. Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autẽ illicò os eius, ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur, benedicens deũ. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: ⁊ super omnia montana Iudeę diuulgabantur omnia verba hęc. Et posuerũt oẽs qui audierant, in corde suo, dicentes. Quis putas, puer iste erit? Etenim manus dñi erat cũ illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sãcto: ⁊ prophetauit, dicẽs. Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit ⁊ fecit redemptionem plebis suę. non di. Credo. nisi venerit in dominica: aut infra octauã Corporis Christi: vel in ecclesia propria: sed in octaua dicitur, propter octauam Apostolorũ. Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Secreta. Tua dñe muneribus altaria cumulamus: illius Natiuitatem honore debito celebrantes: qui Saluatorem mundi, ⁊ cecinit affuturum, ⁊ adesse monstrauit, dominum nostrũ Iesum Christũ filium tuum. Qui te. Cõmu. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem dñi, parare vias eius. Postcõmu. Sumat ecclesia tua deus beati Ioannis Baptistę generatione letitiam: per quem suę regenerationis cognouit auctorem dominum nostrũ Iesũ Christũ filiũ tuum. Qui te. Infra octauam sancti Ioannis Baptistę, ⁊ in ipso die octauę fit idẽ officiũ, quod in die. Sed infra octauam post orationẽ diei, dicitur secunda Oratio de sancta Maria, Concede. tertia Ecclesię. vel pro Papa.

¶ In festo sancto. mart. Ioãnis ⁊ Pauli. Introi.

die 26

Multę tribulationes iustorũ: ⁊ de his omnibus liberauit eos dñs: dñs custodit omnia ossa eorum: vnũ ex his non conteretur. ps. Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio. Quesumus, omnipotens deus: vt nos geminata letitia hodiernę festiuitatis excipiat, quę de beatorum martyrũ Ioãnis ⁊ Pauli glorificatione procedit: quos eadẽ fides ⁊ passio, verè fecit esse germanos. Per domi. Secunda oratio de sancto Ioanne. tertia de S. Maria. Concede nos. Epist. Hi sunt viri misericordię. vt in octaua aposto. Petri ⁊ Pauli. fo. 176. Grad. Ecce quàm bonum, ⁊ quã iocũdũ habitare fratres in vnũ. ℣.

℣. Sicut vnguētū in capite, quod descendit in barbā, barbam Aaron. Alleluia, all'a. ℣. Hec est vera fraternitas, q̄ vicit mūdi crimina, Christū secuta est, inclyta tenens regna celestia. All'a. Euāge. Attendite a fermēto phariseorū, de cōi plurim. mart. fo.207. Offer. Gloriabūtur in te oēs, q diligunt nomē tuū: qm̄ tu dn̄e benedices iusto: dn̄e, vt scuto bone volūtatis tue, coronasti nos. Sec. Hostias tibi, dn̄e, sanctorū martyrū tuorū Joānis et Pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue, puenire subsidium. Per do. Cōio. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: et quasi holocausta accepit eos. Postcommu. Sumpsimus dn̄e sanctorū martyrum tuorum Joānis et Pauli sollēnia celebrātes, sacramenta celestia: presta, q̄s: vt, qd̄ tēporaliter gerimus, eternis gaudijs cōsequamur. P.

¶ Si sequēs festū sancti Leonis venerit in dn̄ica, transfert post octauā Apostolorū: et Missa dicitur de dominica cū cōmemoratiōe s. Joānis: et vigilia apostolorum fit in sabbato. Quocunq vero alio die venerit, fit de festo cū cōmem. S. Joānis et vigilie. In ecclesijs aūt collegiatis dicūtur due misse, vna de festo, cū cōme. S. Joānis, et Sācte Marie, alia d vigilia cum cōmemo. Sācte Marie. Cōcede. et Ecclesie. vel p Papa.

¶ In festo S. Leonis Pape et confessoris. Missa. Sacerdotes tui. de cōmuni. fol.208. preter orationem que dicitur vt infra. Oratio. (Die. 28)

Deus, qui beatum Leonem pontificem tuum sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius festa percolimus, vite quoque imitemur exēpla. Per dominū. Secre. Annue nobis, q̄s domine: vt, intercessione beati Leonis hec nobis prosit oblatio: quā immolādo totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum no. Postcōm. Deus, q anime famuli tui Leonis eterne beatitudinis premia cōtulisti: cōcede ppitius: vt, q peccatorū nostrorū pōdere pmimur, eius apud te pcibus subleuemur. Per.

¶ In vigilia apostolorum Petri et Pauli. Introitus. (Die. 28)

Dicit dn̄s Petro: cū esses iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas: cū aūt senueris, extendes manus tuas: et alius te cinget, et ducet quo tu nō vis: hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset deum. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloriā. nō dr̄ Gloria in excelsis deo. Oratio. Presta, q̄s, ops deus: vt nullis nos pmittas perturbationibus cōcuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dominum. Secūda orō d S. Maria. Cōcede. Tertia. Ecclesie. vel pro Papa. Lectio Actuum apostolorum. (ca.3)

In diebus illis. Petrus et Joānes ascendebant in tēplum, ad horam orationis nonā. Et quidā vir, qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebāt quotidie ad portam templi, que dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templū. Is cū vidisset

vidisset Petrum et Joannem incipientes introire in tẽplum: rogabat vt eleemosynã acciperet. Intuens autẽ in eum Petrus cũ Joãne, dixit. Respice in nos. Et ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. Petrus autẽ dixit. Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum: et protinus consolidate sunt bases eius, et plante. Et exiliens stetit, et ambulabat: et intrauit cum illis in templũ ambulans, et exiliens, et laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantẽ et laudantẽ deum. Cognoscebãt autẽ illum, quia ipse erat qui ad eleemosynã sedebat ad Speciosam portam templi: et repleti sunt omnes stupore, et extasi, in eo quod cõtigerat illi. Gradu. In omnẽ terrã exiuit sonus eorum: et in finis orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrãt gloriã Dei: et opera manuũ eius annunciat firmamentum.

Sequẽtia sancti euãgelij s̃m Joãnẽ.

ca. 21



In illo tpe: Dixit Jesus Simoni Petro. Simõ Joãnis diligis me plus his? Dicit ei. Etiã dñe: tu scis q amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ: Simon Joãnis diligis me? Ait illi. Etiã dñe, tu scis q amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simõ Joãnis amas me? Cõtristatus est Petrus, q dixit ei tertio, amas me: et dixit ei. Dñe tu omnia nosti: tu scis q amo te. Dicit ei. Pasce oues meas, Amẽ, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas vbi volebas. Cum autẽ senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ dixit, significans, qua morte esset clarificaturus deũ. Offertori. Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Secreta. Munus populi tui, qs dñe, apostolica intercessione sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emũda. Per. Cõio. Simõ Joãnis diligis me plus his? Dñe, tu oĩa nosti: tu scis dñe, quia amo te. Postc. Quos celesti dñe alimẽto satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per do.

¶ In festo apostolorum Petri, et Pauli. Introitus.

die. 29



Nunc scio vere, quia misit dñs angelum suum: et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judeorum. Ps. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio. Deus, qui hodiernã diẽ apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio cõsecrasti: da ecclesie tue eorũ in omnibus sequi preceptũ, per quos religionis sũpsit exordiũ. Per do. Et non fit commemoratio de sancto Paulo, quia oratio est cõis: nec octaue Sancti Joannis Baptiste.

Lectio

Lectio Actuum apostolorum.

ca.12 In diebus illis. Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit autẽ Jacobum fratrẽ Joãnis gladio. Vidẽs autem q2 placeret Judęis, apposuit vt apprehẽderet & Petrũ. (Erant autem dies Azymorũ.) Quẽ cũ apprehendisset, misit in carcerez: tradens quatuor quaternionibus militũ custodiendũ: volẽs post pascha producere eũ populo. Et Petrus qdẽ seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad deum pro eo. Cũ autem producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebãt carcerem. Et ecce angelus domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo. Percussoque latere Petri, excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autem angelus ad eũ. Pręcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum est quod fiebat per angelum. Existimabat autẽ se visum videre. Transeuntes autez primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatem: quę vltro aperta est eis. Et exeuntes, processerunt vicũ vnum: & continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nũc scio verẽ, q2 misit dominus angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judęorum. Grad. Cõstitues eos principes super omnez terraz: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus: & super hanc petrã ędificabo ecclesiam meaz. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Mattheum.



ca.16 In illo tempore: Venit Jesus in partes Cęsareę Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicẽs. Quez dicũt homines esse filium hominis: At illi dixerũt. Alij Joãnez Baptistã: alij autez Eliã: Alij vero Hieremiã: aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Jesus. Vos autem quẽ me esse dicitis: Respõdens Simõ Petrus, dixit. Tu es Christus filius dei viui. Respõdẽs aũt Jesus, dixit ei. Beatus es Simõ Bar Jona: q2 caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in celis est. Et ego dico tibi, q2 tu es Petrus: & sup hãc petrã ędificabo ecclesiã meam: & portę inferi nõ preualebũt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celorũ. Et quodcunq3 ligaueris super terram, erit ligatuz & in celis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in celis. Credo. Offert. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie & generatione. Secreta. Hostias dñe, quas noĩ tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quaz nos expiari tribuas, & defendi. Per dominum nostrum Jesum Christum. Prefatio de apostolis. fo. 102. & di per

per totam octauam. Cōmu. Tu es Petrus: et super hāc petram ędificabo ecclesiā meam. Postcōmu.

Quos celesti dñe alimēto satiasti: apostolicis intercessionib⁹ ab omni aduersitate custodi. Per.

dic. 30 ¶ In Cōmemoratione S. Pauli apostoli. Introit⁹.

Scio, cui credidi: et certus suz: qz potēs est depositū meum seruare in illuz diē, iust⁹ iudex. ps. Domine probasti me, et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio.

Deus, q multitudinē gentium beati Pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis, q̄s: vt, cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominuz nostrum Jesum Christū. Et fit commemo. de beato Petro. Oratio.

Deus, q beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, aīas ligandi atqz soluēdi pōtificiū tradidisti: cōcede: vt intercessionis eius auxilio, à peccatoruz nostrorum nexibus liberemur. Qui vi.

Deinde fit cōme. S. Joān. preterq̄ in ecclesia propria S. Pauli. Orō. Deus qui presentem diem. fo. 172.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 1 Fratres: Notum vobis facio euangeliuz, quod euangelizatū est à me: quia non est s̄m hominē. Neqz eniz ego ab homine accepi illud: neque didici: sed p reuelationez Jesu Christi. Audistis enim cōuersationē meā aliquādo in Judaismo, quoniā supra modum persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam, et proficiebam in Judaismo supra multos coętáneos meos, in genere meo: abundantius ęmulator existēs paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meę, et vocauit per gratiaz suā, vt reuelaret filiū suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: continuò non acquieui carni et sanguini. Neqz veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arábiam, et iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolymā videre Petrum, et mansi apud euz diebus quindeciz. Alium autem apostolorum vidi neminem: nisi Jacobum fratrem dñi. Quę autem scribo vobis: ecce coram deo, qz non mentior. Gradua. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est et mihi inter gentes: et cognouerūt gratiaz dei, quę data est mihi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper me manet. Alleluia, allia. ℣. Sancte Paule apostole, predicator veritatis, et doctor gentium, intercede pro nobis. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.



ca. 10 In illo tpe: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oues ī medio luporuz. Estote ergo prudētes sicut serpētes: et simplices sicut colūbę. Cauete aūt ab hominib⁹. Tradent eniz vos in cōcilijs: et in synagogis suis flagellabunt vos: et ad presides et reges ducemini ꝓpter me, in testimoniuz

illis ⁊ gentibus. Cum autē tradent vos, nolite cogitare quōmodo, aut quid loquāmini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui lóquitur in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortem: ⁊ pater filium. Et insurgēt filij in parentes: ⁊ morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autē perseuerauerit vsque in finem, hic saluꝰ erit. Credo. Offertor. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus dñe, plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicātis. Per. Pro btō Petro. Sec.

Ecclesię tuę, q̄s dñe, preces ⁊ hostias beati Petri apostoli tui cōmendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per dominum nost. Pro sancto Joanne. Secreta. Tua dñe. Prefatio d Apo. f.102. Cōio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me: centuplum accipietis, ⁊ vitā ęternam possidebitis. Postcōmunio.

Perceptis dñe sacramētis, beatis apostolis interueniētibꝰ deprecamur: vt, quę pro illorum celebrata sunt gloria, nobis pficiāt ad medelā. Per. Pro btō Petro. Postc.

Letificet nos dñe munus oblatū: vt sicut in apostolo tuo Petro te mirabilē pdicamus: sic p illū tuę sumamꝰ indulgentię largitatem. Per domi. Pro sancto Joanne. Postcommunio. Sumat ecclesia.

Festa Julij.

In octaua S. Joannis Baptistę dī missa vt in die, cum cōm. apostolorum, vt supra. ⁊ in ea dicitur Credo. die. 1

In festo Visitationis btę Marię virginis. Introitꝰ. die. 2

Salue sancta parēs, enixa puerpera regē: q celū terrāmq; regit in secula seculorū. Ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria. Oratio.

Famulis tuis, quęsumus domine, cęlestis gratię munus impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit salutis exordiū, Visitationis eius votiua sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per do.

Pro commemoratione sanctorum apostolorū Petri ⁊ Pauli. Oro.

Deus, qui hodiernā diem apostolorū tuorum Petri ⁊ Pauli martyrio consecrasti: da ecclesię tuę, eorū in oībus seq preceptū, per quos religionis sūpsit exordiū. per.

Pro comme. sanctorum martyrū Processi ⁊ Martiniani. Oratio.

Deus, q nos sanctorū martyrū tuorum Processi ⁊ Martiniani gloriosis confessionibus circumdas ⁊ protegis: da nobis ⁊ eorum imitatione proficere, ⁊ intercessione gaudere. Per dominum nost.

Lectio libri Sapientię. cāt. 2

Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreę, hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, própera amica mea, colum

ba

ba mea, formosa mea: et veni. Jam enim hiems transijt, imber abijt, et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tēpus putationis aduēnit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus prótulit grossos suos: vineę florentes dederūt odorem suuz. Surge própera amica mea, speciosa mea: et veni: colūba mea in foraminib⁹ petrę, in cauerna macérię, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, et facies tua decóra. Graduale. Benedicta et venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris inuēta es mater Saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia, allęia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię. Alleluia. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

ca. I In illo tēpore. Exurgens Maria, abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatē Juda: et intrauit in domū Zacharię: et salutauit Elisabeth. Et factū est: vt audiuit salutationem Marię Elisabet: exultauit infans in útero ei⁹. Et repleta est spiritu sācto Elisabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus vētris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta est vox salutationis tuę in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in útero meo. Et beata, quę credidisti: quoniam perficientur ea, quę dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. dicitur Credo in vnum.

Offertoriū. Beata es virgo Maria quę omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, et in ęternum permanes virgo. Secreta.

Vnigeniti tui domine nobis succúrrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, sed sacrauit, in Visitationis eius sollemnijs, nostris nos piáculis éxuens, oblationem nostrā sibi faciat acceptam Jesus Christus dominus noster. Qui tecum viuit.

Pro cōmemoratione sanctorū apostolorū Petri et Pauli. Secreta.

Hostias domine, quas nomini tuo sacrandas offérimus, apostolica prosequatur oratio: per quaz nos expiari tribuas, et defendi.

Pro cōme. sancto. martyrū, Processi et Martiniani. Secreta.

Suscipe domine preces et munera: quę vt tuo sint digna cōspectu, sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium:

Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcommunio.

Sumpsimus domine celebritatis annuę votiua sacramenta: presta, quesumus: vt temporalis vitę nobis remedia prebeant, et ęternę. Per dominum nostrum Jesum.

Pro cōme. sanctorum Apostolorū Petri et Pauli. Postcommunio.

Quos celesti dñe alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi.

Pro commemoratione sanctorum martyruz, Processi et Martiniani. Postcommunio.

Corporis sacri, et preciosi sāguinis repleti libámine q̄sumus dñe

deus

de⁹ nr̄: vt qd̄ pia deuotione gerim⁹, certa redēptiōe capiamus. Per eū.

¶ Infra octauā sanctorū apostolorum Petri, ⁊ Pauli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. ps. Domine probasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ⁊ resurrectionē meam. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Deus, qui hodiernam diē apostolorum tuorū Petri ⁊ Pauli martyrio cōsecrasti: da ecclesię tuę, eorum in omnibus sequi pręceptū: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum nostrū Jesum. Secūda orō de s. Maria. Concede. Tertia Ecclesię. vel pro Papa.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 5

In diebus illis: Per man⁹ apostolorū fiebant signa ⁊ pdigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter oēs in porticu Salomonis. Ceterorū autē nemo audebat se cōiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credētiū in dn̄o, multitudo virorū ac mulierū: ita vt in plateis eijcerēt infirmos, ⁊ ponerēt in lectulis, ⁊ grabbatis: vt veniēte Petro, saltē vmbra illius obūbraret quenquā illorū: ⁊ liberarētur ab infirmitatibus suis. Cōcurrebat autē ⁊ multitudo vicinarū ciuitatū, Hierusalē: afferentes ęgros, ⁊ vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Gradu. Constitues eos principes super omnem terrā: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebuntur tibi. Alleluia, alleluia.

℣. Rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquādo conuersus, cōfirma fratres tuos. Alleluia. Euāge. Ecce nos reliquimus oīa. de cōi Abbatū. fo. 211. ōi Credo. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Hostias dn̄e, quas nomini tuo sacrādas offerim⁹, apostolica psequatur oratio: p quā nos expiari tribuas, ⁊ defēdi. Per do. Secūda oratio. Tua dn̄e. tertia. Protege. vel Oblatis. Pręfatio de apostolis. f. 102. Cōio. Vos, q secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecī tribus Israel. Postcōm.

Quos celesti dn̄e alimēto satiasti, apostolicis itercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per. Secūda oratio. Sumptis domine. tertia. Quesumus. vel Hęc nos.

¶ In octaua apostolorum Petri, ⁊ Pauli. Introitus. Die. 6

Sapiētiā sanctorū narrēt populi: ⁊ laudes eorū nunciet ecclesia: nomina autē eorū viuent in seculū seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, cui⁹ dextera beatū Petrū ambulātē in fluctibus, ne mergeret, erexit: ⁊ coapostolū eius Paulū tertio naufragātē, de pfundo pelagi liberauit: exaudi nos, ppiti⁹, ⁊ cōcede: vt amborū meritis, ęternitatis gloriā consequamur. Qui viuis ⁊ reg. Lectio libri Sapientię.

eccl. 44

Hi sunt viri misericordię, quorū iustitię obliuionē nō acceperūt. Cū semine eorū permanent bona:

bona: hereditas sancta nepotes eorū. Et in testamentis stetit semē eorū: et filij eorū propter eos in eternū manent. Generatio eorum, et gloria eorū nō derelinquetur. Corpora eorū in pace sepulta sunt: et nomina eorū viuent in secula. Sapientiā eorum narrent oēs populi: et laudē eorū pnunciet omnis ecclesia sanctorum. Grad. Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentū malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientium mori: illi autē sunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Uos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis: et ego dispono vobis regnum, vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Alleluia.

Seq. sancti euangelij sm Mattheū.

c.14



In illo tpe: Jussit Jesus discipulos ascēder in nauiculā et precēdere eum trās fretū, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montē solus orare. Uespere autē facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabat fluctibus. Erat enim cōtrarius vēt9. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos, ābulās supra mare. Et videntes eū supra mare ambulātem, turbati sunt, dicentes: qr phantasma est. Et pre timore clamauerūt. Statimqz locutus est eis Jesus, dicens. Habete fiduciā, ego sū: nolite timere. Respondens autem Petrus dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Jesum. Uidens verò ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine, saluū me fac. Et continuò extendens Jesus manum, apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei, quare dubitasti? Et cū ascendisset in nauiculam, cessauit vētus. Qui aūt in nauicula erant: venerunt, et adorauerunt eum dicētes. Uerè filius dei es. Cr. Credo. Offe. Exultabunt sancti in gloria, letabūtur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e preces et munera: que, vt tuo sint digna cōspectu, apostolorū tuorum Petri, et Pauli precibus adiuuemur. Per d.

Pref. de Apostolis. f. 102. Cōmu. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Postcōmu.

Protege domine populum tuū: et apostolorum tuorum Petri et Pauli patrocinio cōfidentes, ppetua defensione conserua. Per do.

In festo sanctorū martyrum Septē fratrū, ac Ruffine et Secūde virginum et martyrum. Introitus.

Laudate pueri dominum, laudate nomē domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum letantem. Ps. Sit nomen domini benedictum ex hoc, nunc, et vsque in seculum. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut. Oratio.

Presta, qs, omnipotens deus: vt, qui gloriosos martyres fortes in sua cōfessiōe cognouim9, pios apud

apud te in nostra intercessione sentia
mus. Per Episto. Mulierē fortē.
de cōi nec virginū nec mar. fo.214.
Gradu. Anima nostra, sicut passer
erepta est de laqueo venātiū. ℣. La
queus cōtritus est, & nos liberati su
mus: adiutorium nostrum in nomi
ne dñi, qui fecit celū & terrā. Alle
luia, alleluia. ℣. Hec est vera frater
nitas, q̄ vicit mūdi crimina: Christū
secuta est, inclyta tenens regna cele
stia. Alleluia. Sequentia sancti
euangelij secundum Mattheum. Ca.12



In illo tpe: Loquēte iesu ad turbas, ecce mater eius & fratres stabāt foris, querētes loqui ei. Dixit aūt ei quidā. Ecce mater tua & fratres tui foris stāt q̄rētes te. At ipse respōdēs dicēti sibi, ait. Que est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extēdēs manum suā in discipulos suos dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit voluntatē patris mei, q in celis est: ipse me⁹ frater & soror, & mater est. Offertoriū. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificijs presentibus, quesumus dñe, intende placatus: & intercedentibus sanctis tuis, deuotioni nostre pficiāt, & saluti. Per. Cōio. Quicunq; fecerit voluntatē patris mei, q in celis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit dñs. Postc.

Quesumus, ops deus: vt, intercedentibus sanctis tuis, illius salutaris capiamus effectū, cuius p hec mysteria pignus accepim⁹. per.

Sancti Pij Pape & martyris. Missa. Statuit ei dominus. vt in cōmuni vnius martyris ponti. f.200. Die. 11

Sāctorū marty. Naboris & Felicis. Missa. Intret in cūspectu tuo. de cōi pluri. mart. f.204. preter orationem, que dicit vt infra. Oratio. Die. 12

Presta q̄s dñe: vt sicut nos sanctorū martyrū tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per dñm. Secreta.

Munera plebis tue, q̄s domine, sanctorū martyrum tuorum Naboris & Felicis fiant grata suffragijs: & quorū triumphis tuo noī offeruntur, ipsorum digna perficiantur & meritis. Per dñm. Postcō.

Natalitijs sanctorū tuorū, q̄s, dñe, & sacramenti munere vegetati: bonis, quibus p tuā grāz nūc fouemur, pfruamur eternis. Per.

In festo sancti Anacleti pape, & marty. Missa. Sacerdotes dei. de cōmuni vnius mart. pont. fol.201. Die. 13

In festo sancti Bonauēture episcopi & confessoris. Introitus. Die. 14

Sacerdotes tui dñe induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter Dauid seruū tuū, non auertas faciem Christi tui. Psal. Memento domine Dauid & omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio, & spi. Oratio.

Exaudi, q̄s dñe, pces nostras: quas in beati Bonauēture cōfessoris tui atq; pontificis sollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue pecca-

peccatis. Per. Epist. Testificor co ram deo. de cõi doctorum. fol. 209. Grad. Os iusti meditabitur sapien tiã, et lingua eius loquetur iudiciu3. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternu3 secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Euãg. Homo quidã pe regre. de cõi cõfesso. pont. fo. 208. Offert. Ueritas mea, et misericordia mea cu3 ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Sancti Bonauenture confessoris tui atq3 pontificis, qs dñe, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia et illum beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum no. Cõio. Beatus seruus, quem cu3 venerit dominus inuenerit vigilante3: amen dico vobis, super omnia bona sua cõstituet eum. Postcõmunio.

Deus, fidelium remunerator animarum, presta: vt beati Bonauenture confessoris tui atque pontificis, cuius venerandã celebramus festiuitatem, precibus, indulgentia3 consequamur. Per dominum no.

Die. 7 ¶ Sancti Alexij cõfesso. Introit⁹.

Os iusti meditabitur sapientia3: et lingua eius loquetur iudiciu3: lex dei eius in corde ipsi⁹. ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua sollemnitate letificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominu3 nostrum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

1. c. 6

Fratres. Est questus magnus: pietas cum sufficientia. Nihil eni3 intulimus in huc mundũ: haud dubiu3, quia nec auferre quid possumus. Habentes autẽ alimenta, et quibus tegamur: his contenti simus. Nã qui volunt diuites fieri: incidũt in tentationẽ, et in laqueu3 diaboli, et desideria multa inutilia, et nociua, q̃ mergunt homines in interitũ et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Qua3 quidam appetentes errauerunt a fide: et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei, hec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiã, mãsuetudinẽ. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam. Graduale. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tua3 per noctem. Alla, alla. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Alleluia. Euãg. Ecce nos reliquimus omnia. de communi Abbatum. folio. 211. Offerto. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Laudis tibi dñe hostias immolamus, in tuorũ cõmemoratione sanctorum: quibus nos et presentibus erui malis confidimus, et futuris. Per domi. Cõio. Beatus seruus,

nus, quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõ.

Refecti cibo, potuq3 celesti deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hec cõmemoratiõe pcẽpimus, eius muniamur ꝛ precib⁹. per.

¶ Sancte Symphorose cum septẽ filijs martyribus. Introitus. Die. 18

Clamauerũt iusti, ꝛ dñs exaudiuit eos: ꝛ ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit eos. ps. Benedicã dñm in oĩ tpe: semper la⁹ eius in ore meo. ℣. Glia. Oro.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ, Symphorose, ꝛ filiorũ natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per. Epistola.

Sancti p fidẽ vicerũt regna. de cõi plurimo. marty. fo. 206. Graduale.

Ecce quàm bonum, ꝛ quàm iucundum habitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vnguentũ in cápite, qđ descẽdit in barbã, barbã Aaron. Alla, alla. ℣. Hec est vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia. Allia. Euãg. Attendite à fermento pharisęorum. de eodem cõmuni. fol. 207. Offertorium. Letamini in domino, ꝛ exultate iusti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que ꝛ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum, ꝛ nobis salutaria te miserante reddãtur. Per do. Cõio. Quicunq3 fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater, ꝛ soror, ꝛ mater est, dicit dominus. Postcõmunio.

Presta nobis, quesumus, dñe, intercedentibus sanctis martyribus tuis, Symphorosa ꝛ filijs: vt quę ore contingimus, pura mẽte capiamus. Per dominum nostrum.

¶ Sãcte Margarite virginis ꝛ martyris, Missa. Me expectauerũt. de cõmuni virginũ ꝛ martyrum. f. 212 Die. 20

Sancte Praxedis virginis, Introitus. Die. 21

Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regũ, ꝛ non cõfundebar: ꝛ meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. ps. Beati imaculati in via, q ambulãt in lege dñi. ℣. Glia. Oro.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate Praxedis virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrũ Ic.

Epistola. De virginibus preceptũ domini non habeo. de cõmuni virginum. fo. 213. Graduale. Dilexisti iustitiam: ꝛ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alla, alleluia. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ꝛ regna, Alleluia. Euangeliũ. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. de eodem cõmuni fo. 212. Offerto. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ, ꝛ in seculum seculi. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorũ se meritis percepisse

cepisse de tribulatione cognoscit au xilium. Per. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori, q̄renti bonas margaritas: inuēta vna preciosa margarita, dedit omnia sua & comparauit eā. Postcōmunio.

Satiasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius, quesumus interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per do.

Die. 22 ¶ In festo sancte Marie Magdalene. Introitus.

Me expectauerūt peccatores: vt pderēt me: testimonia tua dn̄e intellexi: omnis cō sūmatiōis vidi finē: latū mādatū tuū nimis. ps. Beati immaculati in via, q ambulāt in lege dn̄i. ℣. Glia.

Beate Marie Magdalene, q̄s dn̄e, suffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus quatriduanū fratrē Lazarū viuū ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas cum Deo pa. Oīo. Lectio libri sapientie.

cant. 3 Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas querā quē diligit anima mea. Quesiui illum: & non inueni. Inuenerūt me vigiles, q custodiunt ciuitatem. Num quē diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quē diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris mee, & in cubiculum genitricis mee. Adiuro vos filie Hierusalem per capreas, ceruosque camporum: ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculū super brachium tuū: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus, emulatio. Lampades eius, lāpades ignis atque flammarum. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiā domus sue pro dilectione: quasi nihil despiciet eam. Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Alleluia. Euange. Rogabat Iesum quidam. in feria quinta dn̄ice passionis. f. 58. dicitur Credo. Offertoriū. Filie regū in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta.

Munera nostra, quesumus dn̄e, beate Marie Magdalene gloriosa merita tibi reddant accepta: cuius oblationis obsequium vnigenitus filius tuus clemēter suscepit impensū. Qui te. Cōio. Feci iudiciū & iustitiā dn̄e, nō calumnient mihi superbi: ad oīa mādata tua dirigebar, oēm viā iniqtatis odio habui. Postc.

Sumpto, q̄s dn̄e, vnico ac salutari remedio, corpore scilicet & precioso sanguine tuo: ab oībus malis, sācte Marie Magdalene patrocinijs eruamur. Qui viuis & regnas.

Die. 23 ¶ In festo Sancti Apollinaris episcopi & martyris. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti & humiles corde laudate deum. psal's. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & superexaltate eū in secula. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus

Deus fideliũ remunerator ani marum, quique hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue, quęsumus, nobis famulis tuis: vt, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ.

Lectio epistolę beati Petri apli. 1. c. 5

Charissimi: Seniores qui in vobis sunt obsecro, consenior et testis Christi passionũ, qui et eius quę in futuro reuelanda est, glorię cõmunicator. Pascite qui in vobis est gregem dei: prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcescibilem glorię coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, et vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret. Cui resistite, fortes in fide: scientes eandem passionem ei quę in mundo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autẽ omnis gratię, qui vocauit nos in ęternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, et imperiũ in secula seculorũ. Amen.

Graduale. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus: et non penitebit eum: tu es sacerdos in ęternum secundum ordinẽ Melchisedech, Alleluia.

Sequẽtia sancti euangelij sm Lucã. ca. 22



In illo tempore: Facta est cõtentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autẽ eis Jesus. Reges gentiũ dominantur eorũ: et qui potestatẽ habent super eos, benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: et qui pręcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recũbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrũ sum sicut qui ministrat. Uos autem estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ: vt edatis et bibatis super mẽsam meã in regno meo, et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cũ ipso: et in noĩe meo exaltabit cornu eius. Secreta.

Respice dñe, ꝓpitius super hęc munera: q̃ pro beati sacerdotis et martyris tui Apollinaris cõmemoratione deferimus, et ꝓ nostris offensionibus immolamus. Per d. Comu.

Communio. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Postcommunio. Tua sancta sumentes, quesumus domine, vt beati Apollinaris nos foueat cõtinuata psidia: quia nõ desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per.

Die. 24 ¶ Missa vigilie sancti Jacobi dicatur de cõi in vigilia vnius apli. fo. 200. Et pro cõm. S. Christine virginis et martyris, dr oratio. Indulgentiam. cũ sua secreta, et postcommunione. de cõmuni virginũ et marty. fo. 212. et tertia oro de S. Maria. Concede. Si festũ S. Jacobi venerit feria ij. de vigi. fit cõm. in Missa s. Apollinaris, et de S. Christina in Dñica.

Die 25 ¶ In festo sancti Jacobi apostoli. Introitus. Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, et resurrectionem meã. ℣. Gloria patri. Oratio. Esto dñe plebi tue sãctificator et custos: vt, apostoli tui Jacobi munita presidijs, et cõuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat. Per. In missis priuatis pro cõmemoratione sancti Christophori martyris, oratio. Presta qs ops deus. de cõi vnius mar. f. 203. In missa solleni nulla cõmemoratio fit de eodẽ. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinth. 1. c. 4 Fratres: Puto, quòd deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculũ facti sumus mundo, et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christũ: vos autẽ prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autẽ fortes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. Persecutionem patimur, et sustinemus. Blasphemamur: et obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Nõ vt confundam vos, hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per euangeliũ ego vos genui. Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sũt tibi filij, propterea populi cõfitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat, Alleluia. Seq. sancti euãge. sm Mattheum. c. 20



In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorãs et petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, et vnus ad sinistram in

in regno tuo. Respondens autē Jesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedére autem ad dexteram meam et sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. dicit. Credo. Offerto. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Oblationes populi tui, quęsumus dñe, beati apostoli tui Jacobi passio beata conciliet: et quę nostris nō apta sunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per do.

Prefatio de apostolis. folio. 102. Cōio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcōio.

Beati apostoli tui Jacobi, quęsumus dñe, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percépimus tua sancta lętantes. Per dñm.

Die. 27 ¶ Sancti Pantaleonis martyris. Missa. Letabitur iustus. de communi vnius martyris. folio. 202.

Die. 28 ¶ In festo sanctorum Nazarij, Celsi, et Victoris martyrum, et Innocentij Papę et confessoris. Missa. Intret in conspectu. fo. 204. cū Epist. Reddidit deus iustis. folio. 206. de cōi plurimorū marty. pręter orationes, quę dicuntur vt infra. Oro.

Sanctorum tuorum nos dñe, Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocentij confessio beata cōmuniat: et fragilitati nostrę subsidium dignanter exoret. Per dñm nost. Secreta.

Concede nobis omnipotens deus: vt his muneribus, quę pro sanctorū tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocentij honore deferimus, et te placemus exhibitis, et nos viuificemur acceptis. Per dominum nostrum. Postcōmunio.

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victoris, et Innocētij domine intercessione placatus, pręsta q̄s: vt, quod tēporali celebramus actione, ppetua saluatione capiamus. Per.

Die. 29 ¶ In festo sanctę Marthę virginis. Introitus.

Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus óleo lętitię, pręconsortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beatę Marthę virginis festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per. Pro cōmemoratione sanctorum martyrum, Felicis, Simplicij, Faustini, et Beatricis. Oratio.

Pręsta, quęsumus domine: vt, sicut populus Christianus martyrū tuorū, Felicis, Simplicij, Faustini, et Beatricis temporali sollemnitate cōgaudet, ita perfruatur ęterna: et quod votis célebrat, cōprehendat effectu. Tertia oro. A cunctis. fo. 228. Epist. Qui gloriatur in dño glorietur: de cōmuni virginū f. 215. Graduale. Specie tua, et pulchritudine tua: intende, prospere procede, et regna. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferētur tibi in lętitia, alleluia. Euāg.

Euãgeliũ. Intrauit Jesus in quod dã castellũ. vt in festo Assump. beatę Marię. folio. 185. Offertorium. Filię regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circũdata varietate. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuoruz honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominũ nostruz Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spir.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis. Secreta.

Hostias tibi dñe pro sanctoruz martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis cõmemoratione deferimus, suppliciter deprecantes: vt indulgentiaz nobis pariter conferant, ꝛ salutem.

Cõio. Quinqz prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lãpadibus: media autẽ nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit, exite obuiam Christo dño. Postcõio.

Satiasti domine familiaz tuam muneribus sacris: eius quęsumus, interuentione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis. Postcõmunio.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis cęlestibus mysterijs celebrata sollemnitas, indulgentiã nobis tuę propitiationis acquirat.

Die. 30

¶ Sanctorum martyrum Abdon, ꝛ Sennen. Introitus.

Intret in conspectũ tuo dñe gemitus cõpeditoruz: redde vicinis nostris septupluz in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorũ tuorum, qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hęreditatẽ tuam: polluerunt templuz sanctũ tuum: posuerunt Hierusalem in pomoruz custodiam. ℣. Gloria. Oro.

Deus, qui sanctis tuis Abdon ꝛ Sennen ad hanc gloriaz veniendi copiosum munus gratię contulisti: da famulis tuis suorũ veniaz peccatorũ: vt sanctorũ tuoruz intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibꝰ liberari. Per.

Episto. Exhibeamus nosmetipsos. de cõmu. pluri. martyrum. fo. 206.

Gradua. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manꝰ tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Justorũ animę in manu dei sunt: ꝛ nõ tanget illos tormentũ malitię. Allła. Euangeliũ. Uidens Jesus turbas. de eodez cõmu fo. 209.

Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Jsrael: ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinem plebi suę: benedictus deus. Secreta.

Haec hostia, quęsumus domine, quam in sanctorum martyrum tuorum natalitijs recensentes offerimus, ꝛ vincula nostrę prauitatis absoluat, ꝛ tuę nobis misericordię dona conciliet. Per do. Cõio.

Posuerunt mortalia seruorum tuorũ dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinẽ brachij tui, posside

de filios morte punitorū. Postcō.

PEr huius domine operationē mysterij, τ vitia nostra purgentur, τ intercedentibus sanctis tuis Abdon, τ Sennen, iusta desideria cōpleantur. Per dominum nostrum.

¶ Festa Augusti.

Die .i. In festo S. Petri ad vincula. Intr.

NUnc scio verè, quia misit dñs angelū suum, τ eripuit me de manu Herodis, τ de omni expectatiōe plebis Iudęorum. psal. Domine probasti me τ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, τ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Orō.

DEus qui beatum Petrū apostolum, à vinculis absolutum, illęsum abire fecisti: nostrorum, quęsumus, absolue vincula peccatorum: τ omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per do. Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. Orō.

DEus, qui multitudinē gentium beati Pauli apostoli prędicatione docuisti: da nobis quęsumus: vt cuius cōmemorationē colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per. Pro cōmemoratione sanctorum marty. Machabęorū. Oratio.

FRaterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę τ fidei nostrę prębeat incrementa virtutum, τ multiplici nos suffragio cōsolet. Per. Epist. Misit Herodes rex manus. vt in festo apostolorum Petri τ Pauli. folio. 174. Grad. Cōstitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubente deo terrarum Petre catenas: qui facis, vt pateat celestia regna beatis, Allła. Euāge. Venit Iesus in partes Cęsareę Philippi. ibidem vbi epistola. Et dicitur Credo. Offert. Constitues eos principes super omnē terrā: memores erunt nominis tui dñe in oī progenie τ generatione. Secr.

OBlatum tibi dominè sacrificiū, intercedēte beato Petro apostolo tuo, viuificet nos semper τ muniat. Per. Pro scrō Paulo. Sec.

APostoli tui Pauli precibus domine plebis tuę dona sanctifica: vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicātis. Pro cōmemo. sanctorū martyrum Machabęorum. Secreta.

ITerata mysteria dñe, pro sanctorū martyrū tuorum cōmemoratione deuota mēte tractemus: quibus presidiū nobis crescat, τ gaudiū. Per. Prefatio de apl̃is. f. 102. Commu.

Tu es Petrus: τ super hāc petrā ędificabo ecclesiā meā. Postcōio.

COrporis sacri, τ preciosi sanguinis repleti libamine, q̄s dñe deus nr̄: vt, quod pia deuotiōe gerimus, certa redemptione capiamus. Per. Pro sancto Paulo. Postcō.

PErceptis dñe sacramētis, beatis apostolis interuenientibus deprecamur: vt, quę pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Pro cōmemoratione sanctorum Machabęorum. Postcōio.

PResta, q̄s, oṗs deus: vt quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoq; proficiendo sectemur. Per domi.

¶ San-

die.2 ¶ Sancti Stephani Papę, et martyris. Introitus.

Sacerdotes eius induant salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Psal. Memento dñe David, et omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua sollemnitate letificas: concede propitius: ut, cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiã protectione gaudeamus. Per. Lectõ actuũ aplorũ.

c.20 In diebus illis. A Mileto Paulus mittens Ephesum: vocavit maiores natu Ecclesię. Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis. Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens domino cum omni humilitate et lacrymis, et tentationibus, quę mihi acciderũt ex insidijs Iudęorũ: quomodo nihil subtraxerim vobis utiliũ, quò minus annunciarem vobis, et docerẽ vos publicè, et per domos, testificans Iudeis atque gentilibus in deum penitentiam, et fidem in dominũ nostrum Iesum Christũ. Graduale. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Non est inventus similis illi, qui cõservaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in ęternũ, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Evangeliũ. Si quis vult venire post me. de communi unius martyris pontifi. fol. 201. Offerto. Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: et, intercedente beato Stephano martyre tuo atque põtifice, per eadem nos placatus intende. Per. Cõio. Dñe quinque talẽta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium dñi tui.

Haec nos cõmunio Postcõ. dñe purget à crimine: et intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, celestis remedij faciat esse consortes. Per dominũ.

¶ In Inventione sancti Stephani protomartyris, ad Missã oĩa dicuntur de natali eius. fo. 11. Et ubi dicitur in oratione, natalitia celebram⁹, dicatur, Inventionem celebramus. die.3

¶ In festo sancti Dominici confessoris. Introitus. die 4

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquet̃ iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli ęmulari in malignãtib⁹; neque zelaveris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, et fi. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam, beati Dominici cõfessoris tui illuminare dignatus es meritis et doctrinis, concede: ut eius intercessione temporalibus non destituatur auxilijs, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per dñm. Epistola. Testificor corã deo. de cõm. doctorum. fo. 209. Graduale. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo domini.

℣.

℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuaȝ per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut liliū: et florebit i ęternū ante dñm. Alleluia. Euāg. Sint lumbi vestri pręcincti. de communi confessoꝝ non pontificum. fo. 210.
Offer. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Munera tibi dñe dicata sanctifica: vt meritis beati Dñici cōfessoris tui, nobis proficiāt ad medelā. Per. Cōio. Fidelis seruus et prudens, quem constituit dñs super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōmunio.
Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt, qui peccatoruȝ nostrorum pondere prémimur, beati Dominici confessoris tui patrocinio subleuemur. Per dominuȝ no.

¶ In dedicatione sanctę Marię ad niues. Missa, Salue sancta parens. vt in missis votiuis beatę Marię virginis a Pētecoste vsqȝ ad Aduentum. fol. 221. Et dr̄ Credo in vnuȝ. Prefatio de sancta Maria. fo. 101.

¶ In festo Transfigurationis dñi nostri Jesu Christi. Introitus.
Illuxerunt coruscatiōes tuę orbi terrę: cōmota est, et contremuit terra. ps. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiscit, et déficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria pa. Oratio.
Deus qui fidei sacramenta in vnigeniti tui gloriosa Transfiguratione, patrū testimonio roborasti: et adoptionē filioꝝ pfectaȝ, voce delapsa in nube lúcida, mirabiliter p̄signasti: cōcede ꝓpitius: vt ipsius regis glię nos coheredes efficias, et eius dē glię tribuas esse ꝯsortes. Per eū.
Pro cōmemoratione sanctoꝝ martyrū Xysti, Felicissimi, et Agapiti. oro.
Deus, q nos cōcedis sanctoruȝ martyrū tuorum Xisti, Felicissimi, et Agapiti natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere. Per dominum.
Lectio epistolę btī Petri apostoli.
Charissimi: Nō doctas fabulas secuti, notā fecimus vobis domini nr̄i Jesu Christi virtutē et pręsentiā: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs eniȝ a deo patre honorē et gloriā voce ad eum delapsa huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui: ipsū audite. Et hāc vocē nos audiuimus de cęlo allatā: cuȝ essemus cū ipso in mōte sācto. Et habemus firmiorē propheticū sermonē: cui benefacitis attendentes, quasi lucernę lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris. Graduale.
Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meū verbū bonuȝ: dico ego opera mea regi. Allia, allia. ℣. Cādor est lucis ęternę, speculū sine macula, et imago bonitatis illi⁹. Alla.



Seq. scti euāg. sm̄ Mattheuȝ.
In illo tpe: Assumpsit Jesus Petrū, et Jacobū, et Joānē fratrē eius: et duxit illos i mōtē excelsum seorsū: et trāsfigurat⁹ est

est ante eos. Et resplēduit facies eius sicut sol: vestimēta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias, cū eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum. Domine bonū est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernácula: tibi vnum, Moysi vnū, & Elię vnū. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et audiētes discipuli, ceciderunt in faciē suā: & timuerūt valde. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis. Surgite, & nolite timere. Leuātes autem oculos suos, neminē viderūt, nisi solū Jesum. Et descendentibus illis de mōte, pręcepit eis Jesus, dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Dicit Credo. Offertoriū. Gloria & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in seculū seculi, Allia. Secreta.

Oblata, q̄s, dn̄e, munera gloriosa vnigeniti tui Trāsfiguratione sanctifica: nosque à peccatorum máculis, splēdoribus ipsius illustrationis emunda. Per eundem dn̄m. Pro cōmem. sanctorū martyrum Xisti, Felicissimi, & Agápiti. Secre.

Munera tibi dn̄e nostrę deuotionis offérimus: q̄ & pro tuorum tibi grata sint honore iustorū: & nobis salutaria te miserāte reddant. Per. Pręfatio de Natiuitate dn̄i. fol. 96. Cōmunio. Visionem quā vidistis, nemini dixeritis: donec à mortuis resurgat filius hominis. Postcōio.

Pręsta, q̄s, omnipotens deus: vt sacrosācta Transfigurationis mysteria, quę sollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia consequamur. Per domi. Pro commemoratione sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, & Agápiti. Postcommunio.

Pręsta nobis, quęsumus domine, intercedētibus sanctis tuis Xisto, Felicissimo, & Agápito: vt quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum nostrū. Sancti Donati episcopi, & martyris. Introitus.



Sacerdotes dei benedicite dn̄m: sācti & humiles corde laudate deum. Ps. Bn̄dicite oīa opa dn̄i dn̄o: laudate & superexaltate eū in secula. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus tuorū gloria sacerdotum pręsta, q̄s: vt sancti martyris tui & epī Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxiliū. Per. Epistola. Omne gaudium existimate fratres mei. De cōi vnius mar. f. 202. Grad. Os iusti meditabitur sapientiā: & lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplātabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Justus non conturbabit: q2 dn̄s firmat manum eius. Alleluia. Euangelium. Videte, vigilate. De cōmuni confessorū pontifi. f. 211. Offertorium. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meū confortabit eū. Secreta.

Pręsta, q̄s domine: vt sācti martyris tui & episcopi Donati intercessione, quē ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, pię

pie nobis fructus deuotionis accre
scat. Per dñm. Cõio. Fidelis ser
uus ⁊ prudens: quẽ constituit domi
nus super familiaz suã: vt det illis in
tẽpore tritici mensuraz. Postcõio.
OMnipotens ⁊ misericors deus:
qui nos sacramentorum tuorũ
⁊ participes efficis, ⁊ ministros: pre
sta quesumus: vt, intercedente beato
Donato martyre tuo atq; põtifice,
eiusdem proficiamus ⁊ fidei consor
tio, ⁊ digno seruitio. Per dominũ.

die. 8 ¶ Infesto sanctorũ martyruz Cy
riaci, Largi, ⁊ Smaragdi. Introit⁹.
TImete dñm oẽs
sancti eius: quo
niam nihil deest
timentibus euz:
diuites eguerũt,
⁊ esurierunt, in
quirentes autez
dñm nõ deficiẽt
omni bono. Ps. Benedicã dñm in
omni tempore, semper laus eius in
ore meo. V. Gloria patri. Oratio.
DEus qui nos annua beatorum
martyruz tuorũ Cyriaci, Lar
gi, ⁊ Smaragdi sollẽnitate letificas:
concede propitius: vt quorum nata
litia colimus, virtutez quoq; passio
nis imitemur. Per. Lectio epistole
btĩ Pauli apli ad Thessalonicẽses.

1. c. 2 FRatres: Gratias agimus deo
sine intermissione: quoniã cuz
accepissetis à nobis verbuz auditus
dei, accepistis illud non vt verbum
hominum, sed sicut est verè verbum
dei, qui operatur in vobis qui credi
distis. Uos eniz imitatores facti estis,
fratres, ecclesiarum dei, que sunt in
Iudea, in Christo Iesu: quia eadem
passi estis ⁊ vos à contribulibus ve
stris, sicut ⁊ ipsi à Iudeis: qui ⁊ do
minum occiderunt Iesum, ⁊ pro
phetas, ⁊ nos persequuti sunt: ⁊ deo
non placent, ⁊ omnibus hominibus
aduersantur, prohibentes nos gen
tibus loqui, vt salui fiant: vt impleãt
peccata sua semper. Peruẽnit eniz
ira dei super illos vsque in finem.
Grad. Timete dñm omnes sancti
eius: qm̃ nihil deest timẽtibus eum.
V. Inquirentes autẽ dñm, nõ defi
cient omni bono. Alleluia, allia.
Fulgebunt iusti: ⁊ tanquã scintille in
arũdineto discurrẽt in eternũ. Alla.
Sequẽtia sancti euang. sm̃ Marcũ.



ca. 16 IN illo tpe:
Dixit Jesus
discipulis suis.
Euntes in mun
dũ vniuersũ pdi
cate euangeliuz
omni creature.
Qui crediderit
⁊ baptizatus fue
rit: saluus erit.
Qui vero non crediderit: cõdemna
bitur. Signa autem eos qui credide
rint, hec sequentur. In nomine meo
demonia eijcient, linguis loquentur
nouis, serpentes tollent: ⁊, si mortife
rum quid biberint, non eis nocebit.
Super egros manus imponent, ⁊
bene habebunt. Offerto. Letamini
in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloria
mini omnes recti corde. Secreta.
ACcepta sit in cõspectu tuo do
mine nostra deuotio: ⁊ eorum
nobis fiat supplicatione salutaris,
pro quorum sollemnitate defertur.
Per dominuz nostruz. Cõmunio.
Signa autem eos, qui in me cre
dunt, hec sequẽtur: demonia eijciẽt,
super egros manus imponent, ⁊ be
ne habebunt. Postcommunio.
Refecti

Refecti participatione muneris sacri quesumus, domine deus noster: vt quorum exequimur cultū, sentiamus effectum. Per dominū.

dic. 9 ¶ In vigilia Sancti Laurentij martyris. Introitus.

Dispersit dedit pauperib⁹: iustitia eius manet in seculū seculi: cornu ei⁹ exaltabit in gloria. ps. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: ⁊ intercessione beati Laurentij martyris tui, cuius pueni mus festiuitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per do. Pro commemoratione Sancti Romani martyris. Oratio.

Presta, q̄s, omnipotens deus: vt intercedēte beato Romano martyre tuo, ⁊ à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ à prauis cogitationibus mundemur in mēte. Per dominum. Tertia oratio de Sancta Maria. Concede nos fa.

Si festum sancti Laurentij venerit feria ij. de vigilia fit cōmemoratio in sabbato, ⁊ de sancto Romano in dñica. Ubi aūt fuerit ecclesia collegiata, in sabbato dicatur etiā missa de vigilia. Lectio libri Sapientie.

Eccl. 51 Confitebor tibi dñe rex, ⁊ collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor ⁊ protector factus es mihi, ⁊ liberasti corpus meum à perditione: à laqueo lingue inique, ⁊ à labijs operantium mendaciū: ⁊ in cōspectu persequentium factus es mihi adiutor. Et liberasti me, secundū multitudinem misericordie nominis tui à rugientibus preparatis ad escā, de manibus querentium animam meam: ⁊ de portis tribulationū, que circūdederūt me: à pressura flamme que circundedit me: ⁊ in medio ignis non sum estuatus. De altitudine ventris inferi: ⁊ à lingua coinquinata, ⁊ à verbo mendacij: à rege iniquo, ⁊ à lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortem anima mea dominum: quoniā eruis sustinentes te: ⁊ liberas eos de manu angustie, domine de⁹ noster.

Grad. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Euāg. Si quis vult venire post me. De cōmuni vnius martyris. fo. 201. Offertoriū. Oratio mea munda est: ⁊ ideo peto, vt detur locus voci mee in celo: quia ibi est iudex meus, ⁊ cōscius meus, in excelso ascendat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

Hostias domine, quas tibi offerimus, propitius suscipe: ⁊ intercedente beato Laurētio martyre tuo, vincula peccatorū nostrorū absolue. Per. Pro cōmemoratione sancti Romani martyris. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollemnitate defertur. Tertia de sancta Maria. Cōio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suā, ⁊ sequat̄ me. postcō.

Da, q̄s, dñe deus noster: vt, sicut bti Laurētij martyris tui cōmemoratione, tēporali gratulamur officio, ita ppetuo letemur aspectu. Per d. Pro cōmemoratione san. Romani martyris. Postcōmunio.

Refecti

Refecti participatione muneris sacri, quesumus, dñe deus noster: vt sancti Romani martyris tui, cuius exequimur cultum, sentiamus effectuz. Tertia de Sancta Maria.

Die. 10 ¶ In festo S. Laurētij mar. Intro.

Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cantate dño canticum nouuz: cātate dño oīs terra. ℣. Gloria. Orō.

Da nobis, quesumus, oṗs deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti, tormentorum suoruz incēdia superare. Per. Lectio epistole beati Pauli apli ad Corinthios.

2.c.9 Fratres: Qui parcē seminat, parcē & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnusquisqz prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarē enim datorem diligit deus. Potens est autez deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semp omnem sufficientiā habentes, abundetis in omne opus bonuz: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semē seminanti, & panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum: & augebit incrementa frugum iustitie vestre. Graduale.

Probasti domine cor meum, & visitasti nocte. ℣. Igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurētius bonū opus operatus est: qui per signū Crucis cecos illuminauit, alla.

Sequētia sancti euāgelij sm Joānē. ca. 12



In illo tpe: Dixit Jes? discipulis suis, Amē, amē dico vobis: nisi granum frumēti cades in terram, mortuuz fuerit: ipsum soluz manet. Si autem mortuū fuerit: multū fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eā: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequat: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui est in celis. non dī Credo. nisi in ecclesia propria, & nisi venerit in dñica. Offerto. Cōfessio & pulchritudo in cōspectu eius: sanctitas & magnificētia in sanctificatione eius. Secreta.

Accipe, q̄s domine, munera dignāter oblata: & beati Laurētij suffragantibus meritis, ad nostre salutis auxilium prouenire concede. Per d. Cōio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego suz, illic & minister meus erit. Postcommunio.

Sacro munere satiati, supplices te dñe deprecamur: vt, quod debite seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum nostruz.

¶ Infra octauā S. Laurentij fit idē officiū quod in die: & post orōnem dīci dī orō de festo simplici occurrēte. tertia de sancta Maria. Concede. ¶ Pro

Die. 11 ¶ Pro commem. sanctorum martyrum Tyburtij et Susannę. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum Tyburtij et Susannę nos domine foveant continuata pręsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuvari. Tertia oratio de Sancta Maria. Concede nos famu. nisi venerit in dominica: tunc enim tertia oratio erit de sanctis. Secreta.

ADesto domine precibus populi tui: adesto muneribus: ut quę sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Postcommunio.

SUmpsimus domine pignus redemptionis ęternę: quod sit nobis, quęsumus, intervenientibus sanctis martyribus tuis, vitę pręsentis auxilium pariter, et futurę.

Die. 12 ¶ Pro commemoratione Sanctę Clarę virginis. Oratio.

EXaudi nos deus salutaris noster: ut, sicut de beatę Clarę virginis festivitate gaudemus, ita pię devotionis erudiamur affectu. Tertia oro de S. Maria. Concede. Secre.

ACcepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Postcommunio.

SAtiasti domine familiã tuã muneribus sacris: eius quęsumus semper interventione nos refove, cuius sollemnia celebramus.

Die. 13 ¶ Pro commemoratione Sanctorum martyrum, Hippolyti, et Cassiani. Oratio.

DA, q̃s, oĩpotens deus: ut, beatorum martyrum tuorũ Hippolyti, et Cassiani veneranda sollemnitas, et devotionẽ nobis augeat et salutẽ. Tertia oratio de sancta Maria. Concede nos famu. Secreta.

REspice domine munera populi tui sanctorum festivitate votiva: et tuę testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem.

Postcommunio.

SAcramentorũ tuorum dñe cõmunio sumpta nos salvet: et in tuę veritatis luce confirmet.

Die 14 ¶ In vigilia Assumptionis beatę Marię virginis. Introitus.

VUltum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur regi virgines post eã: proximę eius adducẽtur tibi, in lętitia et exultatione. Psal. Eructavit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria pa. non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui virginalem aulam beatę Marię virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, q̃s: ut sua nos defẽsione munitos, iucũdos facias suę interesse festivitati. q vi.

¶ Pro cõme. S. Laurentij. Oro.

DA nobis, q̃s, omnipotens deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Deinde pro sancto Eusebio confessore. Oratio.

DEus, qui nos beati Eusebij cõfessoris tui annua sollemnitate lętificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominũ.

Lectio libri Sapientię. Ecc. 14

EGo quasi vitis fructificavi suavitatẽ odoris: et flores mei, fructus

ctus honoris τ honestatis. Ego mater pulchrę dilectionis, τ timoris, τ agnitionis, τ sanctę spei. In me omnis spes vię, τ veritatis: in me omnis spes vitę, τ virtutis. Transite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me: τ a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: τ hereditas mea super mel τ fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: τ q̃ bibũt me, adhuc sitiẽt. Qui audiunt me, nõ cõfundẽtur: τ q̃ operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitã eternã habebũt. Grad. Benedicta τ venerabilis es virgo Maria: q̃ sine tactu pudoris inuẽta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quẽ tot⁹ nõ capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Seq. sancti euangelij sm̃ Lucam.

c. xi. In illo tẽpore: Loquẽte Iesu ad turbas: extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: τ vbera q̃ suxisti: At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbũ dei, τ custodiunt illud. Offert. Beata es virgo Maria, quę omnium portasti creatorem, genuisti qui te fecit, τ in eternum permanes virgo. Secreta.

Munera nostra, dñe, apud clementiã tuã dei genitricis cõmendet oratio: quam idcirco de pręsenti seculo transtulisti, vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum. Pro sancto Laurentio. Secreta.

Accipe, q̃s dñe, munera dignanter oblata, τ beati Laurẽtii suffragantibus meritis, ad nostrę salutis auxilium prouenire concede. Pro cõme. scti Eusebii. Secreta.

Laudis tibi dñe hostias immolamus in tuorũ cõmemoratione sanctorũ: q̃bus nos, τ p̃sentibus erui malis confidimus, τ futuris. Per. Prefa. cõmunis. Cõio. Beata viscera Marię virginis: quę portauerunt eterni patris filiũ. Postcõio.

Concede misericors deus fragilitati nostrę presidiũ: vt, qui sanctę dei genitricis festiuitatẽ p̃uenim⁹, intercessionis ei⁹ auxilio, a nostris iniq̃tatib⁹ resurgam⁹. Per eũ. Pro sancto Laurentio. Postcõio.

Sacro munere satiati, supplices te dñe deprecamur: vt, quod debitę seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuę sentiamus augmentum. Pro cõmemoratione sancti Eusebii. Postcommunio.

Refecti cibo potuq; celesti de⁹ nr̃, te supplices exoramus: vt in cuius hec cõmemoratione p̃cepim⁹, eius muniamur, τ p̃cib⁹. Per d.

¶ In Assumptione beatę Marię virginis. Introitus. Die. 15.



Gaudeam⁹ omnes in dño, diẽ festum celebrãtes sub honore beatę Marię virginis: de cui⁹ Assumptione gaudẽt angeli: τ collaudãt filiũ dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria pa. Orõ.

Famulorum tuorũ, quesumus dñe, delictis ignosce: vt, qui

tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui dñi nostri intercessione saluemur. Per eũ.

Lectio libri Sapientie.

eccl. 24.

In omnibus requiẽ quesiui: ⁊ in hereditate dñi morabor. Tunc pcepit, ⁊ dixit mihi creator omniũ: ⁊ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ⁊ dixit mihi. In Jacob inhabita: ⁊ in Israel hereditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et sic in Siõ firmata sũ, ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in Hierusalẽ potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: ⁊ in partes dei mei, hereditas illius: ⁊ in plenitudine sanctorũ detẽtio mea. Quasi cedrus exaltata sũ in Libano: ⁊ quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sũ in Cades: ⁊ quasi plãtatio rose in Jericho. Quasi oliua speciosa i cãpis, ⁊ quasi plãtanus exaltata sũ iuxta aquas. In plateis, sicut cinnamomũ, ⁊ balsamũ aromatizãs, odorem dedi. Quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris. Grad. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ, ⁊ iustitiã, deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurẽ tuã: q: cõcupiuit rex speciem tuã. Alla, alla. ℣. Assumpta est Maria in celũ, gaudet exercitus angelorũ. Allã.

Seq. sancti euangelij sm Lucam.

c. 10.



In illo tpe: Intrauit Jesus i quoddã castellũ: ⁊ mulier quedã Martha nomine, excepit illũ in domũ suã. Et huic erat soror nomine Maria: que etiã sedẽs secus pedes dñi, audiebat verbũ illius. Martha autẽ satagebat circa frequẽs ministeriũ. Que stetit: ⁊ ait. Dñe, non est tibi cure quòd soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dñs. Martha Martha, solicita es, ⁊ turbaris erga plurima. Porrò, vnũ est necessariũ. Maria optimã partẽ elegit: que nõ auferetur ab ea. Crẽ Credo. Offert. Assumpta est Maria in celum: gaudent angeli: collaudantes benedicunt dominum, alleluia. Secreta. Subueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quã ⁊ si pro cõditione carnis migrasse cognoscimus in celesti gloria apud te p nobis intercedere sentiamus. Per eundem.

Prefatio de beata Maria. fol. 101.

Cõio. Optimam partem elegit sibi Maria: que non auferetur ab ea in eternum. Postcommunio. Mense celestis participes effecti, imploramus clementiã tuã dñe deus noster: vt, qui Assũptionẽ dei genitricis colimus, à cunctis malis imminentibus, eius intercessione liberemur. Per eundem domi.

¶ Inf. oct. Assump. beate virg. ⁊ in eius oct. fit idẽ offm qd in die. Et infra octauã post orationẽ diei dr oro de Spiritu scto. Deus q cor. f. 218. tertia Ecclesie. f. 229. vel p Papa. 228. Et nõ fit de festo, nisi fuerit du. vel semi. De simplici aũt fit tm cõm.

¶ In oct. S. Laurentij. Introitus.

Dic 17.

Probasti domine cor meum, ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti, ⁊ nõ est inuẽta in me iniquitas. Ps. Exaudi dñe iustitiã meam

meam

meam: intende deprecationẽ meã. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Excita dñe in ecclesia tua spiritum, cui beatus Laurentius leuita seruiuit: vt, eodem nos repleti studeam⁹ amare qđ amauit, & opere exercẽr qđ docuit. Per. in vni. eiusdem.

Et fit cõmemoratio de octaua Assumptionis beatę Marię. Episto. Qui parce seminat. vt in festo eiusdem. fol. 184. Graduale. Gloria & honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurẽtius bonum opus operatus est, qui per signũ crucis cęcos illuminauit, All'a. Euange. Nisi granũ frumẽti. vt in eius festo. fol. 184. Et dicitur Credo. Offert. In virtute tua domine lętabit̃ iustus, & super salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ animę eius tribuisti ei. Secreta.

Sacrificiũ nostrũ tibi domine, quęsumus, beati Laurentii precatio sancta conciliet: vt cuius honore sollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per dom. Cõio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Postcõio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos donis celestibus satiasti, intercedente beato Laurẽtio martyre tuo, perpetua protectione custodias. Per domi.

Die. 18. ¶ Pro commemoratione sancti Agapiti martyris. Oratio.

Lętetur ecclesia tua deus, beati Agapiti martyris tui confisa suffragiis, atq; eius precibus gloriosis, & deuota permaneat, & secura cõsistat. Tertia de Spiritu sancto. Deus q corda fi. fo. 218. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in eius tibi sollemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuã muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuẽtione nos refoue, cuius sollemnia celebramus.

Die. 20. ¶ In festo sancti Bernardi abbatis missa. Os iusti me. de cõi vnius Abbatis. folio 211. Epist. Iustus cor suum. in communi doctorum. fol. 210. fit cõme. de octaua Assumptionis beatę Marię: & dr̃ Credo.

Die. 22. ¶ In octaua Assumptionis beatę Marię, Missa vt in die, cum cõme. sanctorũ martyrũ, Timothei, Hippolyti, & Symphoriani. Oratio.

Auxilium tuum nobis dñe, q̃s, placatus impẽde: & intercedẽtibus beatis martyribus tuis, Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexteram super nos tuę propitiationis extende. Per do. Secreta.

Accepta tibi sit dñe, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum, quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per do. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s domine deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis, Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius semper participatione viuamus. Per domi.

Die. 23. ¶ Missa vigilię sancti Bartholomęi dicat̃ de cõmu. vnius Apostoli. Ego autem sicut oliua. folio 200.

¶ Sequens festũ S. Bartholomęi celebret̃ ſm consuetudinẽ locorum vel die 24 vel 25. Augusti. Romę aũt celebrat̃ die 25. cũ cõmemorat. S. Ludouici, in missis tãtũ priuatis.

Die. 24. vel 25.

¶ In festo sancti Bartholomei Apostoli. Introitus.

Mihi autez nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine pbasti me, ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā, ⁊ resurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: qui huius diei venerādam sanctamque letitiam, in beati apostoli tui Bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue, q̄sumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ predicare quod docuit. Per dominum. Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Corint.

1. ca. 12.

Fratres: Uos estis corpus Christi, ⁊ membra de mēbro. Et quosdā quidez posuit deus in ecclesia: primò apostolos, secūdò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationuz, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophete? nunqd omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiā habēt curationuz? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretātur? Aemulamini autē charismata meliora. Graduale. Constitues eos principes super omnē terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi cōfitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Te gloriosus Apostolorū chorus laudat domine, Alleluia.

Seq. sancti euangelij secūdū Lucam.



ca. 6.

In illo tpe: Exiit Iesus in montē orare: ⁊ erat pnoctās in oratione dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: ⁊ elegit duodeciz ex ipsis, quos ⁊ apostolos nominauit: Simonē, quē cognominauit Petrū, ⁊ Andreā fratrē eius, Jacobū, ⁊ Joannem, Philippuz, ⁊ Bartholomeū, Mattheū, ⁊ Thomam, Jacobū Alphei, ⁊ Simonez qui vocatur Zelótes, ⁊ Judam Jacóbi, ⁊ Judaz Iscarióten, qui fuit proditor. Et descendens cū illis, stetit in loco cāpestri, ⁊ turba discipulorum eius, ⁊ multitudo copiosa plebis ab omni Judea ⁊ Hierusalem, ⁊ maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidónis, q venerāt vt audirent eū, ⁊ sanarentur à languoribus suis. Et q vexabant̄ à spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba q̄rebat eū tangere: qa virtus de illo exibat, ⁊ sanabat omnes. Dicitur Credo. Offert. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. Secreta.

Beati apostoli tui dn̄e Bartholomei sollemnia recensentes, q̄s: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per dom. Praef. de Apostolis. fo. 102. Cōio. Uos qui secuti estis me: sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, dicit dominus. Postcommunio.

Sumptū dn̄e pignus redemptionis eterne sit nobis, q̄sumus, interueniēte btō Bartholomeo apostolo

stolo tuo, vite presentis auxilium pariter, et future. Per dominum nost.

Die. 25. ¶ Sancti Ludouici confess. Introi.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui beatum Ludouicum confessorem tuum de terreno regno ad celestis regni gloriam transtulisti: eius quesumus meritis et intercessione, regis omnium Jesu Christi filii tui nos coheredes efficias. Per.

Epistola. Iustum deduxit dominus. de communi vnius martyris non pontifi. fo. 201. Grad. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Alleluia. Euang.

Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. de communi confessorum non pontificum. fo. 211. Offerto.

Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit, ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per do. Comu.

Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

Deus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris: quesumus: vt quem in celis gloriosum fecisti, ecclesie tue constituas defensorem. Per dominum.

¶ Sancti Zephyrini Pape et martyris Missa. Sacerdotes dei. de cōi vnius mart. ponti. fol. 201. preter orationem, que dicitur vt infra. Oratio. Die. 26.

Presta, quesumus, omnipotens deus: vt beati Zephyrini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum no. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica: et intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum no. Postcōio.

Hec nos communio, domine, purget a crimine: et, intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, celestis remedii faciat esse consortes. Per dominum nost.

¶ In festo sancti Augustini episcopi, et confessoris, ac doctoris ecclesie. Introitus. Die. 28.

In medio ecclesie aperuit os eius, et impleuit eum dominus Spiritu sapientie et intellectus: stolam glorie induit eum. Ps. Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice, consuete misericordie tribue benignus effectum. Per do.

Pro commemoratione sancti Hermetis martyris. Oratio.

DEus, qui beatum Hermétem martyrem tuum virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum Iesum Christum. **Epistola.** Testificor. de communi docto. fo. 209. **Gradu.** Os iusti meditabitur sapientiā: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabūtur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eū. Allła. **Euange.** Vos estis sal terrę. de eodem communi. fol. 209. Et dicitur Credo. **Offertorium.** Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

SAncti confessoris tui Augustini nobis, domine, pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nost. **Pro cōmem. S. Hermetis. Secr.**

SAcrificiū tibi domine laudis offerimus in tuorum cōmemoratione sanctorū: da, q̄s: vt, quod illis cōtulit ad gloriā, nobis prosit ad salutē. Per. **Cōio.** Fidelis seruus & prudens, quē constituit dn̄s super familiam suā, vt det illis in tempore tritici mensuram. **Postcōmunio.**

VT nobis dn̄e tua sacrificia dēt salutem, beatus cōfessor tuus Augustinus, & pontifex, quęsumus, precator accedat. Per dominum. **Pro commemoratione sancti Hermetis. Postcommunio.**

REpleti dn̄e bn̄dictione cęlesti, q̄s clementiā tuā: vt intercedēte beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, salubriter sentiamus. Per dominum nostrum.

¶ In Decollatione Sancti Ioannis Baptistę. Introitus.

Die 29.

LOquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis q̄ dilexi nimis. **Ps.** Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, & filio. **Oratio.**

SAncti Ioānis Baptistę precursoris, & martyris tui, q̄s domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis prestet effectum. Qui vi. **Pro commemoratione sanctę Sabinę martyris. Oratio.**

DEus, qui inter cętera potētię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii cōtulisti: cōcede propitius: vt q beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, p eius ad te exempla gradiamur. Per do. **Lectio Hieremię prophetę.**

ca. 1.

IN diebus illis: Factum est verbum domini ad me dicens. Accinge lumbos tuos: & surge: & loquere ad Iuda omnia quę ego precipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultū eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum ęreum super omnē terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terrę. Et bellabunt aduersum te, & non preualebunt: quia ego tecum sum, ait dn̄s: vt liberē te. **Gradus.** Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane

mane misericordiã tuam, ⁊ veritatē tuam per noctē. Alleluia, alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in ęternũ ante dñm, alleluia.

Sequē. sancti euang. ſm Marcum. ca. 6.



In illo tpe: Misit Herodes, ac tenuit Joanē, ⁊ vinxit eũ in carcerē, ꝓpter Herodiadē vxorē Philippi fratris sui: qꝛ duxerat eã. Dicebat enī Joannes Herodi. Nõ licet tibi haberꝭ vxorē fratris tui. Herodias autē insidiabatur illi: ⁊ volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum iustū ⁊ sanctũ: ⁊ custodiebat eũ: ⁊ audito eo multa faciebat, ⁊ libēter eũ audiebat. Et cū dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cęnam fecit principibꝰ, ⁊ tribunis, ⁊ primis Galilęę. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, ⁊ saltasset, ⁊ placuisset Herodi, simulque recumbentibus: rex ait puellę. Pete à me quoduis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cũ exisset: dixit matri suę. Quid petā? At illa dixit. Caput Joannis Baptistę. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicens. Volo vt protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistę. Et cõtristatus est rex. Propter iusiurandū, ⁊ propter simul discumbentes, noluit eam contristare: sed misso spiculatore pręcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere. Et áttulit caput eius in disco: ⁊ dedit illud puellę, ⁊ puella dedit matri suę. Quo audito discipuli eius venerunt, ⁊ tulerunt corpus eius: ⁊ posuerunt illud in monumēto. Offe. In virtute tua dñe lętabitꝭ iustus: ⁊ sup salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Secreta.

Munera, q̃ tibi, dñe, pro scti martyris tui Joãnis Baptistę passione deferimus, q̃s, vt eius obtētu nobis proficiant ad salutem. Per.

Pro cõmem. S. Sabinę. Secreta.

Hostias tibi dñe beatę Sabinę martyris tuę dicatas meritis benignꝰ assume: ⁊ ad ꝑpetuũ nobis tribue prouenire subsidiū. Per d.

Cõio. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso. Postcõ.

Conferat nobis dñe scti Joãnis Baptistę vtraqꝫ sollemnitas: vt ⁊ magnifica sacramēta q̃ sumpsimus, significata veneremur, ⁊ in nobis potiꝰ édita gaudeamꝰ. Per.

Pro commemoratione sanctę Sabinę. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati, q̃s dñe deꝰ nr: vt intercedēte btã Sabina martyre tua, in eius semp participatione viuamꝰ. Per.

Sanctorum Felicis, ⁊ Adaucti martyrum. Introitus. Die. 30.

Sapientiam sanctorũ narrēt populi: ⁊ laudes eorũ nũciet ecclesia: nomina autem eorũ viuent in seculũ seculi. Ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Maiestatem tuā dñe supplices exoramus: vt, sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione

tione letificas, ita semper supplicatione defendas. Per do. Epist. Reddidit deus iustis mercedem. de cõi pluri. mart. fol. 206. Gradu. Iustorũ anime in manu dei sunt: & nõ tanget illos tormentũ malitie. ℣. Uisi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace. Alleluia: alleluia. ℣. Fulgebunt iusti, & tanquã scintille in arundineto discurrent in eternum, Alleluia. Euange. Qui vos audit. de cõi plurim. mart. fol. 209. Offertorium. Letamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias domine plebis tue intẽde: &, quas in honore sanctorũ tuorum deuota mente celebrãt, proficere sibi sentiãt ad salutẽ. Per. Communio. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine, dicit dominus: & quod in aure auditis, predicate super tecta. Postcõmunio.

Repleti dñe muneribus sacris, q̃s: vt, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per dominũ.

¶ Festa Septembris.

Die. 1. ¶ Sancti Egidij Abbatis Missa. Os iusti medi. vt in communi Abbatũ. fol. 211: cũ comme. sanctorum mart. duodecim Fratrum. Oratio.

Fraterna nos dñe martyrum tuorũ corona letificet: que & fidei nostre prebeat incremẽta virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum. Secreta.

Iterata mysteria, dñe, pro sanctorum martyrũ tuorũ cõmemoratione, deuota mẽte tractemus: quibus nobis & presidium crescat & gaudium. Per. Postcõio.

Presta, q̃s, omnipotens deus: vt, quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidẽ quoque proficiendo sectemur. Per d.

Die. 8. ¶ In Natiuitate Sancte Marie virginis. Introitus.



Salue sancta parens, enixa puerpera regem: qui celũ terramque regit in secula seculorum. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Famulis tuis, q̃s, domine, celestis gratie munus impertire: vt quibus beate virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua sollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per dñm.

In missis priuatis pro cõmemora. S. Adriani marty. Oratio. Presta q̃s ops. de cõi vnius mart. fol. 204.

Lectio libri Sapientie:

Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarũ suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab eterno ordinata sum, & ex antiquis, antequã terra fieret. Nõdũ erãt abyssi: & ego iã concepta erã. Necdũ fontes aquarũ eruperant: necdũ montes graui mole constiterant. Ante oẽs colles ego parturiebar. Adhuc terrã non fecerat, & flumina, & cardines orbis terre. Quãdo preparabat celos, aderã. Quãdo certa lege & gyro vallabat abyssos. Quãdo ethera firmabat sursum: & librabat fontes aquarum. Quando

do circundabat mari terminū suum: ⁊ legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terrę, cum eo eram cuncta cōponens. Et delectabar p singulos dies ludens corā eo omni tēpore: ludens in orbe terrarū: ⁊ delicię meę, esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati q custodiunt vias meas. Audite disciplinam, ⁊ estote sapientes: ⁊ nolite abijcere eaȝ. Beatus homo qui audit me: ⁊, qui vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, ⁊ hauriet salutēȝ a dño. Grad.

Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę sine tactu pudoris, inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitię. Alleluia.

Initiū scti euangelii sm Mattheuȝ: ca. i.



Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Abrahaȝ genuit Isaac. Isaac aūt, genuit Iacob. Iacob aūt, genuit Iudā ⁊ fratres eius. Iudas autē, genuit Phares ⁊ Zaram de Thamar. Phares autē, genuit Esron. Esrō aūt, genuit Arā. Aram aūt, genuit Aminadab. Aminadab aūt, genuit Naason. Naason aūt, genuit Salmon. Salmon autē, genuit Booȝ de Raab. Booȝ autē, genuit Obeth ex Ruth. Obeth aūt genuit Iesse. Iesse aūt, genuit Dauid regē. Dauid aūt rex, genuit Salomonē ex ea q̄ fuit Vrię. Salomon aūt, genuit Roboā. Roboaȝ autem, genuit Abiā. Abiaȝ aūt, genuit Asa. Asa aūt, genuit Iosaphat. Iosaphat aūt, genuit Ioram. Iorā aūt, genuit Oziā. Ozias aūt, genuit Ioathan. Ioathan aūt, genuit Achaȝ. Achaȝ aūt, genuit Ezechiā. Ezechias aūt, genuit Manassē. Manasseȝ aūt, genuit Amon. Amon aūt, genuit Iosiā. Iosias autē, genuit Iechoniam ⁊ fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel auteȝ, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliachim. Eliachim autē, genuit Azor. Azor autem, genuit Sadoc. Sadoc auteȝ, genuit Achim. Achim auteȝ, genuit Eliud. Eliud aūt, genuit Eleazar. Eleazar autē, genuit Mathan. Mathan autem, genuit Iacob. Iacob autem, genuit Ioseph virū Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Credo. Offertoriuȝ.

Beata es virgo Maria, quę omniū portasti creatoreȝ: genuisti qui te fecit: ⁊ in ęternum permanes virgo.

Vnigeniti tui domine Secre. nobis succurrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris integritateȝ nō minuit, sed sacrauit: in Natiuitatis eius sollemniis, nostris nos piaculis exuens, oblationem nostrā sibi faciat acceptā Iesus Christus dñs noster. Qui tec. Prefa. de beata Virgine. fo. 101. Cōmu. Beata viscera Marię virginis, quę portauerūt ęterni patris filiū. Postcō. Sumpsi-

Sumpsimus dñe celebritatis annuę votiua sacramenta: presta quesumus, vt tẽporalis vitę nobis remedia prębeant, et ęternę. Per d.

¶ Infra octauã Natiuitatis beatę Marię, et in die octaua dicitur Missa sicut in die: Sed infra octauam secunda oratio dicitur de Spiritu sancto. Deus q cor. 218. et tertia. Ecclesię. fol. 229. vel ꝓ Papa. Deus oium fi. fo. 228. et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici aũt fit tantũ cõmemoratio.

Die. 9. ¶ Pro commemoratione sancti Gorgonij martyris. Oratio.

Sanctus tuus dñe Gorgonius sua nos intercessione letificet, et pia faciat sollẽnitate gaudere. Tertia oõ de Spiritu sãcto. Deus qui cor. f. 218. nisi venerit in dñica: tunc eniz tertia oõ erit de Sãctis. Secr.

Grata tibi sit domine nostrę seruitutis oblatio: pro qua Sanctus Gorgonius martyr interuentor existat. Postcommunio.

Familiam tuam deus suauitas ęterna contingat, et vegetet: q̃ in martyre tuo Gorgonio, Christi filij tui bono ingiter odore pascatur. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

Die. 11. ¶ Pro cõmemoratione sanctoruz martyrũ Proti, et Hyacinthi. Oõ.

Beatorum martyrum tuorum Proti, et Hyacinthi nos domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur.

Tertia de Spiritu sancto. Secreta.

Pro sanctorũ martyrum tuoruz Proti, et Hyacinthi cõmemoratione, munera tibi dñe, quę debemus, exoluimus: presta quesumus, vt remediuz nobis perpetuę salutis operentur. Postcommunio.

Ut percepta nos, dñe, tua sancta purificent, beatorum martyrum tuoruz Proti, et Hyacinthi, quesumus, imploret oratio.

Die. 14. ¶ In Exaltatione Sancte Crucis. Introitus.

Nos aũt gloriari oportet i Cruce dñi nostri Jesu Chri: in quo est salus, vita, et resurrectio nra: p quẽ saluati, et liberati sum⁹. ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: illuminet vultũ suũ super nos et misereat̃ nostri. ℣. Gloria. Oõ.

Deus, q nos hodierna die Exaltationis sanctę Crucis annua sollemnitate lętificas: pręsta, quesumus: vt, cuius mysterium in terra cognouimus, eius redemptionis pręmia in celo mereamur. Per eũ.

Et fit cõme. de Nati. sanctę Marię.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses. ca. 2.

Fratres: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortẽ: mortem autez Crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestiuz, terrestrium, et infernorum: Et omnis lingua confiteatur: quia Dñs Jesus Christus in gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autẽ Crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomẽ, quod est super omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem celorum, et dominum. Alleluia.

Sequen-

Seq. sancti euangelij sm Joánem.

c.12. In illo tépore: Dixit Jesus turbis Judeorum. Nunc iudiciuz est mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Hoc autez dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, qz Christ9 manet in eternũ. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus. Adhuc modicũ, lumẽ in vobis est. Ambulate, dum lucẽ habetis: vt nõ tenebre vos cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quò vadat. Dum lucẽ habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. dicitur Credo. Offert. Protege dñe plebem tuaz per signuz sancte Crucis, ab insidiis inimicorũ omniũ: vt tibi gratã exhibeamus seruitutẽ, et acceptabile tibi fiat sacrificiũ nostrũ. Alla. Secreta.

Jesu Christi domini nostri corpore et sanguine saginandi, per quẽ Crucis est sanctificatum vexilluz, quesumus domine deus noster: vt sicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius glorie salutaris potiamur effectu. Per eundem domi. Pref. de Cruce. fo. 98. Cõio. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcõio.

Adesto nobis domine deus noster: et, quos sancte Crucis letari fecisti honore, eius quoque perpetuis defende subsidiis. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Die. 15. ¶ In octa. Natiuitatis beate Marie, Missa vt in die, cum cõme. sancti Nicomedis martyr. Oratio.

Adesto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita preclara suscipiens, ad impetrandã misericordiã tuã semper eius patrociniis adiuuetur. Per do. Secre.

Suscipe dñe munera propitius oblata: que maiestati tue, beati Nicomedis martyris tui commendet oratio. Per dom. Postcõio.

Purificent nos dñe sacramenta que sumpsimus: et intercedẽte beato Nicomede martyre tuo, à cũctis efficiant vitiis absolutos. Per.

Die. 16. ¶ In festo sanctoruz Pontificum et martyrum Cornelii et Cypriani, Missa. Intret in conspectu tuo. de communi plurimoruz martyrũ. fol. 204. cum commemoratione aliorum martyr. vt infra, nisi fuerit dominica: quia tunc cõmemoratio sequens fit in dominica, et festuz predictum transfertur in feriam. ii.

¶ Pro commemoratione sanctorum martyrum Euphemie, Lucie, et Geminiani. Oratio.

Presta domine precib9 nostris cum exultatione prouentum: vt, quorum diez passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantiã subsequamur. Tertia oratio. A cũctis nos qs. fol. 228. Secreta.

Uota populi tui, qs domine, propitiatus intende: et, quorũ nos tribuis sollemnia celebrare, fac gaudere suffragiis. Per dominum nostrum Jesum. Postcommunio.

Exaudi dñe preces nostras: et sanctorum martyrum tuorum Euphemie, Lucie, et Geminiani, quorum festa sollẽniter celebramus, continuis foueamur auxiliis. Per dominũ nostrum Jesuz Christum.

Die. 20. ¶ In vigilia sancti Matthei apostoli et euangeliste. Introitus.

Ego

Ego autē sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in misericordia dei mei: & expectabo nomē tuum: qm̄ bonū est ante cōspectū sanctorum tuorum. ps. Quid gloriaris in malitia: qui potēs es in iniquitate. v. Gloria pat. Oratio.

Da, quesumus, ops deus: vt beati Matthei apostoli tui & euangeliste quam preuenimus veneranda sollemnitas, & deuotionē nobis augeat, & salutem. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Pro cōmemoratione sanctorum martyrum Eustachij & sociorum. Oro.

Deus, qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorum Eustachij & sociorum eius natalitia colere: da nobis i eterna beatitudine de eorū societate gaudere. Tertia oratio. de S. Maria. Concede. nisi festū S. Matthei venerit feria ij. quia tūc de sanctis cōmemoratio fit in dnica, & sabbato fit d vigilia cū orone de S. Maria. & Ecclesie. vel pro Papa. Epistola. Benedictio dñi super caput iusti. vt in communi in vigilia vnius apostoli. fo. 200. Graduale. Iust9, vt palma florebit: sicut cedr9 Libani, multiplicabit in domo dñi. V. Ad annunciandum mane misericordiā tuā, & veritatē tuā per noctē. Seq. sancti euangelij sm Lucam.

ca. 5. In illo tempore: Uidit Jesus publicanum nomine Leui, sedentem ad telóniū: & ait illi. Séquere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuiū magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorū qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei, & scribe eorum, dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis: Et respōdens Jesus, dixit ad illos. Non egent qui sani sunt, medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiā. Offertorium. Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eū super opera manuū tuarū dñe. Secreta.

Apostolice reuerentie culmē offerimus tibi sacris mysteriis imbuendum: presta, quesumus, domine: vt beati apostoli tui & euangeliste Matthei suffragiis, cuius natalitia preuenimus, hec plebs tua semper & sua vota deprómat, & desiderata percipiat. Per dominū nostrū.

Pro cōmemoratione sanctorum martyrū Eustachii & sociorū. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offérimus: que & pro tuorum tibi grata sint honore iustorū, & nobis salutaria te miserante reddantur. Tertia de sancta Maria. Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decórem impones super eum, domine. Postcommunio.

Sancti apostoli tui & euāgeliste Matthei, quesumus domine, supplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia sempiterna concede. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuū.

Pro commemo. sanctorū martyrū Eustachii & sociorum. Postcōio.

Presta nobis, q̄s domine, intercedentibus sanctis tuis Eustachio & sociis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Tertia de Sancta Maria.

Die. 21.

¶ In festo sancti Matthei Apostoli, et evangeliste. Introitus.

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. V. Gloria patri. Oratio.

Beati Apostoli et evangeliste Matthei dñe precibus adiuvemur: vt, quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur. Per dominum nostrum.

Lectio Ezechielis prophete.

ca. 1.

Similitudo vultus quatuor animalium: facies hominis, et facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies aũt bovis à sinistris ipsorum quatuor: et facies aquile desuper ipsorũ quatuor. Et facies eorum, et penne eorum extente desuper: due penne singulorum iungebantur, et due tegebant corpora eorum. Et vnumquodque eorum, coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec revertebantur cũ ambularẽt. Et similitudo animaliũ, et aspectus eorũ, quasi carbonũ ignis ardentiũ: et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, et revertebantur in similitudinẽ fulguris coruscantis. Grad. Beatus vir qui timet dominum: in mãdatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. V. Te gloriosus apostolorum chorus laudat dñe, Alleluia.

Seq. sancti evang. sm Mattheum.



In illo tpe: ca. 9. Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Mattheum nomine, et ait illi. Sequere me. Et surgẽs, secutus est eum. Et factũ est discumbẽte eo in domo, ecce multi publicani et peccatores veniẽtes, discumbebãt cum Iesu et discipulis eius. Et videntes pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait. Nõ est opus valẽtibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, discite quid est, Misericordiã volo, et nõ sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Credo. Offertorium. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt à te, et tribuisti ei, Alleluia. Secreta.

Supplicationibus apostolicis beati Matthei euãgeliste, quesumus domine, ecclesie tue cõmendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per domi.

Pref. de Apostolis. fol. 102. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorem impones super eum domine. Postcõmunio.

Perceptis dñe sacramẽtis, beato Mattheo Apostolo tuo et evangelista interveniente, deprecamur: vt, que pro eius celebrata sunt gloria, nobis proficiãt ad medelã. P.

¶ Sanctorum marty. Mauricij et sociorũ eius. Missa. Intret in conspectũ tuo. folio 104. cum epistola Respondit vnus de senioribus. Die. 22.

de

de cõi pluri. marty. fol. 207. pręter orationē, quę dicit̄ vt infra. Oratio.

Annue, q̄s, omnipotens deus: vt sanctoruz martyruz tuoruz Mauricij ꝛ socioruz eius, nos lętificet festiua sollemnitas: vt, quorũ suffragijs nitimur, eoruz natalitijs gloriemur. Per dominum. Secreta.

Respice, quęsumus domine, munera, quę in sanctorum martyrum tuorum Mauricii ꝛ socioruz eius commemoratione deférimus: ꝛ pręsta: vt, quoruz honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per dominum nostrum Jesum Christum. Postcõmunio.

Coelestibus refecti sacramētis ꝛ gaudiis, supplices te rogamus dñe: vt, quoruz gloriamur triũphis, protegamur auxiliis. Per d.

Die. 23.

¶ In festo scti Lini Papę ꝛ mart. Missa. Sacerdotes dei. de cõmuni vnius martyris pontifi: folio 201. cum commemoratione sanctę Theclę virg. ꝛ marty. vt infra: nisi fuerit dominica: quia tunc cõmemoratio sequens fit in dominica, ꝛ festuz prędictum transfertur in feriam. ii.

¶ Pro commemoratione Sanctę Thecle virginis ꝛ marty. Oratio.

Da, quęsumus, omnipotens deus: vt, qui beatę Theclę virginis ꝛ martyris tuę natalitia cólimus, ꝛ annua sollemnitate lętemur, ꝛ tantę fidei proficiamus exemplo. Tertia oratio. A cunctis nos quęsumus domine. fol. 228. Secreta.

Suscipe domine munera, q̄ in beatę Theclę virginis ꝛ martyris tuę sollemnitate deférimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: ꝛ, intercedente beata Thecla virgine ꝛ martyre tua, sempiterna faciãt protectione gaudere.

Die 26.

¶ Sanctorum martyruz Cypriani ꝛ Justinę, Missa. Salus autem iustorum. de communi plurimorum martyrum. folio 205. pręter orationem, quę dicitur vt infra. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum Cypriani ꝛ Justinę nos domine foueant continuata pręsidia: quia non désinis propitius intuéri, quos talibus auxiliis concésseris adiuuari. Per dominũ nostruz. Secreta.

Munera tibi dñe nostrę deuotionis offerimus, quę ꝛ pro tuorum tibi grata sint honore iustoruz, ꝛ nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dominum no. Postcõio.

Presta nobis, q̄s domine, intercedētibus sanctis tuis Cypriano, ꝛ Justina: vt, quę ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

Die 27.

¶ In festo sanctorum martyrum Cosmę ꝛ Damiani. Introitus.

Sapientiaz sanctoruz narrēt populi, ꝛ laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autez eorum viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.

Presta, quęsumus, omnipotens deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Cosmę, ꝛ Damiani natalitia cólimus, à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per dominũ nostrum. Epistola. Justi autem in perpetuũ viuent. de communi plurimorum martyrum. fol. 205. Gradu. Clamaue-

mauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc est vera fraternitas: quę vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna celestia, alleluia.

Euang. Descendens Iesus de monte. de eodem communi. folio 205.

Offertorium. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto: domine, vt scuto bonę voluntatis tuę, coronasti nos. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit oratio: quę & munera nostra conciliet, & tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Communio.

Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum.

Postcommunio.

Protegat, quęsumus domine, populum tuum, & participatio cęlestis indulta conuiuij, & deprecatio collata sanctorum. Per dominum nostrum.

Die. 29.

¶ In festo Dedicationis sancti Michaelis Archangeli. Introitus.

Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. Ps. Benedic anima mea domino: & omnia quę intra me sunt, nomini sancto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius: vt, quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

ca. 1.

In diebus illis. Significauit deus quę oportet fieri cito, loquens per angelum suum seruo suo Ioanni: qui testimonium perhibuit verbo dei, & testimonium Iesu Christi, quęcunque vidit. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetię huius: & seruat ea quę in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesiis, quę sunt in Asia, gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt: & a Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrę: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Graduale. Benedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Michael Archangele defende nos in pręlio: vt non pereamus in tremendo iudicio. Alleluia.

In Apparitione sancti Michaelis mense Maii, omisso graduali additur sequens ℣. Concussum est mare, & contremuit terra, vbi archangelus Michael descendit de cęlo. Alleluia.

Seq. sancti euang. secundum Matthęum.

In

c.18.



In illo tpe: Accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno celorũ? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, ⁊ dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis: ⁊ efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. Quicunqz ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorũ. Et qui susceperit vnum paruulum talẽ in nomine meo: me suscipit. Qui autẽ scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, ⁊ demergatur in profundum maris. Ve mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen ve homini illi per quez scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eũ, ⁊ proiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et, si oculus tuus scãdalizat te, erue eum, ⁊ proiice abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnũ ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in celis est. Credo. Offertorium.

Stetit angelus iuxta aram templi, habens turibulum aureũ in manu sua: ⁊ data sunt ei incensa multa, ⁊ ascendit fumus aromatum in conspectu dei, Alleluia. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus, suppliciter deprecãtes: vt easdem angelico ꝓ nobis intercedente suffragio, ⁊ placatus accipias, ⁊ ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum no. Cõmunio. Benedicite omnes angeli domini dominum: hymnum dicite, ⁊ superexaltate eũ in secula. Postcommunio.

Beati archangeli tui Michaelis intercessione suffulti, supplices te domine deprecamur: vt, qđ ore prosequimur, contingamus ⁊ mente. Per dominum nostrum.

¶ In festo sancti Hieronymi presbyteri, confessoris, ⁊ doctoris ecclesię. Introitus.

Die 30.

In medio ecclesię aperuit os eius, ⁊ impleuit eũ dominus spiritu sapiẽtię, ⁊ intellectus: stolã glorię induit eum. Ps. Bonum est confiteri domino, ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.

Deus, qui ecclesię tuę, in exponendis sacris scripturis, beatum Hieronymũ confessorem tuũ, doctorem maximum, prouidere dignatus es: presta, q̃s: vt eius suffragantibus meritis, quod ore simul ⁊ opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per domi. Epistola.

Testificor coram deo: de cõmuni docto. fol. 209. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplantabuntur gressus eius. Alleluia,

leluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, ⁊ ornauit eum: stolam glorie induit eum, Alleluia. Euangelium. Uos estis sal terre. de eodem communi. folio 209. ⁊ dicitur Credo. Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, que in libano est, multiplicabitur. Secreta. Omnis celestibus, q̄s dñe, libera nos tribue mente inseruire: vt munera que deferimus, intercedente beato Hieronymo confessore tuo, ⁊ medelam nobis operentur, ⁊ gloriam. Per dominum nostrum. Cōio. Fidelis seruus, ⁊ prudens: quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcōmunio. Repleti alimonia celesti, quesumus, domine: vt, interueniente beato Hieronymo cōfessore tuo, misericordie tue gratiam consequi mereamur. Per dominum nostrū.

¶ Festa Octobris.

Die 1 ¶ Sancti Remigij episcopi ⁊ confessoris, Missa. Statuit ei dominus. de cōi confessorum pontifi. fol. 207.

Die 4 ¶ In festo Sancti Francisci confessoris. Introitus.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nr̄i Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, ⁊ ego mūdo. Ps. Uoce mea ad dominuz clamaui: voce mea ad dominuz deprecatus suz. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. Deus, qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena despicere, ⁊ celestium donorum semper participatione gaudere. Per dominuz.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Galatas.

ca. 6. Fratres: Mihi autez absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mūdus crucifixus est, ⁊ ego mundo. In Christo enim Iesu, neqz circuncisio aliquid valet, neque preputiū: sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint: pax super illos, ⁊ misericordia, ⁊ super Israel dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen. Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Franciscus pauper ⁊ humilis, celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur, Alleluia. Euāgeliū. Confiteor tibi pater. de communi plurimorum martyrum. folio 207. Offertoriū. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Munera tibi dñe dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato Francisco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum. Cōio. Fidelis seruus ⁊ prudens: quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio. Ecclesiaz tuam, q̄s dñe, gratia celestis amplificet: quam beati Francisci illuminare voluisti gloriosis meritis ⁊ exemplis. Per do.

Die. 7

¶ Sancti Marci Pape ⁊ confessoris. Introitus.

SAcerdotes tui domine induāt iustitiā: ⁊ sancti tui exultent: propter Dauid seruum tuum, nō auertas faciē Christi tui. ps. Memēto domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oro.

EXaudi domine preces nostras: ⁊ intercedente beato Marco confessore tuo atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominum nostrum Jesum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum nos domine Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii beata merita prosequantur: ⁊ tuo semper faciant amore feruētes. Per do. Epistola.

Plures facti sunt sacerdotes. de cōi confessorum pontificum. folio 210.

Gradu. Sacerdotes eius induant salutare: ⁊ sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producā cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alla. ℣. Jurauit dn̄s, ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum s̄m ordinem Melchisedech, Alla. Euang. Vigilate, quia nescitis. de eodem cōmuni. fo. 210.

Offert. Veritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ACcepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominū nostrū.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii. Secreta.

MAiestatem tuam nobis domine, quesumus, hec hostia reddat immolanda placatā, tuorum digna postulatione sanctorum. Per.

Cōmunio. Beatus seruus, quē cū venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super omnia bona sua cōstituet eum. Postcōio.

DA, q̄s domine, fidelibus populis, sanctorū tuorū semper veneratione letari, ⁊ eorum perpetua supplicatione muniri. Per do.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii. Postcommunio.

SAcramentis domine muniamur acceptis: ⁊ sanctorū martyrū tuorum Sergii, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleii intercessione, contra omnes nequitias irruentes, armis celestibus protegamur. Per do.

¶ In festo sanctorū martyrū Dionysii, Rustici, ⁊ Eleutheri. Introi.

Die. 9

SApientiā sanctorum narrent populi: ⁊ laudes eorum nūciet ecclesia: nomina autē eorum viuent in seculū seculi. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatū Dionysium martyrē tuum atque pontificē, virtute constantie in passione roborasti: quiq; illi ad predicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum, ⁊ Eleutherum sociare dignatus es: tribue nobis, quesumus,

eorũ imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, ⁊ nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

c. 17. IN diebus illis. Stãs Paulus in medio Areopagi, ait. Uiri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Preteriens enim ⁊ videns simulacra vestra, inueni ⁊ aram in qua scriptum erat, Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit mundum, ⁊ omnia q̃ in eo sunt, hic celi ⁊ terrę cum sit dñs, nõ in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cũ ipse det omnibus vitam ⁊ inspirationem ⁊ omnia: fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciẽ terrę, definiẽs statuta tempora ⁊ terminos habitationis eorum, quęrere deum si forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe sit ab vnoquoque nostrũ. In ipso enim viuimus ⁊ mouemur ⁊ sumus, sicut ⁊ quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim ⁊ genus sumus. Genus ergo cũ simus dei: non debemus ęstimare auro ⁊ argento, aut lapidi sculpturę artis ⁊ cogitationis hominis diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantię despiciens deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique penitentiam agant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in ęquitate in viro in quo statuit, fidem prebẽs omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam vero viri adherẽtes ei crediderũt: in quibus ⁊ Dionysius Areopagita, ⁊ mulier nomine Damaris, ⁊ alij cum eis.

Gradu. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus cõtritus est, ⁊ nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cęlum ⁊ terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur ⁊ exultent in conspectu dei, ⁊ delectentur in lętitia. Alla. Euãgeliu. Descendens Iesus de monte. de cõi plurimorũ martyrũ. fo. 207. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum, Alleluia. Secreta.

OBlata tibi dñe munera populi tui, pro tuorum honore sanctorum martyrum Dionysii, Rustici, ⁊ Eleutheri, suscipe propitius, quęsumus: ⁊ eorum nos intercessione sanctifica. Per do. Cõio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, q vos psequuntur. Postcõio.

SUmptis dñe sacramentis, q̃s: vt intercedentibus beatis martyribus tuis Dionysio, Rustico, ⁊ Eleuthero, ad redemptionis ęternę proficiamus augmẽtum. Per do.

¶ In festo sancti Callisti Papę ⁊ martyris. Introitus. Die. 14

SAcerdotes Dei benedicite dñm: sancti ⁊ humiles corde laudate deũ. Ps. Benedicite omnia opera dñi dño: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.

DEus, q nos cõspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorẽ tuum

tuum nos misericorditer per sancto-
rũ tuorũ exempla restaura. Per d.
Epistola. Omnis pontifex. de cõi
confess. pontifi. fo. 208. Graduale.
Inueni Dauid seruum meum: oleo
sancto meo vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei: ꝛ brachiũ meũ
confortabit eum. ℣. Nihil proficiet
inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis
non nocebit ei. Alla, alla. ℣. Ama-
uit eũ dominus, ꝛ ornauit eum: sto-
lam glorię induit eũ. Alla. Euang.
Siquis venit ad me. de communi
marty. pontifi. fo. 20[illegible]. Offertoriũ.
Ueritas mea, ꝛ misericordia mea
cum ipso: ꝛ in nomine meo exalta-
bitur cornu eius. Secreta.
Mystica nobis dñe prosit obla-
tio: quę nos, ꝛ a reatibus no-
stris expediat, ꝛ perpetuę saluatio-
ne confirmet. Per do. Cõmunio.
Beatus seruus, quem cum venerit
dominus inuenerit vigilantẽ: amẽ
dico vobis: super omnia bona sua
constituet eum. Postcommunio.
Quęsumus omnipotens deus:
vt reatum nostrum munera sa-
cra purificẽt: ꝛ recte viuendi nobis
operent effectum. Per dominum.

Die. 18 ¶ In festo Sancti Lucę euange-
listę. Introitus.

Mihi aũt nimis hono-
rati sũt amici tui de-
us: nimis cõfortatus
est principat⁹ eorũ.
ps. Dñe pbasti me,
ꝛ cognouisti me: tu
cognouisti sessionem meam, ꝛ resur-
rectionem meam. ℣. Gloria patri,
ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Oratio.
Interueniat pro nobis, quęsu-
mus domine, sanctus tuus Lu-
cas euangelista: qui crucis mortifi-
cationem iugiter in suo corpore pro
tui nominis honore portauit. Per
dominum nostrum Iesum Christũ.

Lectio epistolę beati Pauli apo-
stoli ad Corinthios.

2.C.8

Fratres: Gratias ago deo, qui
dedit eandem solicitudinẽ pro
vobis in corde Titi, quoniam exhor
tationem quidem suscepit: sed cum
solicitior esset, sua voluntate profe-
ctus est ad vos. Misimus etiam cũ
illo Fratrem nostrum, cuius laus est
in Euangelio per omnes ecclesias.
Non solum autem: sed ꝛ ordinatus
est ab ecclesijs comes peregrinatio-
nis nostrę, in hanc gratiam quę mi-
nistratur a nobis ad domini gloriã,
ꝛ destinatam voluntatem nostram.
Deuitantes hoc, ne quis nos vitu-
peret in hac plenitudine, quę mini-
stratur a nobis in domini gloriam.
Prouidemus enim bona: non so-
lum coram deo, sed etiam coram ho
minibus. Misimus autem cum il-
lis ꝛ fratrem nostrum, quem proba-
uimus in multis sępe solicitum esse:
nunc autem multo solicitiorem: cõ-
fidentia multa in vos: siue pro Ti-
to, qui est socius meus, ꝛ in vobis
adiutor: siue fratres nostri, apostoli
ecclesiarum, gloria Christi. Osten-
sionem ergo quę est charitatis ve-
strę ꝛ nostrę glorię pro vobis, in il-
los ostendite in facie ecclesiarum:
Graduale. In omnem terram exi-
uit sonus eorum: ꝛ in fines orbis ter-
rę verba eorum. ℣. Celi enarrant
gloriam dei: ꝛ opera manuum eius
annunciat firmamẽtum. Alleluia,
alleluia. ℣. Ego vos elegi de mun-
do, vt eatis: ꝛ fructum afferatis: ꝛ
fructus vester maneat. Alleluia.
Seq. sancti euangelij sm Lucam.

c.10.



IN illo tpe: Designauit dñs & alios septuagintaduos: & misit illos binos ante faciē suam, in omnē ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē multa, operarii aūt pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suā. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neq3 perā, neq3 calceamēta: & nemine3 p viā salutaueritis. In quācunq3 domū intraueritis: primu3 dicite. Pax huic domui. Et, si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illū pax vestra: sin aūt, ad vos reuertetur. In eādem aūt domo manete: edētes, & bibētes, q̄ apud illos sunt. Dignus est eni3 operarius mercede sua. Nolite trāsire de domo i domū. Et in quācūq3 ciuitatē intraueritis, & susceperint vos: māducate q̄ apponunt vobis: & curate infirmos q in illa sunt: & dicite illis. Appropinquauit i vos regnū dei. Credo. Offer. Mihi aute3 nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

Donis celestibus da nobis, q̄s dñe, libera tibi mēte seruire: vt munera quę deferimꝰ, interueniēte beato euāgelista tuo Luca, & medelā nobis operentur, & gloriā. Per do. Pręf. de Apostolis. fo. 102. Cōio. Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodeci3 tribus Israel. Postcōmunio.

Presta q̄s, ops deus: vt, quod de sancto altari tuo accepimus, precibus beati euangelistę tui Lucę, sanctificet animas nostras: per quod tu ti esse possimus. Per dominu3 no.

¶ Sācti Hilarionis Abbatis. Missa. Os iusti meditabit. de cōi vnius Abbatis fo. 211. Et pro cōmemora. sanctę Ursulę & sociarum. Oratio. Die. 22

Da nobis, quęsumus dñe, sanctarū virginū & martyru3 tuarū Ursulę & sociarū eius, palmas incessabili deuotione venerari: vt, quas digna mente nō possumus celebrare, humilibus salte3 frequentemus obsequiis. Per dominu3. Secreta.

Intende, quęsumus dñe, munera altaribus tuis pro sanctaru3 martyrum & virginū tuarū Ursulę & sociarū eius festiuitate proposita: vt sicut, p hęc beata mysteria, illis gloriā contulisti, ita nobis indulgentiā largiaris. Per do. Postcōmunio.

Presta nobis, quęsumus dñe, intercedentibus sanctis martyribus & virginibꝰ tuis: vt, quod ore cōtingimꝰ, pura mēte capiamꝰ. Per.

¶ Sanctorū martyrū Chrysanthi & Darię. Missa. Intret in cōspectu tuo. de cōi plurimo. marty. fo. 204. excepta orone, quę dr vt infra. Oro. Die. 25

Beatorum martyrū tuorū, dñe, Chrysanthi & Darię, quęsumꝰ, adsit nobis oratio: vt quos veneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxiliū. Per d. Secr.

Populi tui, quęsumus dñe, tibi grata sit hostia: quę in natalitiis sanctorum martyrum tuorum Chrysanthi & Darię sollemniter immolatur. Per do. Postcōmunio.

Mysticis dñe repleti sumus votis & gaudiis, presta, quęsumus: vt intercessionibus sanctorū marty-

rum tuorũ Chrysanthi ꝛ Darię, quę temporaliter agimus, spiritualiter consequamur. Per dominum no.

Die. 26 ¶ Sancti Euaristi Papę ꝛ marty. Missa. Statuit ei dñs. de cõmuni vnius marty. pontificis. fol. 200.

Die. 27 ¶ In vigilia Apostolorum Simonis, ꝛ Iudę. Introitus.

Intret in conspectu tuo domine gemit⁹ compeditorum: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorũ: vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt tẽplum sanctuꝫ tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛc. Oratio.

Concede, q̃s, oṗs deus: vt sicut apostoloruꝫ tuoruꝫ Simonis, ꝛ Iudę gloriosa natalitia ꝑuenimus: sic, ad tua beneficia promerẽda, maiestatem tuam pro nobis ipsi pręueniant. Per dominũ. Secunda oratio de sancta Maria. Concede. Tertia Ecclesię. vel pro Papa. Epist. Spectaculum facti sumus. de cõi conf. nõ ponti. fo. 210. Grad. Vindica dñe sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum domine escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terrę. Euang. Ego suꝫ vitis vera, ꝛ pater. vt in communi martyrum tempore paschali. folio 203. Offertorium. Exultabunt sancti in gloria, lętabũtur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Muneribus nostris domine sanctorum apostolorũ tuoruꝫ Simonis, ꝛ Iudę festa pręcedimus, te suppliciter deprecantes: vt, quę cõscientię nostrę ꝑpediunt obstaculis, illorũ meritis grata reddant. Per. Secũda secreta. Tua dñe. Tertia Protege. vel Oblatis. Cõmunio. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ dñe escas volatilibus celi: carnes sanctorũ tuorũ bestiis terrę: secundum magnitudineꝫ brachii tui posside filios morte punitorum. Postcõio.

Sumpto dñe sacramẽto suppliciter deprecamur: vt, intercedẽtibus beatis apostolis tuis Simone, ꝛ Iuda, qđ tẽporaliter gerimus, ad vitã capiamus ęternam. Per d. Secũda postc. Sũptis dñe. Tertia Quęsumus do. vel Hęc nos quęsu.

Die. 28 ¶ In festo apostolorum Simonis ꝛ Iudę. Introitus.

Mihi aũt nimis honorati sũt amici tui deus: nimis cõfortatus est principat⁹ eorũ. ps. Dñe ꝓbasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam, ꝛ resurrectionẽ meã. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, qui nos ꝑ beatos apostolos tuos, Simonem ꝛ Iudaꝫ, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis, eorum gloriam sempiternã, ꝛ proficiẽdo celebrare, ꝛ celebrando proficere. Per dom.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c. 4. Fratres, Vnicuique nostrum data est gratia ꝭm mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuaꝫ duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quòd autem ascẽdit, quid est, nisi quia descendit primum in in-

inferiores partes terre: Qui descendit: ipse est et qui ascendit super omnes celos, vt impleret oia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero euangelistas: alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitate fidei et agnitionis filii dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Graduale.

Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. alleluia.

Sequentia sancti euangelii secundum Joannem.

ca. 15.



In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: et vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, et locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, que nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt, et oderunt me, et patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. dicitur Credo. Offert. In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam domine sanctorum apostolorum tuorum perpetuam venerantes, quesumus: vt eam sacris mysterijs expiati, dignius celebremus. Per. Prefatio de apostolis. f. 102. Cōio.

Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Postcommunio.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: vt, intercedentibus beatis apostolis tuis Simone et Juda, que pro illorum veneranda gerimus passione, nobis proficiant ad medelam. Per do.

¶ In vigilia Omnium sanctorum.

Introitus.

Die. 31.

Iudicant sancti gentes, et dominantur populis: et regnabit dominus deus illorum in perpetuum. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria p. non dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

Domine deus noster, multiplica super nos gratiam tuam: et quorum preuenimus gloriosa sollemnia, tribue subsequi in sancta promissione letitiam. Per. Secunda oratio de Spiritu sancto. Deus qui corda. tertia Ecclesie. vel pro Papa. Deus omnium.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

ca. 5.

In diebus illis: Ecce ego Joannes vidi in medio throni ⁊ quatuor animalium, ⁊ in medio seniorū, agnum stantē tanquam occisū, habentem cornua septem, ⁊ oculos septem: qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Et venit, ⁊ accepit librum de dextera sedentis in throno. Et cum aperuisset librū: quatuor animalia ⁊ vigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno: habentes singuli citharas ⁊ phialas aureas, plenas odoramentorum: que sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouum, dicētes. Dignus es domine accipere librum, ⁊ soluere signacula eius: qm̄ occisus es: ⁊ redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu ⁊ lingua ⁊ populo ⁊ natione: ⁊ fecisti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdotes: ⁊ regnabimus super terram. Et vidi, ⁊ audiui vocē angelorum multorū in circuitu throni, ⁊ animalium, ⁊ seniorum: ⁊ erat numerus eorum millia milliū voce magna dicentiū. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, ⁊ diuinitatem, ⁊ sapientiā, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorem, ⁊ gloriā, ⁊ benedictionem, in secula seculorū. Amen.

Grad. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dn̄o canticum nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. **Euang.** Descēdens Jesus de monte stetit. **de cōi pluri. marty.** fo. 205. **Offertorium.** Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum. **Secreta.**

Altare tuum dn̄e deus muneribus cumulamus oblatis: da quesumus: vt ad salutē nostrā, omnium sanctorum tuorum precatione proficiant, quorum sollemnia venturi precurrimus. Per dominū no. **Communio.** Iustorū anime in manu dei sunt: ⁊ non tanget illos tormētum malitie: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Postcommunio.

Sacramētis domine ⁊ gaudijs optata celebritate expletis, q̄sumus: vt eorum precibus adiuuemur, quorum recordationibus exhibentur. Per dominum nostrum.

¶ Festa Nouembris.

¶ In festo Omnium sanctorum.

Die. 1.

Introitus.

Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrātes, sub honore sanctorū omnium: de quorū solēnitate gaudēt Angeli, ⁊ collaudant filium dei. **Psal's.** Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. **Oratio.**

Omnipotens sempiterne deus, qui nos Omniū sanctorū tuorū merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus: vt desideratam nobis tue propitiationis abūdantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

ca. 7.

In diebus illis. Ecce, ego Joānes vidi alterum Angelū ascēdentem ab ortu solis: habentem signum Dei viui. Et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terre ⁊ mari, dicens. Noli nocere terre, ⁊ mari, neque arboribus: quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerū signatorum, centum

tum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati: Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthaliz, duodeciz millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodeciz millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis stantes ante thronum: et in conspectu agni, amicti stolis albis, et palme in manibus eorum: et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro, qui sedet super thronuz, et agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, et seniorum, et quatuor animalium: et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, et adorauerunt deum, dicentes, Amen. Benedictio et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus, et fortitudo deo nostro, in secula seculorum. Amen. **Graduale.** Timete dominuz omnes sancti eius: quoniã nihil deest timentibus eũ. ℣. Inquirentes autez dominũ, non deficient omni bono. Alla, alla. ℣. Venite ad me omnes q laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. Alleluia.

Seq. sancti euãgelii sm Mattheum. ca. 5.

In illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad euz discipuli eius, et aperiens os suum, docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrã. Beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniaz filij dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne maluz aduersuz vos mentientes, propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. **Dicitur Credo.** **Offer.** Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientiuz mori: illi autem sunt in pace. **Secreta.**

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro cunctoruz tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrum. **Communio.** Beati mundo corde, quoniam ipsi deuz videbunt: beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.

Postcommunio.

Da, quesumus domine, fidelibus populis Omnium sanctorum tuorum semper veneratione letari et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominuz nostrum.

Infra

¶Infra octauam omniuz Sanctorum, et in die octaua, Missa dicitur sicut in die. Sed infra octauam secunda oratio de Spiritusancto. Deus qui corda fidelium. tertia. Ecclesie tue. vel pro Papa. De festis duplicibus et semiduplicibus infra eam occurrentibus fit, cū commemoratione octaue. De simplicibus aūt fit tm̄ commemoratio.

Die. 2. ¶Secūda die fit Commemoratio omnium fidelium defunctorum: et dicitur Missa. Requiem eternam dona. que loco suo circa finē Missalis habetur. fo.232. Si autē secunda dies fuerit dn̄ica, dicta cōmemoratio defunctorum fit feria secunda.

Die. 4. ¶Pro cōmemor. sanctorum martyrum Vitalis, et Agricole. Oratio.

PResta, quesumus, omnipotens deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Vitalis et Agricole sollemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur.

Tertia oratio de Spiritu sancto, nisi fuerit Dominica: quia tunc tertia erit de sanctis. Secreta.

OBlatis, quesum⁹, domine, placare muneribus: et intercedentibus sanctis martyribus tuis, Vitale, et Agricola, à cunctis nos defende periculis. Postcommunio.

HAec nos communio domine purget à crimine: et intercedētibus sanctis martyribus tuis, Vitale et Agricola, celestis remedij faciat esse consortes.

Die. 8. ¶In die octaua Omnium sanctorum, dicitur Missa, vt in die, cū cōmemoratione sanctorum martyruz Quatuor Coronatorum. Oratio.

PResta, q̄s, op̄s deus: vt, qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum no. Secreta.

BEnedictio tua dn̄e larga descēdat: que et munera nostra, dep̄cātibus sanctis martyrib⁹ tuis, tibi reddat accepta, et nobis sacramentū redēptionis efficiat. Per. Postcō.

COelestibus refecti sacramentis et gaudiis, supplices te dn̄e deprecamur: vt quorum gloriamur triūphis, ꝓtegamur auxilijs. Per.

Die. 9. ¶In dedicatione Basilice Saluatoris dicitur Missa. Terribilis est locus iste. de commune Dedicationis ecclesie. fo.215. et pro cōmemoratione sancti Theodori mar. Oro.

DEus, qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circūdas, et protegis, presta nobis, ex eius imitatione proficere, et oratione fulciri. Per do. Secreta.

SVscipe domine fideliū preces cum oblationibus hostiarum: et intercedēte beato Theodóro martyre tuo, per hec pie deuotionis officia, ad celestez gloriā transeamus. Per dominum. Postcommunio.

PResta nobis, q̄s, dn̄e, intercedēte beato Theodóro martyre tuo: vt, quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dominū.

Die. 10. ¶Sanctorū mar. Tryphonis, Respicij, et Nimphe. Introitus.

CLamauerunt iusti, et dominus exaudiuit eos: et ex omnib⁹ tribulationibus eorum liberauit eos. psal. Benedicaz dominū in omni tpe, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in prin. Oro.

Hac

Hac nos, quęsumus, dñe, sanctorum martyrum tuorũ Tryphonis, Respicii, ⁊ Nymphę, semp festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuę dona sentiamus. Per d. Epist. Non sunt condignę. de cōi plurim. marty. fo. 206. Grad. Uindica dñe sanguinē sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi, carnes sanctorũ tuorũ bestijs terrę. Alla, alla. ℣. Preciosa in cōspectu dñi mors sanctorũ eius. Alla. Euāg. Attendite a fermento phariseorum. de eodē cōi. fol. 207. Offertorium: Letamini in domino, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta. Munera tibi dñe nostrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorũ tibi grata sint honore iustorum: ⁊ nobis salutaria te miserante reddātur. Per do. Cōio. Quicunqz fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater, ⁊ soror, ⁊ mater est, dicit dominus. Postcommunio. Presta nobis, quęsumus, dñe, intercedentibus sanctis martyribus tuis Tryphone, Respicio, ⁊ Nympha: vt, quod ore cōtingimus, pura mente capiamus. Per dom.

Die. 11

¶ In festo sancti Martini episcopi ⁊ confessoris. Introitus.

Statuit ei dominus testamentum pacis: ⁊ principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas in ęternũ. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio. Deus, qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: vt, intercessione beati Martini confessoris tui atque pontificis, cōtra omnia aduersa muniamur. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Menę martyris. Oratio.

Presta, quęsumus, ops deus: vt, qui beati Menę martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per do. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cōi cōfess. pōti. fo. 207. Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem excelsi. Alla, alla. ℣. Beatus vir sanctus Martinus, vrbis Turonis episcopus, requieuit: quem susceperunt angeli, atque archangeli, throni, dominationes, ⁊ virtutes. Alleluia. Euang. Nemo accēdit lucernā. de eodē cōi. f. 205. Offert. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Da, misericors deus: vt, hęc nos salutaris oblatio, ⁊ a proprijs reatibus indesinēter expediat, ⁊ ab omnib9 tueat aduersis. Per d. Pro cōme. sancti Menę. Secreta. Muneribus nostris, quęsumus dñe, precibusqz susceptis: ⁊ cęlestibus nos munda mysterijs, ⁊ clemēter exaudi. Per do. Cōmunio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis: super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio. Presta, quęsumus, domine deus noster: vt, quorum festiuitate votiua sunt sacramenta, eorum nobis salutaria intercessione reddantur. Per dominum nostrum.

Pro

Pro cōme. sancti Menę. Postcō.

O Mnes, q̄s, domine deus noster: vt sicut tuorum cōmemoratione sanctorū temporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. P.

Die. 17 ¶ In festo sancti Martini Papę & martyris. Missa. Sacerdotes dei. de cōi vnius marty. pontifi. fo.201.

Die. 17 ¶ Sancti Gregorii Thaumaturgi Episcopi, & confessoris. Introitus.

S Tatuit ei dominus testamentum pacis: & principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas in ęternū. ps. Memento domine Dauid, & omnis māsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

D A, q̄s, oṗs deus: vt, beati Gregorii confessoris tui atq; pontificis veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per do. Epistola. Ecce sacerdos magnus. de cōi conf. ponti. fo.207. Graduale. Ecce sacerdos magn⁹, qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem excelsi. Alla, alla. ℣. Tu es sacerdos in ęternum secūdum ordinem Melchisedech. Alla.

Seq. sancti euāgelii s̄m Marcum.

c. 11. 

In illo tp̄e: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Habete fidem dei. Amē dico vobis: quia quicunque dixerit huic monti, tollere & mittere i mare: & nō hesitauerit in corde suo, sed crediderit q̄ quodcunque dixerit, fiat: fiet ei: Propterea dico vobis: oīa quecunque orātes petitis, credite q̄ accipietis, & euenient vobis. Offer. Inueni Dauid seruū meū: oleo sctō meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabit ei: & brachiū meū confortabit eū. Secre.

S Ancti tui, q̄s dn̄e, nos vbique letificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per do. Cōmunio. Fidelis seru⁹, & prudēs: quem constituit dn̄s super familiam suā: vt det illis in tempore tritici mēsuram. Postcommunio.

P Resta, q̄s, oṗs deus: vt, de pceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Gregorio confessore tuo atq; pontifice, beneficia potiora sumamus. Per do.

Die. 18 ¶ In dedicatione Basilicę sanctorum apostolorum Petri, & Pauli. Missa. Terribilis est. de communi dedicationis ecclesię. folio.215.

Die. 19 ¶ Sancti Pontiani Papę & martyr. Missa. Statuit ei dn̄s. de cōmuni vnius marty. pontificis. fol.200.

Die. 22 ¶ In festo Sanctę Cecilię virginis & martyris. Introitus.

L Oquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quę dilexi nimis. ps. Beati immaculati in via, q ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

D Eus, qui nos annua beatę Cecilię virginis & martyris tuę sollemnitate letificas: da, vt quā veneramur officio, etiam pię cōuersationis sequamur exemplo. Per dominum. Epistola. Domine deus meus: de cōi virginis & martyris. fol.21[illegible].

Gradua.

Gradu. Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia cōcupiuit rex speciem tuā. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intende, prospere procede: ꝛ regna. Alla, alla. ℣. Quinque prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiā Christo domino, Alleluia. Euāgelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. De eodē comuni. f.212.

Offertorium. Afferentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Haec hostia, domine, placationis ꝛ laudis, quesumus, vt intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos semper efficiat. Per d. Cōmunio.

Confundantur superbi: quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: ꝛ meditabor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcōmunio.

Satiasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius q̄sumus semper interuētione nos refoue, cuius sollemnia celebramus. Per do.

Die. 23

¶ In festo sancti Clementis Pape ꝛ martyris. Introitus.

Dicit dominus: sermones mei, quos dedi in os tuum, nō deficient de ore tuo: ꝛ munera tua accepta erunt sup altare meū. Ps. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri, ꝛc. Oratio.

Deus qui nos annua beati Clementis martyris tui atq3 pōtificis sollemnitate letificas: cōcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, virtutem quoq3 passionis imitemur. Per dominum nostrum.

Pro commemoratione sancte Felicitatis martyris. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotēs deus: vt beate Felicitatis martyris tue sollēnia recensentes, meritis ipsius protegamur, ꝛ precibus.

Tertia oratio. A cūctis. Epistola. Imitatores mei esto. vt in dominica xxiij. post Pentecosten. fo.147.

Grad. Iurauit dominus, ꝛ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternū secundum ordinem Melchisedech. ℣. Dixit dominus dn̄o meo, sede a dextris meis. Alla, alla. ℣. Hic est sacerdos, quē coronauit dn̄s. Alla.

Euangelium. Vigilate q2 nescitis. De cōmuni confess. pontifi. fol.208.

Offertorium. Veritas mea ꝛ misericordia mea cum ipso, ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Munera tibi dn̄e oblata sanctifica: ꝛ intercedente beato Clemente martyre tuo atque pōtifice, per hec nos a peccatorum nostrorū maculis emunda. Per dominum.

Pro commemoratione Sancte Felicitatis. Secreta.

Vota populi tui domine propitiatus intende: ꝛ cuius nos tribuis sollemnia celebrare, fac gaudere suffragijs. Per do. Cōmunio.

Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantē: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Corporis sacri, ꝛ preciosi sanguinis repleti libamine quesumus, dn̄e deus noster: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice,

pontifice, certa redemptione capiamus. Per dominum nostrum.
Pro commemoratione sancte Felicitatis. Postcommunio.
Supplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentibus sanctis tuis, ꝛ tua in nobis dona multiplices, ꝛ tempora nostra disponas. Per dominum nostrum.

Die. 24 ¶ Sancti Chrysogoni martyris. Missa. In virtute tua do. de cõmuni vnius martyris. fol. ꝛ01. preter orationẽ, que dicitur vt infra. Oro.
Adesto dñe supplicationibus nostris: vt, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per do. Secreta.
Oblatis, q̃s, dñe, placare muneribus: ꝛ intercedente beato Chrysogono martyre tuo, à cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum. Postcommunio.
Tui domine perceptione sacramenti, ꝛ à nostris mundemur occultis, ꝛ ab hostium liberemur insidiis. Per dominum nostrum.

Die. 25 ¶ In festo sancte Catharine virginis ꝛ martyris. Introitus.
Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: ꝛ non confundebar: ꝛ meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, q ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛc. Oratio.
Deus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai: ꝛ in eodez loco per sanctos angelos tuos corpus beate Catharine virginis, ꝛ martyris tue mirabiliter collocasti: presta, quesumus: vt, eius meritis ꝛ intercessione, ad montem qui Christus est puenire valeamus. Per eundem dominum nostrum. Epist. Confitebor tibi domine rex. de cõi vnius virg. ꝛ marty. fol. ꝛ14. Graduale. Dilexisti iustitiaz: ꝛ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proxime eius afferentur tibi in letitia, Alleluia. Euangelium. Simile est regnum celorum decez virginibus. de eodẽ cõmuni. fo. ꝛ14. Offertoriuz. Afferentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. Secreta.
Suscipe domine munera, que in beate Catharine virginis ꝛ martyris tue sollẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum Jesum Christum. Communio.
Confundãtur superbi, quia iniustẽ iniquitatem fecerunt in me: ego autez in mandatis tui exercebor, ꝛ meditabor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcommunio.
Auxilietur nobis domine sumpta mysteria, ꝛ intercedente beata Catharina virgine ꝛ martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum nostrum.

Die. 26 ¶ Sancti Petri Alexandrini episcopi ꝛ martyris, Missa. Statuit ei dominus. de communi vnius martyris pontificis. folio ꝛ00.

F I N I S.

COMMVNE SANCTORVM.

IN VIGILIA VNIVS APOSTOLI.

INTROITVS.



psal. 51

Ego autem sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in misericordia dei mei: ⁊ expectabo nomẽ tuum, quoniã bonũ est ante conspectum sanctorum tuorum. Ps. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ⁊c. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Da, q̃s, omnipotens deus: vt beati N. apostoli tui, quã preuenimus, veneranda sollemnitas, ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutem. Per do.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 44 ⁊ 45

Benedictio dñi super caput iusti. Ideo dedit illi dominus hereditatem, ⁊ diuisit ei partẽ in tribubus duodecim: ⁊ inuenit gratiã in cõspectu omnis carnis. Magnificauit eũ in timore inimicorum: ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eũ in conspectu regum: ⁊ ostendit illi gloriam suã. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum: ⁊ elégit eũ ex omni carne. Et dedit illi corã precepta: ⁊ legem vitę ⁊ disciplinę: ⁊ excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum ęternum: ⁊ circuncinxit eum zona iustitię: ⁊ induit eum dominus coronam glorię. Gradu. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctẽ.

psal. 91

Seq. sancti euãgelii sm Joannem.

ca. 15

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Hoc est preceptũ meum: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis quę ego precipio vobis. Jam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos: quia omnia quęcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: ⁊ posui vos: vt eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus vester maneat: ⁊ quodcunque petiéritis patrem in nomine meo, det vobis. Offertorium.

ps. 8

Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarum, domine. Secreta.

Apostolicę reuerẽtię culmen offerimus tibi sacris mysteriis imbuendum: presta q̃s dñe: vt beati apostoli tui N. suffragiis, cuius natalitia preuenimus, hęc plebs tua semper ⁊ sua vota deprómat, ⁊ desiderata percipiat. Per do. Communio.

psal. 20

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã, ⁊ magnũ decórem impones super eum domine. Postcõmunio.

Sancti apostoli tui N. quęsumus domine, supplicatione placatus: ⁊ veniã nobis tribue, ⁊ remedia sempiterna concede. Per do.

¶ In natalitiis Apostolorum ⁊ Euangelistarum, omnia vt suis locis in proprio Sanctorum.

IN COMMVNI VNIVS MARTYRIS PONTIFICIS.

INTROITVS.

Statuit ei dominus testamentum pacis, ꝛ principē fecit euꝫ: vt sit illi sacerdotij dignitas in ęternuꝫ. Ps. Memento domine Dauid: ꝛ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Infirmitatē nostrā réspice oꝑs deus: ꝛ quia pondus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominuꝫ.

Lectio epistolę beati Iacobi apli.

ca. I. Charissimi: Beatus vir qui suffert tentationē: qm̄ cuꝫ probatus fuerit, accipiet coronā vitę: quā repromisit deus diligētibus se. Nemo cum tentatur dicat, qm̄ à Deo tētatur. Deus enim intentator malorū est: ipse autē neminē tentat. Unusquisqꝫ verò tentatur à cōcupiscētia sua abstractus ꝛ illectus. Deinde cōcupiscentia cuꝫ cōceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectissimi. Omne datuꝫ optimum, ꝛ omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum: apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Uoluntariè enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiū aliquod creaturę eius. Grad. Inueni Dauid seruum meū: óleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ꝛ brachiū meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei. Alla, alla. ℣. Tu es sacerdos in ęternū, secunduꝫ ordinem Melchisedech, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus. Desideriuꝫ animę eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius nō fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Seq. sancti euangelii ſm Lucam.

ca. 14 In illo tempore: Dixit Iesus turbis. Siquis venit ad me, ꝛ non odit patrem suum, ꝛ matrem, ꝛ vxorem, ꝛ filios, ꝛ fratres, ꝛ sorores, adhuc aūt ꝛ animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui nō báiulat crucem suā, ꝛ venit post me, nō potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare non prius sedēs cōmputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiēdum: ne postquàm posuerit fundamentum, ꝛ non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit ędificare, ꝛ non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cū decem millibus occúrrere ei, qui cū viginti millibus venit ad se? Alióqn, adhuc illo lōgè agēte, legationē mittēs rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renūciat omnib⁹ quę possidet, nō potest meus esse discipulus. Offertorium. Ueritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hostias tibi dn̄e beati N. martyris tui atqꝫ pontificis dicatas meritis, benignus assume: ꝛ ad

perpe-

deus: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit ijs q ignorãt & errant: qm̃ & ipse circũdatus est infirmitate. Et propterea debet, quẽadmodũ ꝓ populo, ita etiã & ꝓ semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquã sumit sibi honorẽ: sed qui vocatur à deo, tanquã Aaron.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 13 FRatres: Mementote prępositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei: quorũ intuẽtes exitũ conuersationis, imitamini fidẽ. Jesus Christus heri & hodie: ipse & in secula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, q̃ non profuerunt ambulãtibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habẽt potestatẽ q tabernaculo deseruiũt. Quorũ enim animaliũ infertur sanguis pro peccato in sancta ꝑ pontificem, horũ corpora cremant extra castra. Propter quod & Jesus, vt sãctificaret per suũ sanguinẽ populũ, extra portã passus est. Exeamus igit ad eũ extra castra: improperiũ eius portantes. Non enim habemus hic manentẽ ciuitatẽ: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper deo, idest fructũ labiorũ confitentiũ nomini eius. Beneficentię autem & cõmunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Obedite prępositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

Sequẽtia sancti euãgelij ſm Lucam.

ca. 11 IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernã, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed super cãdelabrũ, vt qui ingrediuntur lumẽ videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus simplex fuerit: totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit: etiã corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ, quod in te est, tenebrę sint. Si ergo totũ corpus tuũ lucidũ fuerit, nõ habens aliquã partem tenebrarum, erit lucidum totum: & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequẽtia sancti euang. ſm Marcũ.



ca. 13 IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Videte, vigilate & orate. Nescitis enim quãdo tẽpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliqt domũ suã: & dedit seruis suis potestatẽ cuiusq; operis, & ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo, (nescitis enim quando dñs domus veniat: serò, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

¶ In cõmuni Doctorũ. Introitus.

IN medio ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientię, & intellectus: stolam glorię induit eum. Ps. Bonũ est cõfiteri dño, & psallere nomini tuo altissime. V. Gl'ia. Oro.

DEus, qui populo tuo ęternę salutis beatũ N. ministrum tribuisti: presta q̃sumus: vt, quem doctorẽ vitę habuimus in terris, intercessorẽ habere mereamur in celis. Per Do.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

2.ca. 14

Charissime: Testificor coram deo ⁊ Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos ⁊ mortuos, per aduentum ipsius, ⁊ regnum eius: predica verbum: insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia ⁊ doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: ⁊ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangeliste, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor: ⁊ tempus resolutionis mee instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitie, quã reddet mihi dñs in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed ⁊ ijs qui diligunt aduentũ eius.

Grad. Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eũ dominus, ⁊ ornauit eũ: stolã glorie induit eum, alleluia. ¶ Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ ad eius versum additur sequens ℣. Iustus germinabit sicut lilium, ⁊ florebit in eternum ante dominum, Alleluia. Post Septuagesimam Tractus. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius, ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.

Seq. sancti euangelij sm Mattheũ.

ca.5



In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terre. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittatur foras ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, ⁊ ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sũt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videãt opera vestra bona, ⁊ glorificent patrem vestrum qui in celis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat celum ⁊ terra, iota vnum aut vnus apex nõ preteribit a lege, donec omnia fiãt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, ⁊ docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Offertorium. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus, que in Libano est, multiplicabitur. Secreta. Sancti tui N. nobis dñe pia nõ desit oratio: que ⁊ munera nostra cõciliet: ⁊ tuã nobis indulgentiã semper obtineat. Per. Cõio. Fidelis seruus ⁊ prudens, quẽ cõstituit dñs super familiã suã: vt det illis in tẽpore tritici mensuram. Postcõio. Ut nobis, domine, tua sacrificia dent salutem, beatus N. cõfessor

fessor tuus ⁊ doctor egregius precator accedat. Per dominum nostrũ.

Alia Epistola pro Doctore.

Lectio libri Sapientię.

Ecc. 39 Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suũ in oratione: ⁊ pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentię replebit illum: ⁊ ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientię suę, ⁊ in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius ⁊ disciplinã: ⁊ in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinã doctrinę suę, ⁊ in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, ⁊ vsque in seculũ nõ delebitur. Non recedet memoria eius, ⁊ nomen eius requiretur à generatione in generationẽ. Sapientiam eius enarrabunt gentes, ⁊ laudem eius enunciabit ecclesia.

¶ In Communi confessorum non pontificum. Introitus.

Os iusti meditabitur sapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Psalmus. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio.

Deus, qui nos beati N. confessoris tui annua sollemnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum nostrum.

Ecc. 31 Lectio libri Sapientię.

Beatus vir, qui inuentus est sine macula: ⁊ qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Quis est hic, ⁊ laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, ⁊ perfectus inuentus est, ⁊ erit illi gloria ęterna. Qui potuit trãsgredi, ⁊ non est trãsgressus: facere mala, ⁊ nõ fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: ⁊ eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Graduale. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, ⁊ veritatẽ tuã per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui suffert tentationem, qm̃ cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, alleluia. ¶ Tẽpore Paschali Graduale omittitur, ⁊ addit̃ sequens ℣. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eum: stolam glorię induit eũ, Alleluia. Post Septuagesimam Tractus. Beatus vir, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicet̃. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi. Sequẽ. sancti euãgelij sm̃ Lucam.

ca. 12 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri pręcincti, ⁊ lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos, similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit, ⁊ pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget se, ⁊ faciet illos discumbere, ⁊ transiens ministrabit illis. Et, si venerit in secunda vigilia,

lia, ⁊ si in tertia vigilia venerit, ⁊ ita inuenerit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ, ⁊ nō sineret pfodi domū suā. Et vos estote parati: qꝛ qua hora nō putatis filius hominis veniet. Offertorium. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cum ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Laudis tibi domine hostias immolamus in tuorum cōmemoratione sanctorum: quibus nos ⁊ presentibus exui malis cōfidimus, ⁊ futuris. Per. Cōio. Beat⁹ seruus, quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis, super omnia bona sua constituet eū. Postcōio.

Refecti cibo, potuque celesti, deus noster, te supplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum nostrū.

¶ De eodē communi alia Missa.

Introitus.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur, plātatus in domo domini, i atrijs domus dei nostri. Psal. Bonum est confiteri domino, ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris, quas in beati N. confessoris tui sollemnitate deferimus: vt, qui nostre iustitie fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per domin.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios.

i.C.4 Fratres. Spectaculum facti sumus mundo, ⁊ angelis, ⁊ hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Uos nobiles: nos autem ignobiles. Usqꝫ in hāc horā ⁊ esurimus, ⁊ sitimus, ⁊ nudi sumus, ⁊ colaphis cedimur, ⁊ instabiles sumus, ⁊ laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: ⁊ benedicim⁹. Persecutionem patimur: ⁊ sustinemus. Blasphemamur: ⁊ obsecramus. Tanquam purgamenta huius mūdi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos hec scribo: sed vt filios meos charissimos moneo: In Christo Iesu domino nostro. Graduale.

Os iusti meditabitur sapiētiā, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ⁊ non supplantabuntur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir q timet dominum, in mandatis eius cupit nimis, alleluia. Tēpore paschali Graduale omittit, ⁊ additur sequēs ℣. Iustus germinabit sicut lilium: ⁊ florebit in eternum ante dn̄m, all'a.

Post Septuagesimam Tractus.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.

Sequētia sancti euāgelij sm̄ Lucā.

ca.12 In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnū. Uendite que possidetis, ⁊ date eleemosynā. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientē

in

in celis, quo fur non appropiat, neqz tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit. Offertorium. In virtute tua domine letabitur iustus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secre.

Presta nobis, q̄s, op̄s deus: vt nostre humilitatis oblatio, et pro tuorū tibi grata sit honore sāctorū, et nos corpore pariter et mēte purificet. Per. Cōio. Amen dico vobis, quod vos, q reliquistis omnia, et secuti estis me, cētuplū accipietis, et vitā eternam possidebitis. Postcō.

Quesumus, omnipotens deus: vt, qui celestia alimenta percepimus, intercedente beato N. confessore tuo, per hec cōtra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

¶ Item alia epistola et Euangeliuz pro confess. non ponti. Lectio epistole btī Pauli apl̄i ad Philippēses.

ca. 3 Fratres: Que mihi fuerunt lucra, hec arbitratus sū ꝑpter Christum detrimenta. Veruntamē existimo omnia detrimentum esse propter eminentē sciētiā Jesu Christi dn̄i mei: propter quē omnia detrimentū feci, et arbitror vt stercora, vt Christū lucrifaciā: vt et inueniar in illo non habens meā iustitiā que ex lege est, sed illā q̄ ex fide est Christi Jesu, que ex deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis eius, et societatē passionis illius: configuratus morti eius, si quo modo occurraz ad resurrectionem que est ex mortuis. Non quod iā acceperiz, aut iā ꝑfect⁹ sim: sequor autē, si quo modo cōprehēdā in quo et cōprehensus sum a Christo Jesu.

Sequētia sancti euangelij sm̄ Lucā.



ca. 19 In illo tp̄e: Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolā hanc. Homo qdā nobilis abijt in regionē lōginquā accipere sibi regnuz, et reuerti. Vocatis aūt decē seruis suis, dedit eis decē mnas, et ait ad illos. Negotiamini dū venio. Ciues aūt eius oderant euz: et miserūt legationē post illū, dicētes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factū est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniā: vt sciret quātū quisqz negotiatus esset. Venit autē primus, dicēs. Dn̄e, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicens. Dn̄e mna tua fecit quinqz mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinqz ciuitates. Et alter venit, dicēs. Domine, ecce mna tua quam habui, reposita est in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas quod ego homo austerus sum: tollens quod non posui, et metēs quod nō seminaui: et quare non dedisti pecuniā meā ad mensam, et ego veniēs cū vsuris vtiqz exegissē illā: Et astātib⁹ dixit. Auferte ab illo mnā, et date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Dn̄e habet decē mnas. Dico aūt vobis, q2 oī habenti dabitur, et abundabit: ab eo autez qui non habet, et quod habet auferetur ab eo.

¶ De eodem communi pro Abbatibus alia Missa. Introitus.

Os iusti meditabitur sapientiā, ⁊ lingua eius loquetᷓ iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaveris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio. Oratio.

Intercessio nos q̄s, dn̄e, beati N. Abbatis cōmēdet: vt, quod nostris meritis nō valemus, eius patrocinio assequamur. Per dominū nostrum Jesum Christum filium.

Lectio libri Sapientie.

Ecc. 45

Dilectus deo, ⁊ hoībus, cuius memoria in bn̄dictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorū, ⁊ magnificavit eum in timore inimicorum, ⁊ in verbis suis monstra placavit. Glorificavit eum in conspectu regum, ⁊ iussit illi coram populo suo, ⁊ ostendit illi gloriā suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum, ⁊ elegit eū ex oī carne. Audivit enim vocē ipsius, ⁊ induxit illum in nubē. Et dedit illi corā precepta, ⁊ legem vite ⁊ discipline. Graduale.

Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt à te, ⁊ tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia, alleluia. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitᷓ, alleluia. ¶ Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequēs ℣. Justus germinabit sicut liliū, ⁊ florebit in eternum ante dn̄z, alleluia. Post Septuagesimā, Tractus. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ divitie in domo eiꝰ, ⁊ iustitia eius manet in seculū seculi. Seq. sancti evangelij sm̄ Mattheū.

ca. 19

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce, nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autez dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domū: vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrez, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, ⁊ vitam eternam possidebit. Offer.

Desiderium anime eius tribuisti ei domine, ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronā de lapide ꝑcioso. Secr.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus N. abbas, quesumus, in salutem nobis provenire deposcat. Per dominū. Communio. Fidelis servus ⁊ prudens, quem constituit dominus super familiam suaz: vt det illis in tpe tritici mensuram. Postcōmunio.

Protegat nos domine cum tui perceptione sacramēti beatus N. abbas pro nobis intercedendo: vt, ⁊ conversationis eius experiamur insignia, ⁊ intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum Jesum Christum filiuz tuum. Qui tecuz vivit ⁊ regnat.

In

IN COMMVNI VIRGINVM.

¶ Pro virgine τ marty. Introi.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regũ, τ nõ cõfundebar: τ meditabar ĩ mãdatis tuis, q̃ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, q inter cetera potẽtię tuę miracula, etiã in sexu fragili victoriã martyrij cõtulisti: cõcede ꝓpiti⁹: vt q beatę N. virginis τ martyris tuę natalitia colim⁹: p eius ad te exẽpla gradiamur. Per. Le. libri Sapiẽ.

Ecc. 51

Confitebor tibi dñe rex, τ collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: qm̃ adiutor τ protector factus es mihi: τ liberasti corpus meuz à perditione, à laqueo linguę iniquę, τ à labijs operantiuz mendacium: τ in conspectu astãtiuz factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordię nominis tui à rugientibus pręparatis ad escam: de manibus quęrentium animaz meam, τ de portis tribulationum, quę circũdederunt me. A pressura flãmę, quę circũdedit me: τ in medio ignis non suz ęstuata. De altitudine ventris inferi, τ à lingua coinquinata, τ à verbo mẽdacij, à rege iniquo, τ à lingua iniusta. Laudabit vsqz ad mortẽ anima mea dñm, quoniã eruis sustinentes te, τ liberas eos de manibus gẽtiũ, dñe deus noster. Graduale.

Dilexisti iustitiã, τ odisti iniquitatẽ. V. Propterea vnxit te deus, de⁹ tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia. V. Adducentur regi virgines post eã, proximę eius afferent̃ tibi in lętitia. all'a. Tempore paschali Graduale omittit̃. τ additur sequẽs V. Specie tua τ pulchritudine tua, intẽde prospere, ꝓcede, τ regna, all'a. Post Septuagesimã Tractus. Veni spõsa Christi, accipe coronam, quã tibi dñs pręparauit in ęternũ: pro cuius amore sanguinem tuũ fudisti. V. Dilexisti iustitiã, τ odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus, de⁹ tuus oleo lętitię prę consortibus tuis. V. Specie tua, τ pulchritudine tua intende prospere, procede, τ regna.

Seq. sancti euangelij s̃m Matheũ.



In illo tpe: Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolã hanc: Simile ẽ regnũ celorũ decẽ virginibus: q̃ accipiẽtes lãpades suas exierũt obuiã spõso τ sponsę. Quinqz autẽ ex eis erant fatuę, τ quinqz prudentes. Sed quinque fatuę, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleũ secum. Prudẽtes verò acceperunt oleuz in vasis suis cũ lãpadibus. Morã autez faciente spõso, dormitauerunt oẽs, τ dormierũt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiaz ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę, τ ornauerunt lãpades suas. Fatuę autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: q: lampades nostrę extinguuntur. Respõderunt prudẽtes, dicẽtes. Ne forte nõ sufficiat nobis, τ vobis, ite potius ad vẽdentes, τ emite vobis. Dum autẽ irent emere, venit sponsus: τ, quę

ca. 25

paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua. Nouissimè vero veniūt ⁊ reliquę virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amē dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, q2 nescitis diem, neque horaꝫ.

Offertorium. Afferentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. Secreta.

Suscipe domine munera, quę in beatę N. virginis ⁊ martyris tuę sollemnitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per. Cōio. Cōfundātur superbi, q2 iniustè iniquitateꝫ fecerunt in me: ego autē in mādatis tuis exercebor, ⁊ meditabor in tuis iustificationib9: vt non confundar. Postcōmunio.

Auxilientur nobis dn̄e sumpta mysteria: ⁊ intercedente beata N. virgine ⁊ martyre tua, sēpiterna faciant protectione gaudere. Per.

¶ Item pro virgine ⁊ martyre alia Missa. Introit9.

Me expectauerūt peccatores vt pderent me: testimonia tua dn̄e intellexi: omnis cōsummationis vidi fineꝫ, latum mandatum tuū nimis. Ps. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. V. Gloria patri. Oratio.

Indulgentiā nobis, quęsumus domine, beata N. virgo ⁊ martyr imploret: quę tibi grata semper extitit, ⁊ merito castitatis, ⁊ tuę professione virtutis. Per dominum.

Lectio libri Sapientię.

Ecc. 51

Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meā, ⁊ pro morte defluente deprecata sū. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assiduè, ⁊ collaudabo illud in cōfessione, ⁊ exaudita est oratio mea. Liberasti me de pditione, ⁊ eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, ⁊ laudē dicam nomini tuo, dn̄e deus noster.

Graduale. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius non commouebitur. V. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suuꝫ altissimus. Alleluia, alleluia. V. Hęc est virgo sapiēs, ⁊ vna de numero prudētum, alleluia. Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens V. O quam pulchra est, casta generatio cum claritate, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Veni spōsa Christi, accipe coronaꝫ, quā tibi dn̄s pręparauit in ęternum: pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. V. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus, óleo lętitię pręconsortibus tuis. V. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende, prospere procede, ⁊ regna. Sequentia sancti euāg. sm̄ Matthęum.



In illo tp̄e: Dixit Jes9 discipulis suis parabolā hanc. Simile ē regnū celorū thesauro abscondito in agro: quē q inuenit hō abscōdit: ⁊ pre gaudio illius vadit, ⁊ vēdit vniuersa

uersa que habet, et emit agrū illū. Iterum, simile est regnū celorū homini negociatori, querenti bonas margaritas. Inuēta autē vna preciosa margarita, abijt, et vendidit omnia q̄ habuit, et emit eam. Iterum, simile est regnū celorū sagene misse in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quā, cū impleta esset, educētes, et secus littus sedentes, elegerūt bonos in vasa, malos autē foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, et separabūt malos de medio iustorū, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiā dn̄e. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū, et in seculum seculi. Secreta. Hostias tibi domine beate N. virginis et martyris tue dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per do. Cōio. Feci iudicium et iustitiam, domine: non calumnientur mihi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viā iniquitatis odio habui. Postcōm. Diuini muneris largitate satiati, quesumus, domine deus noster: vt intercedente beata N. virgine et martyre tua: in eius semper participatione viuamus. Per domi.

¶ In Communi plurium virgin. et marty. Omnia dicunt vt supra pro vna virgine et marty. excepta oratione que dicitur vt sequitur, et epistola. De virginibus preceptū domini. que dicitur vt infra in cōi virgi. non martyrum folio 213. Oratio. Da nobis quesumus, domine deus noster, sanctarum virginū et martyrum tuarū N. et N. palmas incessabili veneratione venerari: vt, quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per do. Secre. Attende, q̄s, dn̄e, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum et virginum tuarum N. et N. festiuitate proposita: vt, sicut p̄ hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum. Postcommunio. Presta nobis, q̄s, dn̄e, intercedētibus sanctis martyribus atq; virginibus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mēte capiamus. Per.

¶ Pro virgine tantū. Introitus. Dilexisti iustitiā, et odisti iniq̄tatē: ppterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie, pre cōsortibus tuis. psal. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio. Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de btē N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Lectio eple bti Pauli apli ad Corinthios. 2.ca. 10 et 11. Fratres: Qui gloriatur, in dn̄o glorietur. Nō enim qui seipsū cōmendat, ille probatus est: sed quē deus cōmēdat. Utinā sustineretis modicū qd insipientie mee: sed et supportate me. Aemulor enī vos dei emulatione. Despondi enim vos vni viro

o virgines castā exhibere Christo. Grad. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intende prospere, procede, ꝛ regna. ℣. Propter veritatem, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam: deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi in letitia, alleluia.

¶ Tempore paschali Graduale omittit, ꝛ addit sequēs ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende prospere, procede, ꝛ regna, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus. Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultū tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: filie regū in honore tuo. ℣. Adducētur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in letitia ꝛ exultatione: adducentur in templum regis. Euangelium. Simile est regnū celorū decem virginibꝰ. vt supra i missa virginis ꝛ mar. f. 212.

Offertorium. Filie regum in honore tuo, astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorū: quorum se meritis de tribulatione pcepisse cognoscit auxilium, Per dñm. Communio.

Quinque prudētes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibus: media autē nocte clamor factꝰ est, ecce sponsus venit, exite obuiam Christo domino. Postcommunio.

Satiasti, domine familiam tuā muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue cuius sollēnia celebramus. Per.

¶ Item pro virgine tantum, alia Missa. Introitus.

Vultum tuū deprecabūtur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā: proxime eius adducentur tibi in letitia ꝛ exultatione. Psal. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ꝛ fi. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dñm no. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios. 1. C. 7

Fratres: De virginibus preceptum dñi non habeo: consiliū autē do tanquam misericordiā consecutus à dño vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantē necessitatem, qm̄ bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori: noli querere solutionē. Solutus es ab vxore: noli querere vxorem. Si autem acceperis vxorē: non peccasti. Et si nupserit virgo: nō peccauit. Tribulationem tñ carnis habebunt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquū est, vt, ꝛ qui habent vxores, tanquā non habentes sint: ꝛ qui flent, tanquam non flentes: ꝛ qui gaudent, tanquam non gaudentes: ꝛ qui emunt, tanquam non possidentes: ꝛ qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est que domini sunt, quomodo placeat deo.

Qui

Qui autẽ cũ vxore est, solicitus est q̃ sunt mundi, quomodo placeat vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier innupta ⁊ virgo cogitat que dñi sunt: vt sit sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu: In Christo Jesu dño nostro. Grad. Concupiuit rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam. Alla, alla. ℣. Hec est virgo sapiens, ⁊ vna de numero prudentũ, alleluia.

¶ Tẽpore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens ℣. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate, allia. Post Septuagesimã, Tractus. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filie regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eã: proxime eius afferentur tibi. ℣. Afferẽtur in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis. Euãgelium. Simile est regnũ celorũ thesauro abscondito in agro. vt supra in missa virgi. ⁊ marty. fo. 212. Offertoriũ. Afferentur regi virgines post eã, proxime eius afferentur tibi in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Cõmunio. Simile est regnũ celorũ homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta autem vna preciosa margarita, dedit omnia sua, ⁊ comparauit eam. Postcõmunio.

Satiasti dñe familiam tuã muneribus sacris: eius q̃s semper interuentione nos refoue, cuius solemnia celebramus. Per dominũ.

IN COMMVNI martyrum non virginum.

¶ Pro vna martyre non virgine. Introitus.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vide finem: latum mandatum tuum nimis. Psal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beate N. martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, q̃s, dñe deus noster, sanctarum martyrum tuarũ N. ⁊ N. palmas incessabili veneratione venerari: vt quas digna mẽte non possumus celebrare, humilibus saltẽ frequẽtemus obsequijs. Per.

Epist. Confitebor tibi domine rex. vt supra in missa virgi. ⁊ mart. f. 211. Graduale. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitie. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intende, prospere procede, ⁊ regna, Alleluia.

¶ Tẽpore paschali Gradua e omittitur, ⁊ additur sequẽs ℣. Propter veritatẽ, ⁊ mansuetudinem, ⁊ iustitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua, allã. Post Septuagesimã, Tractus. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi dominus preparauit in eternum: pro

cuius

cuius amore sanguinem tuum fudisti. ℣. Dilexisti iustitiam, ⁊ odisti iniquitatem propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende, prospere procede, ⁊ regna. Euangelium.

Simile est regnum celorum thesauro abscondito. vt supra. folio.212.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in seculum seculi, Alleluia. Secreta.

Suscipe, domine, munera, que in beate N. martyris tue sollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum nostrum Jesum Christum filium.

Si fuerint plures. Secreta.

Intende, quesumus, domine, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarum N. ⁊ N. festiuitate proposita: vt, sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum nostrum.

Communio. Principes persecuti sunt me gratis, ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego super eloquia tua, quasi q inuenit spolia multa. Postcommunio.

Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: ⁊ intercedente beata N. martyre tua, sempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Si fuerint plures: Postcommunio.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis: vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

¶ Pro nec virgine nec martyre.

Introitus.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua, ⁊ in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis non me repellas. Psal. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, sicut de beate N. festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum.

Lectio libri Sapientie.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul, ⁊ de vltimis finibus preciu eius. Confidit in ea cor viri sui: ⁊ spolijs non indigebit. Reddet ei bonu, ⁊ non malum, omnibus diebus vite sue. Quesiuit lanam, ⁊ linu: ⁊ operata est consilio manuu suarum. Facta est quasi nauis institoris de longe portans pane suum. Et de nocte surrexit, deditque preda domesticis suis, ⁊ cibaria ancillis suis. Considerauit agru, ⁊ emit eum: de fructu manuum suaru plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos: ⁊ roborauit brachiu suu. Gustauit ⁊ vidit, quia bona est negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fusum. Manu suam aperuit inopi: ⁊ palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus ⁊ purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatori-

Pro. 31

senatoribus terrę. Sindonem fecit ꝛ vendidit, ꝛ cingulum tradidit Chananęo. Fortitudo ꝛ decor indumentum eius, ꝛ ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientię: ꝛ lex clementię in lingua eius. Considerauit semitas domus suę: ꝛ panem otiosa non comedit. Surrexerunt filij eius, ꝛ beatissimam prędicauerunt: vir eius, ꝛ laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, ꝛ vana est pulchritudo; mulier timens dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: ꝛ laudēt eam in portis opera eius. Gradua.

D iffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in ęternuȝ. ℣. Propter veritatem ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: intende prospere, procede, ꝛ regna, alleluia. ¶ Tempore paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequens ℣. Propter veritatē, ꝛ mansuetudinē, ꝛ iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua, allia.

Post Septuagesimam Tractus.

Audi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi. ℣. Afferentur in lętitia ꝛ exultatione: adducentur in templum regis. Euangelium.

Simile est regnū celorum thesauro abscōdito. vt sup. fo. 212. Offertor.

Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternū, ꝛ in seculum seculi. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacratę plebis oblatio, pro tuoruȝ honore sanctorum: quorum se meritis de tribulatione pcepisse cognoscit auxilium. Per dominum nostruȝ. Cōmunio. Dilexisti iustitiaȝ, ꝛ odisti iniquitateȝ: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitię pręconsortibus tuis. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuaȝ muneribus sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos réfoue, cuius sollemnia celebramus. Per dominū nostrum Iesum Christum filium tuū. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spūs sancti deus, Per oīa secula seculorum. Amen.

¶ Item alia epistola pro vidua. Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Timotheum.

Charissime. Viduas honora, quę veré viduę sunt. Siqua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam régere, ꝛ mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram deo. Quę autem verè vidua est ꝛ desolata: speret in deum, ꝛ instet obsecrationibus ꝛ orationibus nocte ꝛ die. Nam quę in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc pręcipe, vt irreprehensibiles sint. Siquis autem suoruȝ ꝛ maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit, ꝛ est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens: si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit: si omne opus bonum subsecuta est. 1.c.5

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ecclesię. Introitus.

Terribilis est locus iste: hic domus dei est, ⁊ porta cęli: ⁊ vocabitur aula dei. Ps. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum: cõcupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos, huius sancti templi tui consecrationis réparas diem, ⁊ sacris semper mysterijs repręsentas incólumes: exaudi preces populi tui, ⁊ pręsta: vt, quisquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lętetur. Per dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

ca. 21

In diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentez de celo, à deo paratã, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, ⁊ habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: ⁊ ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum: ⁊ mors vltra non erit, neque luctus, neqꝫ clamor, neque dolor erit vltra, quę prima abierũt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Gradu.

Locus iste à deo factus est, inestimabile sacramentum, irreprehensibilis est. V. Deus, cui astat angelorum chorus, exaudi preces seruorũ tuorum. Alleluia, alleluia. V. Adorabo ad templum sanctum tuum: ⁊ confitebor nomini tuo, Alleluia.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens V. Bene fundata est domus dñi super firmaz petraz, allelia. Post Septuagesimã, Tractus. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion non commouebitur in ęternum, qui habitat in Hierusalem. V. Montes in circuitu eius, ⁊ dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc ⁊ vsqꝫ in seculum. Sequẽtia sancti euãge. sm Lucam.



ca. 19

In illo tpe: Ingressus Jesus pambulabat Jerico: Et ecce vir nomine Zaccheus: ⁊ hic erat princeps Publicanorũ, ⁊ ipse diues. Et quęrebat videre Jesũ qs esset: ⁊ nõ poterat pre turba: qr statura pusill⁹ erat. Et precurrẽs ascẽdit in arborẽ sycomorũ vt videret eũ: qr inde erat trãsitur⁹. Et cũ venisset ad locũ, suspiciens Jesus vidit illuz, ⁊ dixit ad eũ. Zacchee festinans descẽde: qr hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: ⁊ excepit illũ gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicẽtes quòd ad hominem peccatorẽ diuertisset. Stans autẽ Zaccheus dixit ad Jesuz. Ecce dimidium bonorũ meorũ dñe do pauperibus: ⁊, si quid aliquẽ defraudaui, reddo quádruplũ. Ait Jesus ad eũ. Quia hodie salus domui huic facta est: eo ꝙ ⁊ ipse sit filius Abrahę. Venit enim filius hominis quęrere ⁊ saluum facere quod perierat. Offertorium.

Dñe de⁹ in simplicitate cordis mei lętus óbtuli vniuersa: ⁊ populũ tuũ:

qui

qui repertus, est vidi cũ ingenti gaudio: deus Israel custodi hac voluntatem, domine deus. Secreta.

Annue, q̃sumus domine, precibus nostris: vt quicunq; intra templi huius, cuius anniuersarium dedicationis diẽ celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis & animę deuotione placeamus: vt dum hęc vota pręsentia reddimus, ad ęterna pręmia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum. Communio.

Domus mea, domus orationis vocabit, dicit dominus: in ea omnis q petit, accipit: & qui quęrit, inuenit, & pulsanti aperietur. Postcõmunio.

Deus, qui de viuis & electis alpidibus ęternuz maiestati tuę pręparas habitaculũ: auxiliare populo tuo supplicanti: vt qd ecclesię tuę proficit corporalib⁹ spatijs, spũalibus amplificet augmentis. Per.

¶ Infra octauã dedicatiõis ecclesię & in die octauę dicit Missa vt supra i anniuersario Dedica. Ecclesię. Sed infra Octa. dicit secunda oratio de Sancta Maria. Concede nos famu. tertia Ecclesię, vel p Papa.

¶ In ipsa die dedicationis Ecclesię missa dicitur, vt supra in anniuersario dedicationis, exceptis orationibus, quę dicunt vt sequit. Oratio.

Deus, qui inuisibiliter omnia cõtines, & tamẽ pro salute generis humani signa tuę potentię visibiliter ostendis: templum hoc potentia tuę inhabitationis illustra: & concede: vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacũque tribulatione ad te clamauerint, consolationis tuę beneficia consequantur. Per dominum no. Secreta.

Deus, qui sacrandorum tibi auctor es munerum, effunde sup hanc orationis domum benedictionez tuã: vt ab omnib⁹ in ea inuocãtibus nomen tuum, defensionis tuę sentiatur auxiliũ. Per. Postcõio.

Quęsumus, oĩpotens deus: vt in hoc loco, quẽ noĩ tuo idigni dedicauimus, cunctis petẽtibus aures tuę pietatis accõmodes. Per.

¶ In ipsa die dedicationis altaris totũ officiũ agit vt supra in anniuersario dedicationis Ecclesię, pter orones, loco quarũ dñr sequẽtes. Orõ.

Deus, qui ex omni coaptatione sanctorũ ęternũ tibi condis habitaculum: da ędificationi tuę incrementa cęlestia: vt, quorum hic reliquias pio amore cõplectimur, eorum semper meritis muniamur. Per dominum nostrum. Secreta.

Omnipotẽs sempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatuz cęlesti virtutis benedictione sanctifica, & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostende: vt, & hic sacramentorum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per dominuz nostrum Iesum. Postcõmunio.

Quęsumus omnipotẽs deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato cunctis petentibus aures tuę pietatis accõmodes. Per dominũ.

Sequẽtes missę votiuę, licet p sacerdotis deuotione quacunq; die dici possint p hebdomadam quando festuz duplex non occurrit. (Quod tamen passim nisi rationabili de causa fieri non debet, Sed quoad fieri potest, missa officio conueniat) cuiq; tñ dici propria missa potest assignari, vt feria ij. (nisi dicat p defunctis) missa de Trinitate. Fer. iij. de

iij. de Angelis. Feria iiij. de apostolis. Feria v. de Spiritu sancto. Feria vj. de Cruce. Sabbato de sancta Maria. In ipsis non dicitur Gloria in excelsis Deo. nec Credo in vnum. nisi pro publica ecclesię causa. In missa autem beatę Marię, & in Missa Angelorum dicitur tantum Gloria in excelsis Deo.

MISSA DE SANCTA TRINITATE. Introitus.

Benedicta sit Sancta Trinitas, atque indiuisa vnitas: confitebimur ei: quia fecit nobiscũ misericordiam suã. Ps. Dñe dñs nr̃, quàm admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriã agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem: q̃s: vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis. Per do.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

ca. 13 Fratres: Gaudete, pfecti estote, exhortamini, idem sápite, pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Gratia dñi nostri Iesu Christi, & charitas dei, & cõicatio sancti spiritus sit cũ omnibus vobis, Amen. Gradu. Benedictus es domine, qui intuéris abyssos, & sedes super Cherubim. ℣. Benedictus es dñe in firmamento celi, & laudabilis in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorũ, & laudabilis in secula, allia. Tempore paschali Graduale omittitur vsque ad primum Alleluia, & additur alius versus vt sequitur. ℣. Benedicamus patrem & filium cũ sancto spiritu, alleluia. Post Septuagesimaz Tractus. Te deuz patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es deus solus. ℣. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, in secula sempiterna, o beata Trinitas. Sequẽ. sancti euãgelij sm Ioannez.

ca. 15 & 16 In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum vénerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hęc locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium pręstare deo. Et hęc facient vobis: quia non nouerunt patrẽ, neque me. Sed hęc locutus sum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiscamini quia ego dixi vobis. Offert. Benedictus sit deus pater, vnigenitusq; dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica, quęsumus dñe deus noster, p tui sancti nominis inuocationem, huius oblationis hostiam: & per eam nosmetipsos tibi pfice munus ęternũ. Per. Prefatio de s. Trinitate. Qui cuz vnigenito. fol. 105. Cõmunio. Benedicimus deũ celi, & corã oĩbus viuentibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiscum misericor-

misericordiam suam. Postcõio.

Proficiat nobis ad salutem corporis et animę, domine deus noster, huius sacramenti susceptio: et sempiternę sanctę Trinitatis, eiusdemque indiuiduę vnitatis confessio. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Tēpore paschali in fine Introitus, Offertorij, et Cõmunionis, tam in superiori, quàm in sequētibus missis vbi non habetur, addit Alleluia

¶ Pro gratiarum actione dicitur Missa de sancta Trinitate, vel de Spiritu sancto, vel de Sancta Maria, additis sequentibus orationibus. Oratio.

Deus, cuius misericordię non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimę maiestati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: vt, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad pręmia futura disponas. Per dominum nostrum Jesum: Secreta.

Hostias domine sacrificii huius cum gratiarum actionibus suscipe suauitatis, et pręsta: vt, quos exaudire, et incolumes seruare dignatus es: ab omni in posterum aduersitate custodias: et in tuo seruitio et amore concrescant. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Deus, qui neminem in te sperātem, nimium affligi permittis, sed pium precibus pręstas auditum: pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes: vt per hęc, quę sumpsimus, à cunctis eripi mereamur aduersis. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū tuum.

¶ Missa de Angelis. Introitus.

Benedicite dominum omnes angeli eius, potētes virtute: qui facitis verbum eius ad audiendam vocē sermonum eius. Ps. Benedic anima mea dño: et omnia quę intra me sunt nomini sancto ei⁹. V. Gloria patri, et filio, etc. Oratio.

Deus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumque dispensas: cõcede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum no.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

In diebus illis: Audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum: et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna. Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, et diuinitatem, et sapiētiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnē creaturam quę in celo est, et super terram, et sub terra, et quę sunt in mari, et quę in eo, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, et agno, benedictio, et honor, et gloria, et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant. Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas: et adorauerunt viuentem in secula seculorum. Gradua. Laudate dominum de celis, laudate eum in excelsis. V. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia, alleluia. V. In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuū, et confitebor nomini tuo, alleluia.

ca. 5.

Tempore paschali Graduale omittitur, ꝛ additur sequens ℣. Angelus domini descendit de celo, ꝛ accedēs reuoluit lapidē, ꝛ sedebat super euꝫ, alleluia. Post Septuag. Tractus.

Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣. Benedicite domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eiꝰ. ℣. Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino.

Seq. sancti euangelij ſm Joannem.

ca. 1. In illo tempore: Uidit Jesus Nathanael venientē ad se: ꝛ dicit de eo. Ecce verē Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Unde me nosti? Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cū esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, ꝛ ait. Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Jesus, ꝛ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amē, amen dico vobis, videbitis celū apertuꝫ, ꝛ angelos dei ascendētes ꝛ descēdētes supra filiū hominis. Offertoriū.

Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua: ꝛ data sunt ei incensa multa: ꝛ ascendit fumus aromatum de manu angeli in conspectu dei. Secreta.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimus: suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio, ꝛ placatus accipias, ꝛ ad salutem nostrā prouenire concedas. Per dominum. Cōio.

Angeli, Archāgeli, Principatus, ꝛ Potestates, Uirtutes celorū, Dominationes, ꝛ Throni, Cherubim, atque Seraphim, dominum benedicite in eternum. Postcōmunio.

Repleti, domine, benedictione celesti, suppliciter imploramꝰ: vt, quod fragili celebramus officio, sanctorum angelorum atqꝫ archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum.

¶ Alia missa votiua de sancto Michaele archāgelo, prout in eius dedicatione mēse Septembris. f. 192.

¶ Missa votiua de sanctis Apostolis Petro ꝛ Paulo. Introitus.



Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deꝰ: nimis confortatus est principatus eorū. Ps. Dn̄e probasti me, ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, ꝛ resurrectionem meaꝫ. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Deus, cuius dextera beatū Petrū ambulantē in fluctibus, ne mergeretur erexit, ꝛ coapostolū eiꝰ Paulū tertio naufragātē de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitiꝰ, ꝛ cōcede: vt amborū meritis, eternitatis gloriā consequamur. Qui vi.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 5. In diebus illis: Per manus Apostolorum fiebant signa ꝛ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceteroruꝫ autē nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis auteꝫ augebatur credētiū in domino multitudo virorū ac mulierum: ita vt in plateas eiicerent infirmos, ꝛ ponerent

rent in lectulis ⁊ grabátis: vt venién te Petro, saltẽ vmbra illius obumbraret quenquã illorum, ⁊ liberarentur ab infirmitatibus suis. Cõcurrebat autem ⁊ multitudo vicinarũ ciuitatum Hierusalem, afferentes ęgros ⁊ vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. Grad. Constitues eos principes super omnem terrã, memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. All'a, all'a. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum, all'a. Post Septuagesimam, Tractus. Qui seminãt in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua. ℣. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Seq. sancti euangelij s̃m Matthęũ.

c. 19. In illo tempore. Dixit Simon Petrus ad Jesum. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, ⁊ vitam ęternam possidebit. Offertorium. In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta. Offerimus tibi domine preces ⁊ munera: quę, vt tuo sint digna conspectu, apostolorũ tuorum Petri ⁊ Pauli pcibus adiuuemur. Per d. Prefatio de Apost. f. 106. Cõio. Uos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodeciʒ tribus Israel. Postcõmunio. Protege dñe populuʒ tuum: ⁊ apostolorũ tuorum Petri ⁊ Pauli patrocinio confidentẽ ppetua defensione conserua. Per dñ.

¶ Tempore paschali dicitur missa vt in festo sancti Marci, preter Orationem, Epistolam, ⁊ Euangelium, quę dicuntur vt supra.

¶ Missa de Spiritu sãcto. Introit.



Spiritus dñi repleuit orbeʒ terrarũ, ⁊ hoc quod cõtinet oĩa sciẽtiã habet vocis. Psal. Exurgat deus, ⁊ dissipẽtur inimici ei⁹, ⁊ fugiant qui oderunt eum, à facie eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio. Deus, qui corda fidelium, sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spiritu recta sápere, ⁊ de eius semper consolatione gaudere. Per. in vni. eiusdem.

Lectio Actuum Apostolorum.

ca. 8. In diebus illis. Cum audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbũ dei: miserunt ad eos Petrum, ⁊ Joannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nonduʒ enim in quẽquam illorum venerat: sed baptizati tantũ erant in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos: ⁊ accipiebant spiritum sanctuʒ.

Grad. Beata gens, cuius est dominus deus eorum: populus quez elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sunt, ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, all'a. ℣. Veni sancte spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignē accende, all'a. Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens ℣. Emitte Spiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciē terrę, alleluia. Post Septuage. Tractus. Emitte Spiritum tuum, ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faciem terrę. ℣. O quàm bonus ⁊ suauis est, domine, Spiritus tuus in nobis. ℣. Veni sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Seq. sancti euangelij sm Joannem.

ca. 14

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Siqs diligit me, sermonem meuz seruabit, ⁊ Pater meus diliget eum, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonē quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, ⁊ suggeret vobis omnia, quecunqz dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Nō quómodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrū, neque formidet. Audistis qr ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiqz qr vado ad patrez: qr pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mūdi huius, ⁊ in me non habet quicquam. Sed, vt cognoscat mundus qr diligo patrez: ⁊ sicut mandatuz dedit mihi pater, sic facio. Offert. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: à tēplo sancto tuo, quod est in Hierusalē, tibi offerent reges munera. Secreta.

Munera, q̄s dñe, oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti spirit⁹ illustratione emunda. Per dom. in vnitate eius. Prefatio. Qui ascendens super omnes celos. folio 106. Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis, vbi erāt sedētes: ⁊ repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes magnalia dei. Postcōmunio.

Sancti spiritus, q̄s, dñe, corda nostra mundet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fecūdet. Per domin. in vnitate eiusdem spiritus.

¶ Ad postulandum gratiaz Spiritus sancti, dicitur missa vt supra cum sequentibus orationibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, ⁊ omnis volūtas loquitur, ⁊ quem nulluz latet secretū: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfectè diligere, ⁊ dignè laudare mereamur. Per dominum nostrum Jesum Christum. in vnitate eiusdez spiritus sancti deus, per. Secreta.

Haec oblatio, quesumus domine, cordis nostri maculas emūdet: vt sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per dominum in vnitate eiusdem. Postcom.

Concede, q̄s oīps deus, sanctū

nos Spiritum votis promereri sedulis: quatenus eius gratia, & ab omnibus liberemur tentationibus, & peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur accipere. Per dominũ.

¶ Potest etiam in hac quinta feria dici missa votiua de sanctissimo Sacramẽto, q̃ habet̃ i ei⁹ festo. fol. 130.

¶ Missa de sancta Cruce. Introit.

NOs autem gloriari oportet i Cruce dñi nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus. ps. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui vnigeniti filii tui precioso sanguine, viuificę Crucis vexillum sanctificare voluisti: cõcede, q̃s: eos, qui eiusdem sanctę Crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eũ.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Philippenses.

ca. 2. FRatres. Christus factus est pro nobis obediẽs vsque ad mortẽ: mortem aũt Crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomẽ: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Graduale. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter quod & deus exaltauit illum: & dedit illi nomen quod est super omne nomẽ. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę sola fuisti digna sustinere regem celorum, & dominum, alleluia. Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit à ligno, allã.

Post Septuagesimam, Tractus.

Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundum. ℣. Tuam Crucem adoramus domine, tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem celorũ, & dñm.

Seq. sancti euangelij sm Matthęũ.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. Ecce, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. ca. 20.

Offertorium. Protege domine plebem tuam per signum sanctę crucis ab omnibus insidijs inimicorũ omnium: vt tibi gratam exhibeamus seruitutem, & acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secreta.

HAec oblatio, quęsumus domine, ab omnibus nos purget offensis: quę in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offensam. Per dominũ. Prefatio de cruce. Qui salutẽ humani generis. f. 104.

Communio. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcommunio.

ADesto nobis domine Deus noster: &, quos sanctę Crucis letari facis honore, eius quoque per-

petuis defende subsidiis. Per do.

¶ Tempore paschali, loco prime orationis dicitur sequens Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuũ crucis patibulũ subire voluisti, vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eundem dominũ.

Et ad Introitum, Offertorium, & Postcommunionẽ addit Alleluia vt supra in propria rub. dictum est.

¶ Alia Missa de Passione domini nostri Jesu Christi. Introitus.

Humiliauit semetipsum dominus Jesus Christus vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo: in generatione & generationẽ. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui de celis ad terram de sinu patris descendisti, & sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicii, ad dexteram tuam audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis, & regnas.

Lectio Zacharie Prophete.

c. 12 13.

Hec dicit dominus. Effundã super domum Dauid, & super omnes habitantes Hierusalem, spiritum gratie & miserationis: & aspicient in eum quẽ confixerunt: & plãgent eum planctu quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum: vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Hierusalem: & dicetur. Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui diligebãt me. Framea suscitare super pastorem meũ, & super virum coherentem mihi, dicit dñs exercituũ. Percute pastorem, & dispergentur oues: Ait dominus omnipotens. Grad. Improperiũ expectauit cor meũ, & miseriam: & sustinui, qui simul mecum cõtristaretur, & non fuit: consolantem me quesiui, & non inueni. ℣. Dederunt in escam meã fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Alleluia, alleluia. ℣. Aue rex noster: tu solus nostros es miseratus errores, patri obediens, ductus es ad crucifigendum: vt agnus mansuetus ad occisionem, Alleluia.

Tempore paschali Graduale omittitur, & additur sequens ℣. Tibi gloria osanna: tibi triumphus & victoria: tibi summe laudis & honoris corona, Alleluia. Post Septuag. Tractus.

Vere languores nr̃os ipse tulit, & dolores nr̃os ipse portauit. ℣. Et nos putauimus eum quasi leprosũ, & percussum à deo, & humiliatũ. ℣. Ipse aũt vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est ꝓpter scelera nostra. ℣. Disciplina pacis super eũ: & liuore eius sanati sumus.

Seq. sancti euangelij ſm Joannem.

c. 19

In illo tempore: Sciens Jesus quia iam omnia consummata sunt, vt cõsummaretur scriptura, dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenam hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo, quo-

quoniã parasceue erat, vt nõ remanerẽt ĩ cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerẽtur eorũ crura, & tollerentur. Venerũt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura: & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cũ venissent, vt viderunt eũ iã mortuũ, non fregerunt eius crura, sed vnus militum láncea latus eius apéruit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimoniũ perhibuit: & verũ est testimoniũ eius. Offert.

Insurrexerunt in me viri iniqui: absque misericordia quęsierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meam spuere: lanceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt omnia ossa mea. Secreta.

Oblatum tibi dñe sacrificium, intercedente vnigeniti filij tui passione, viuificet nos semper & muniat. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti deus. Per omnia sec. Cõio. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Postcõio.

Domine Iesu Christe fili dei viui, qui hora sexta pro redemptione mundi crucis patibulũ ascendisti, & sanguinẽ tuũ preciosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt post obitum nostrũ, paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis & regnas cum deo patre, in vnitate Spiritus sancti deus, Per omnia secula seculorum. R. Amen.

¶ Missa votiua de Sancta Maria, à Dñica i. Aduentus vsq; ad Natiuitatem domini.

Introitus.

M. N. R.

Rorate celi desuper, & nubes pluant iustũ: aperiat terra, & germinet saluatorem. Psal. Benedixisti dñe terrã tuam, auertisti captiuitatẽ Iacob. V. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt, qui verè eam genitricem dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem dominũ no.

Lectio Isaię prophetę.

In diebus illis, Locutus est dominus ad Achaz, dicẽs. Pete tibi signum à dño deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petã: & non tẽtabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid paruũ vobis est, molestos esse hominibus, q? molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrum & mel cómedet, vt sciat reprobare malũ, & eligere bonum. Grad. ca. 7.

Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. V. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? innocẽs manibus, & mundo corde. Alla, alla. V. Aue maria, gratia plena: dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Seq. sancti euangelii sm Lucam.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilęę, cui nomen Nazareth, ad ca. 1.

virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecuꝫ: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiaꝫ apud deum. Ecce concipies in vtero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem David patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniaꝫ viruꝫ non cognoſco? Et reſpõdens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ⁊ virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, ⁊ ipſa concepit filiũ in ſenectute ſua: ⁊ hic menſis, eſt ſextus illi, q̃ vocatur ſterilis: qꝛ non erit impoſſibile apud deũ omne verbũ. Dixit aũt Maria. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſm verbum tuũ. Offertoriuꝫ.

Aue Maria, gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus vẽtris tui. Secr.

In mentibus noſtris, q̃s dñe, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, deuꝫ verum ⁊ hominem confitemur: per eiuſdem ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternaꝫ mereamur peruenire lętitiam. Per eundem do.

Prefatio. Et te in veneratione beatę Marię. 105. quę in ſequentibus quoqꝫ Miſſis de S. Maria dicitur.

Communio. Ecce virgo cõcipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Poſtcommunio.

Gratiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciante, Chriſti filii tui incarnationeꝫ cognouimus, per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum noſtrum.

¶ A Natiuitate vſque ad Puriſicationem. Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia ⁊ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbuꝫ bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c. Oratio.

Deus, qui ſalutis ęternę, beatę Marię virginitate fęcũda, humano generi pręmia prędtitiſti, tribue quęſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimus auctorem vitę ſuſcipere dñm noſtrum Jeſum Chriſtuꝫ filiũ tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Lectio epiſtolę beati Pauli Apoſtoli ad Titum.

Chariſſime. Apparuit benignitas ⁊ humanitas Saluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitię quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuaꝫ miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Jeſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę: In Chriſto Jeſu

ca. 3.

Jesu dño nostro. Grad. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi, lingua mea calamꝰ scribe velociter scribētis. Alleluia, alla. ℣. Post partū virgo inuiolata pmāsisti: dei genitrix intercede ꝓ nobis, alla. Post Septuag. Tract. Gaude Maria virgo, vt in sequēti Missa. Seq. sancti euang. sm Lucā.

ca. 2.

In illo tpe: Pastores loquebā tur adinuicem. Trāseamus vsque Bethlehem: ⁊ videamus hoc verbum quod factum est: quod fecit dñs, ⁊ ostendit nobis. Et venerunt festinantes: ⁊ inuenerunt Mariam, ⁊ Joseph, ⁊ infantem positū in presepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierūt, mirati sunt: ⁊ de his, que dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia verba hec, cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes ⁊ laudātes deū in omnibus que audierant, ⁊ viderant: sicut dictū est ad illos. Offert. Felix namque es sacra virgo Maria, ⁊ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie, Christus deus noster. Secreta. Muneribus nostris, quesumus dñe, precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mūda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum no. Communio. Beata viscera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium. Postcommunio. Haec nos cōio dñe purget à crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, celestis remedij faciat esse consortes. Per eundē do.

¶ A Purificatione vsq; ad Pascha. Introitus.

Salue sancta parens, enixa puerpera regē: qui celum, terrámq; regit in secula seculorū. ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio. Concede nos famulos tuos, qs, dñe deus, ppetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate Marie semp virginis intercessione, à presenti liberari tristitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per do. Lectio libri Sapientie.

eccl. 24

Ab initio ⁊ ante secula creata sum: ⁊ vsq; ad futurū seculū nō desinā: ⁊ in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sū: ⁊ in ciuitate sāctificata similiter requieui: ⁊ in Hierusalē potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illius: ⁊ i plenitudine sanctorū detētio mea. Grad. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quē totꝰ nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alla, alla. ℣. Virga Jesse floruit: virgo deū ⁊ hominē genuit: pacem deus reddidit: in se reconcilians ima sūmis, alla. Post Septuag. Tract. Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti. ℣. Que Gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dū virgo deū ⁊ hominē genuisti: ⁊ post partū virgo inuiolata pmāsisti. ℣. Dei genitrix intercede ꝓ nobis.

Seq.

Seq. sancti euangelij s'm Lucam. ca. 11

In illo tp̄e: Loquente Jesu ad turbas: Extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbū dei, et custodiunt illud. Offert. Felix nanque es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: q2 ex te ortus est sol iustitie, Christus deus noster. Secreta.

Tua dn̄e propitiatione, et beate Marie semper virginis intercessione, ad perpetuam atqꝫ presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominū.

Communio. Beata viscera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium. Postcommunio.

Sumptis dn̄e salutis nostre subsidijs, da, q̄s, beate Marie semp virginis patrocinijs nos vbiqꝫ protegi, in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominū.

¶ A Pascha vsque ad Pentecosten. Introitus.

Salue sancta parens, enixa puerpera regē: qui celum, terrámqꝫ regit in secula seculorū. Ps. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Oratio.

Concede nos famulos tuos, q̄s, dn̄e deus, ppetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate Marie semp virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectio libri Sapientie. c. 24.

Ab initio et ante secula creata sum: et vsqꝫ ad futurū seculū nō desinā: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sū: et in ciuitate sc̄tificata similiter requieui: et in Hierusalē potestas mea. Et radicaui ī populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et ī plenitudine sanctorū detētio mea. Alla, alla. V. Virga Jesse floruit: virgo deū et hominē genuit: pacem deus reddidit: in se reconcilians ima summis, alla. V. Aue Maria, gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, Alleluia.

Seq. sancti euangelij s'm Joannem. c. 19.



In illo tempore: Stabat autem iuxta crucem Jesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophe, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem quem diligebat, dicit matri sue: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Offertoriū. Beata es virgo Maria, que omnium portasti creatorem: genuisti qui te fecit, et in eternum permanes virgo, alleluia. Secreta.

Tua domine propitiatione, et beate Marie semper virginis intercessione: ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacem. Per dominum nostrum Jesum Christū.

Communio. Beata viscera Marie virginis,

virginis, quę portauerunt ęterni patris filium, alleluia. Postcōmunio.

SUmptis dñe salutis nostrę subsidijs, da, q̄s, beatę Marię semp virginis patrocinijs nos vbiq3 protegi, in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominū.

¶ A Pentecoste vsq3 ad Aduentum. Introitus.

SAlue sancta parens, enixa puerpera regē: qui cęlum, terrámq3 regit in secula seculorū. ps. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. V. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Oratio.

COncede nos famulos tuos, q̄s, dñe deus, ppetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatę Marię semp virginis intercessione, à pręsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia. Per do.

Lectio libri Sapientię.

Eccl. 24

AB initio & ante secula creata sum: & vsq3 ad futurū seculum nō desinā: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sū: & in ciuitate sctificata similiter requieui: & in Hierusalē potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius: & i plenitudine sanctorū detētio mea. Grad. Benedicta & venerabilis es virgo Maria: q̄ sine tactu pudoris inuēta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix, quē tot⁹ nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. All'a, all'a. V. Post partum virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Seq. sancti euangelij s'm Lucam.

ca. 11

IN illo tpe. Loquente Iesu ad turbas: Extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, & vbera quę suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbū dei, & custodiunt illud. Offer. Aue Maria, gratia plena: dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Secreta.

TUa dñe propitiatione, & beatę Marię semper virginis intercessione, ad perpetuam atq3 pręsentem hęc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per dominū.

Communio. Beata viscera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Postcommunio.

SUmptis dñe salutis nostrę subsidijs, da, q̄s, beatę Marię semper virginis patrocinijs nos vbiq3 protegi: in cuius veneratione hęc tuę obtulimus maiestati. Per do.

ALIAE MISSAE VOTIuę pro diuersis, quacunq3 die dicēdę, nisi fuerit Dominica, vel officium duplex, quę tamen passim non dicātur, nisi vrgenti de causa: vt supradictum est de aliis missis votiuis.

¶ Missa pro quacunque necessitate. Introitus.

SAlus populi ego sum, dicit dominus: de quacunq3 tribulatione clamauerint ad me, exaudiā eos: & ero illorum dominus in perpetuū. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. V. Gloria patri, & filio. Oratio.

Ineffa-

INeffabilem misericordiā tuam domine nobis clemēter ostende: vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a penis, quas pro his meremur eripias. Per dominum.

Lectio Hieremię Prophetę.

.14. SI iniquitates nostrę contēderint contra nos: Domine fac propter nomen tuum: quoniā mul tę sunt auersiones nostrę. Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, ⁊ nomē tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos, dn̄e deus noster.

Graduale. Liberasti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, confudisti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo cōfitebimur in secula. Alleluia, alleluia. ℣. Propiti⁹ esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? Alleluia.

Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens ℣. Exultabo, ⁊ letabor in misericordia tua: qm̄ respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animā meā, all'a.

Post Septuagesimam Tractus.

De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animā meā: deus meus in te confido, non erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant, nō confundentur: cōfundantur omnes faciētes vana.

Seq. sancti euangelij sm̄ Marcum.

a.11. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Habete fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, ⁊ mittere in mare: ⁊ non hesitauerit in corde suo, sed crediderit qr̄ quodcunqꝫ dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunque orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ euenient vobis.

Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ super iram inimicorum meorū extendes manum tuam, ⁊ saluum me fecit dextera tua.

Secreta.

PUrificet nos domine, quesumus, muneris presentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione perficiat. Per dominum nostrum.

Communio. Memento verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea.

Postcommunio.

PResta, quesumus domine, vt terrenis affectibus expiati, ad superni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominum nostrum Iesum.

Missa pro peccatis. Introitus.

MIsereris omniū domine, ⁊ nihil odisti eorū que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitentiam, ⁊ parcēs illis: qr̄ tu es dn̄s deus noster. Ps. Miserere mei deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.

Oratio.

EXaudi, quesumus domine, supplicum preces: ⁊ confitentiū tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, ⁊ pacem. Per dominum nostrum.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos.

FRatres: Condelector legi dei ca.7.

dei secundū interiorem hominē. Uideo aūt aliā legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meę, ⁊ captiuantē me in lege peccati, quę est in mēbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Jesum Christum dominum nostrum. Gradua.

Propiti⁹ esto dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum? ℣. Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ propter honorē nominis tui domine libera nos. Alla, alla. ℣. Deus iudex iustus, fortis, ⁊ patiens: nunquid irascetur per singulos dies? alleluia. Tēpore paschali Graduale omittitur, ⁊ additur sequens ℣. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ lętitiā, ⁊ exultabunt ossa humiliata, allā. Post Septuag. Tract⁹.

De profundis clamaui ad te dñe, dñe exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tuę intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe, domine quis sustinebit? Seq. sancti euangelii ẜm Lucam.

ca. 11

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Petite, ⁊ dabitur vobis: quęrite, ⁊ inuenietis: pulsate, ⁊ aperietur vobis. Omnis enī qui petit, accipit: ⁊ qui quęrit, inuenit: ⁊ pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscē: nunquid serpentem pro pisce dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de celo, dabit spiritum bonum petentibus se? Offertoriū.

Domine exaudi orationem meā: ⁊ clamor meus ad te pueniat. Secre.

Hostias tibi domine placationis ⁊ laudis offerim⁹: vt ⁊ delicta nostra miseratus absoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dom. Communio. Petite, ⁊ accipietis, quęrite, ⁊ inuenietis: pulsate, ⁊ aperietur vobis: omnis enim qui petit: accipit: ⁊ qui quęrit, inuenit: ⁊ pulsanti aperietur, alleluia. Postcōio.

Presta nobis ęterne saluator: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dominū nostrū.

¶ Missa pro eligēdo summo Pōtifice sede vacante dicitur de Spiritu sancto, vel vt sequitur. Introitus.

Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum ⁊ animam meā faciet: ⁊ ędificabo ei domū fidelē, ⁊ ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis māsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oro.

Supplici domine humilitate deposcim⁹: vt sacrosanctę Romanę ecclesię concedat pontificem illum tua immensa pietas: qui ⁊ pio in nos studio semper tibi placitus, ⁊ tuo populo pro salubri regimine sit assiduè ad gloriā tui nominis reuerendus. Per dominum nostrū Jesum Christum filium tuum.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Hebręos.

ca. 4. ⁊ 5.

Fratres: Adeamus cū fiducia ad thronū gratię eius: vt misericordiā consequamur, ⁊ gratiā inueniam⁹ in auxilio opportuno. Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur

tuitur in his que sunt ad deum: vt offerat dona et sacrificia pro peccatis. Qui condolére possit his qui ignorant et errant: quoniam et ipse circundatus est infirmitate: et propterea debet, quemadmodum et pro populo, ita et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à deo tanquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternū, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sue, preces, supplicationésque ad eum, qui possit eum saluū facere à morte cum clamore valido et lacrymis offerens exauditus est pro sui reuerētia. Graduale. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, et cuius manus in sacerdotio consecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus: debuit per omnia fratribus similari. ℣. Ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deū, vt repropitiaret debita populi. Alla, alla. ℣. Sacerdos sit sanctus, sicut ego sum dominus, qui sanctifico vos, alleluia. Tempore paschali Graduale omittitur, et additur sequens ℣. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas, et cognoscunt me mee, alla. Post Septuagesimā Tractus. Surge domine in requiē tuam, tu, et arca sanctificationis tue. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui exultatione exultabunt. ℣. Propter Dauid seruum tuum non auertas faciē Christi tui. Seq. sancti euangelij scd'm Joannem.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē, et alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternū spiritū veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nō videt eū, nec scit eum. Uos autē cognoscetis eum: quia apud vos manebit, et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: et mundus iam me non videt. Uos aūt videbitis me: quia ego viuo, et vos viuetis. Offertorium. Non participētur sancta, donec exurgat pontifex in ostēsione, et veritate. Secreta. Ue nobis domine abundantia pietatis indulgeat: vt per sacra munera, que tibi reuerenter offerimus, gratum maiestati tue pontificem sancte matris ecclesie regimini preesse gaudeamus. Per dominū. Cōio. Ueste sancta vtetur pōtifex, qui fuerit constitutus, et qui ingredietur tabernaculum testimonii, vt ministret in sanctuario. Postcōio. Preciosi corporis et sanguinis tui nos domine sacramēto refectos mirifica tue gratia maiestatis de illius summi pontificis confessione letificet: qui et plebem tuam virtutibus instruat, et fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate.

¶ In die creationis et coronationis Pape, et eiusdem diei anniuersario dicitur missa vt in Cathedra beati Petri: fo. 153. cum oratione. Deus omnium fidelium. fol. 228. omissis orationibus SS. Petri et Pauli.

¶ In anniuersario creationis Episcopi dicitur sequēs Missa. Introitus.

Sacerdotes tui. de cõmuni cõfess. pont. fo.208. omissa oratione festi, cuius loco dicit oratio. Deus omnium fideliũ. sicut pro Papa. et vbi dicitur ecclesię tuę pręesse voluisti. nominet ecclesiã, cui pręest, dicens, ecclesię N. vel huic pręesse voluisti. Epistola dicitur. Omnis pontifex. de cõmuni confess. pontifi. fol.208. et Euang. Uidete, vigilate, et orate. de eodem communi. folio 209.

¶ Missa ad tollendum Schisma, vel pro quacunque necessitate Ecclesię. Introitus.

Saluos nos fac, dñe deus noster: et congrega nos de nationibus: vt cõfiteamur nomini sancto tuo, et gloriemur in laude tua. ps. Confitemini domino, quoniam bonus: qm̃ in seculũ misericordia eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui errata corrigis, et dispersa congregas, et cõgregata conseruas: qs: super populuz Christianum tuę vnionis gratiam clemẽter infunde: vt diuisione reiecta, vero pastori ecclesię tuę se vniens, tibi dignè valeat famulari. Per dom.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.

c. 4. Fratres: Obsecro vos, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicẽ in charitate: solliciti seruare vnitatez spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Unus dominus, vna fides, vnum baptisma. Unus deus et pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Unicuiqz autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei et agnitionis filii dei, in virum perfectum, in mensurã ętatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuantes: et circunferamur omni vẽto doctrinę in nequitia hominũ, in astutia ad circumuentionem erroris. Ueritatem autẽ facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus cõpactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundũ operationez in mensurã vniuscuiusque membri, augmentum corporis faciat in ędificationez sui in charitate. Hoc igitur dico et testificor in dño: vt iam nõ ambuletis sicut et gẽtes ambulãt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratuz habentes intellectum, alienati à vita dei per ignorãtiã, quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsoruz. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationem immunditię omnis, in auaritiã. Uos aũt nõ ita didicistis Christum: si tamẽ illum audistis, et in ipso edocti estis: sicut est veritas in Christo Jesu domino nro. Gradu.

Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem: et abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua, et abundãtia in turribus tuis. Alleluia, allã. ℣. Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion, Alleluia.

Tempore paschali Graduale omittitur, et additur sequens ℣. Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumẽti satiat te, allã. Post Septuag. Tractus. Notus in Judęa deus, in

in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, ⁊ bellum.

Seq. sancti euangelij s̄m Joannem.

c.17. In illo tēpore: Subleuatis Jesus oculis in celum, dixit. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut ⁊ nos. Cū essem cum eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleretur. Nunc autem ad te venio: ⁊ hec loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: ⁊ mundus eos odio habuit, q2 non sunt de mūdo, sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nō sunt: sicut ⁊ ego nō sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita ⁊ ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tātum, sed ⁊ pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me: vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnuz sint: vt credat mūdus quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut ⁊ nos vnū sumus. Ego in eis: ⁊ tu in me: vt sint consummati in vnum. Offertorium. Vt et vobis deus idipsum sapere in alterutrū: vt vnanimes vno ore honorificetis deum nostrū. Secreta. Munera hec pro vnione populi Christiani tibi dn̄e oblata sanctifica: per que vnitatis ⁊ pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per do. Communio. Unus panis ⁊ vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Postcommunio. Haec tua dn̄e sumpta sacra cōmunio, sicut fidelium in te vnionem presignat: sic in tua ecclesia vnitatis quesumus operetur effectum. Per dominum nostrum.

¶ Missa contra paganos.

Introitus.

Exurge: quare obdormis domine? exurge, ⁊ ne repellas in finem: quare faciē tuam auertis? obliuisceris tribulationē nostram: adhesit in terra venter noster: exurge domine, adiuua nos, ⁊ libera nos. Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Oratio. Omnipotēs sempiterne deus, in cuius manu sunt omniuz potestates, ⁊ omnium iura regnorum, respice in auxilium Christianorum, vt gentes paganorum, que in sua feritate confidunt, dextere tue potentia conterantur. Per dominuz no. Epistola. In diebus illis: Orauit Mardocheus ad dominuz dicens. in feria quarta post secūdam Dominicaz Quadrage. fol.39. Graduale. Sciant gentes, quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotam, ⁊ sicut stipulam ante faciem venti. Alleluia, alleluia. ℣. Excita dn̄e potentiaz tuam, ⁊ veni:

vt

perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ. Cõmunio. Semel iuraui in sancto meo, semen eius in eternum manebit: et sedes eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fidelis. Postcommunio. Refecti participatione muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum sentiamus effectum. Per.

¶ De eodem Communi alia missa. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dñm: sancti et humiles corde laudate deum. psalmus. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate, et superexaltate eum in secula. ℣. Gloria patri, et filio. Oratio. Deus qui nos beati N. martyris tui atq; pontificis annua sollẽnitate letificas, concede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectiõe gaudeamus. Per d.

Lectio Epistole beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 2. c. 1

Fratres: Benedictus deus et pater dñi nostri Jesu Christi: pater misericordiarũ et deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniã sicut abundant passiones Christi in nobis: ita et per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro vestra exhortatione et salute: siue consolamur, pro vestra cõsolatiõe: siue exhortamur, pro vestra exhortatione, et salute: que operatur tolerantiam earundem passionum, quas et nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quoniam, sicut socij passionum estis, sic eritis et cõsolationis: In Christo Jesu domino nostro. Graduale. Gloria et honore coronasti eum. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Alleluia, alleluia. ℣. Hic est sacerdos, quẽ coronauit dominus, alleluia. Post Septuagesimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Sequentia sancti euãgelii secundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Siquis vult venire post me, abneget semetipsũ, et tollat crucẽ suã, et sequatur me. Qui enĩ voluerit animam suã saluam facere, perdet eã. Qui autẽ perdiderit animã suã, ppter me, inueniet eã. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur? Aut quã dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Offertorium. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eũ. Secreta. Munera tibi domine dicata sanctifica: et intercedẽte beato N. martyre tuo atque pontifice: per eadem nos ca. 16

nos placatus intende. Per. Cōio.

P Osuisti domine in capite eius, coronā de lapide precioso. Postcō.

H Aec nos cōmunio dn̄e purget à crimine: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atq; pōtifice, cęlestis remedij faciat esse cōsortes. per.

¶ Epistolę ⁊ euangelia pro pontifice ⁊ martyre assignata, legi possūt etiam pro marty. non pontifice. Et quę infra habent̄ de martyre nō pontifice, etiam pro martyre pontifice. Item pro martyre pontifi. legi possunt epistolę ⁊ euangelia inferius assignata pro cōfessore pōtif. Epistolę etiam ⁊ euāgelia quę in vna missa de eodem cōmuni ponūtur, dici possūt in alijs missis de eodem communi.

In cōmuni vnius marty. nō pontificis. Introitus.

psal. 20

I N virtute tua domine lętabitur iustus: ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animę eius tribuisti ei. Ps. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

P Ręsta, q̄s, omnipotens deus: vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui noīs amore roboremur. Per.

Lectio libri Sapientię.

sap. 10

I Ustū deduxit dn̄s per vias rectas: ⁊ ostendit illi regnū dei: ⁊ dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illū in laboribus: ⁊ compleuit labores illius. In fraude circūuenientium illi affuit: ⁊ honestum fecit illū. Custodiuit eum ab inimicis, ⁊ à seductoribus tutauit illum: ⁊ certamē forte dedit illi, vt vinceret, ⁊ sciret q̄m omniū potentior est sapientia. Hęc, venditū iustum non dereliquit: sed à peccatoribus liberauit eū. Descenditque cum illo in foueam: ⁊ in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, ⁊ potentiā aduersus eos qui eum deprimebāt. Et mendaces ostendit qui maculauerunt eum: ⁊ dedit illi claritatem ęternam dominus deus noster.

Graduale. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius generatio rectorum benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso, Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

D Esiderium animę eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Seq. sancti euāgelij sm̄ Mattheu.

ca. 10

I N illo tp̄e: Dixit Iesus discipulis suis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladiū. Ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, ⁊ filiam aduersus matrem suam, ⁊ nurum aduersus socrum suam: ⁊ inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrē plusquàm me: non est me dignus. Et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, ⁊ sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animā suam: perdet eam: ⁊ qui perdiderit

derit animā suā propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: ⁊ qui recipit me, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunque dederit vni ex minimis istis calicem aque frigide, tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, nō perdet mercedē suam. Offert. Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Muneribus nostris, quesumus dn̄e, precibusque susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum.

Cōmun. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suā, ⁊ sequatur me. Postcōmunio.

Da, q̄s domine deus noster: vt sicut tuorum cōmemoratione sanctorū temporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. P.

¶ De eodē cōmuni alia missa. Intr.

Letabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orationē meam cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam. ℣. Gloria patri, ⁊c. Oratio.

Presta, q̄s, om̄s deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, a cūctis aduersitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per domi.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Timotheum.

Charissime: Memor esto dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum dei non est alligatū. Ideo omnia sustineo propter electos: vt ⁊ ipsi salutem consequantur, que est in Christo Jesu, cum gloria celesti. 2.c.2

Tu autem, assecutus es meam doctrinam, institutionē, ꝓpositū, fidem, longanimitatē, dilectionē, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochie, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui: ⁊ ex omnibus eripuit me dominus. Et omnes qui volunt pie viuere in Christo Jesu, persecutiones patiuntur. cap.3 Gradua.

Iustus cū ceciderit nō collidetur, q2 dominus supponit manū suam. ℣. Tota die miseretur, ⁊ cōmodat: ⁊ semen eius in benedictione erit. Alleluia, alleluia. ℣. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite eterne, Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.

Seq. sancti euangelij s̄m Mattheū.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. ca.10 Nihil opertū, quod non reueletur: ⁊ occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum

timete, qui potest et animã et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: Vestri autem et capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo, qui in celis est. **Offertorium.**

Posuisti domine in capite eius coronã de lapide precioso: vitam petijt à te, et tribuisti ei, alleluia. **Secreta.**

Accepta sit in cõspectu tuo dñe nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salutaris, pro cuius sollemnitate defertur. Per domi. **Communio.** Qui mihi ministrat, me sequat: et vbi sum ego, illic et minister meus erit. **Postcommunio.**

Refecti participatiõe muneris sacri, quesumus domine deus noster: vt sancti N. martyris tui, cuius exequimur cultũ, sentiamus effectum. Per dominum nostrum Je.

Item alie epistole, et euangelium, in communi vnius martyris.

Lectio epistole beati Jacobi apl'i.

ca. 1

Charissimi: Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestre patiẽtiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: vt sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. Siquis autẽ vestrum indiget sapiẽtia, postulet à deo: q dat omnibus affluenter, et non improperat: et dabit ei. Postulet autem in fide, nihil hesitans. Qui enim hesitat, similis est fluctui maris, q à vento mouetur et circunfertur. Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliqd à domino. Vir duplex animo incõstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis, in exultatione sua. Diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit: exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fenum, et flos eius decidit, et decor vultus eius deperijt: ita et diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vite: quam repromisit deus diligentibus se. **Lectio epistole beati Petri Apostoli.**

ca. 4

Charissimi. Communicantes Christi passionibus, gaudete: vt, et in reuelatione glorie eius gaudeatis exultãtes. Si exprobramini i noĩe Christi, beati eritis: quoniã qd est honoris, et glorie, et virtutis dei, et qui est eius spiritus, sup vos requiescit. Nemo autẽ vestrũ patiat vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autẽ vt christianus: nõ erubescat, glorificet autẽ deũ in isto nomine. Qm̃ tempus est, vt incipiat iudicium à domo dei. Si autẽ primũ à nobis: quis finis eorũ q non credunt dei euãgelio: Et, si iustus quidẽ vix saluabitur: impius et peccator vbi parebũt: Itaque et hi q patiuntur secundũ voluntatem dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis. **Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.**

ca. 12

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen, dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam

eām: ꝛ qui odit animam suam in hoc mundo, in vitā ęternā custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequat: ꝛ vbi ego sum, illic ꝛ minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater meꝰ q est i celis.

In cōmuni martyruz tēpore paschali, scilicet à Dominica in octaua paschę, vsque ad vigiliam Pentecostes.

¶ De vno martyre. Introitus.



PRotexisti me deus à cōuētu malignantiū, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, Allelui a, alleluia. ps. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animā meā. ℣. Gloria.

Pro martyre ꝛ pontifice. Oratio.

INfirmitatem nostram respice omnipotens deus: ꝛ qꝛ pondus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atqꝫ pontificis intercessio gloriosa nos ꝑtegat. Per.

Pro marty. ꝛ pontifice, alia Oro.

DEus, q nos beati N. martyris tui atque pontificis annua solemnitate lętificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum nostrum Je.

Pro martyre tantum. Oratio.

PRęsta, quęsumus, omnipotens deus: vt q beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per dominum nostrū Jesuz.

Pro martyre tantum. alia Oratio.

PRęsta, q̄s, omnipotens deus, vt intercedēte beato N. martyre tuo, ꝛ à cunctis aduersitatibꝰ liberemur in corpore, ꝛ à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrū Jesum Christum.

Lectio libri Sapientię.

STabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, ꝛ q abstulerunt labores eoruz. Uidentes turbabūtur timore horribili, ꝛ mirabūtur in subitatione insperatę salutis, dicētes intra se penitentiaz agentes ꝛ pręangustia spiritus gementes. Hi sūt quos aliquādo habuimꝰ in derisū, ꝛ in similitudinē improperij. Nos insensati, vitaz illorum ęstimabamus insaniam: ꝛ finem illoruz sine honore. Ecce, quómodo cōputati sunt inter filios dei, ꝛ inter sanctos sors illorum est. ca.5

Uel epistola beati Pauli apostoli ad Timotheū. Memor esto. vt supra in cōi vnius marty. extra tempus paschale, fol. 202. Alleluia, alla. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua dn̄e, étenīz veritatē tuā in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso, alleluia.

Sequen. sancti euang. sm Joānem.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: ꝛ pater meus agricola est. Omnez palmitem, in me non ferentē fructuz, tollet eū: ꝛ omnem qui fert fructum, purgabit eū, vt fructum plus afferat. Jā vos mundi estis propter sermonem, quez locutus suz vobis. Manete in me: ꝛ ego in vobis. Sicut palmes, nō pōt ferre fructuz à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me māseritis. Ego sū vitis: vos pálmites. Qui manet in me, ꝛ ego in eo, hic fert fructū multū: qꝛ sine me nihil potestis facer̄. Sigs in ca.15

me nõ manserit: mittetur foras sicut palmes, ⁊ arescet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignẽ mittent, ⁊ ardet. Si manseritis in me: ⁊ verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis, petetis, ⁊ fiet vobis. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine, ⁊ veritatem tuã in ecclesia sanctorum, Alleluia, alleluia.

Pro martyre, ⁊ pontifice. Secre.

Hostias tibi dñe beati N. martyris tui atque pontificis dicatas meritis, benignus assume: ⁊ ad ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominum no.

Pro mart. ⁊ pontifice, alia Secre.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atq3 põtifice, per eadẽ nos placatus intende. Per domi.

Pro martyre tantum, Secreta.

Muneribus nostris, quesumus domine, precibusq3 susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum.

Pro martyre tantũ, alia Secreta.

Accepta sit in cõspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius sollẽnitate defertur. Per do.

Cõio. Letabitur iustus in domino, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro marty. ⁊ pont. Postcommu.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: vt beati N. martyris tui atque pontificis, cuius exequimur cultum, sentiamus effectum. Per.

Pro mart. ⁊ pont. alia Postcõio.

Haec nos communio, domine, purget a crimine: ⁊ intercedẽte beato N. martyre tuo atq3 pontifice, celestis remedij faciat esse cõsortes. Per dominum nostrum Je.

Pro martyre tantum. Postcõio.

Da, quesumus, dñe de⁹ noster: vt, sicut tuorũ cõmemoratione sanctorũ tẽporali gratulamur officio, ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum nostrum Jesum.

Pro martyre tantũ, alia Postcõ.

Refecti participatione muneris sacri, q̃s dñe deus noster: vt sãcti N. martyris tui, cuius exequimur cultũ, sentiamus effectũ. Per.

¶ Epistola ⁊ euangeliũ supradicte misse dicũtr etiã i sequẽti missa: ⁊ q̃ in sequẽti habent, dici possũt in supiori.

¶ De pluribus martyribus tempore paschali. Introitus.



Sancti tui dñe benedicent te, gloriam regni tui dicent, Alleluia. Ps. Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicã nomini tuo in seculum, ⁊ in seculum seculi. V. Gloria patri.

Pro pluribus ponti. ⁊ mart. Orõ.

Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificũ N. ⁊ N. nos, quesumus domine, festa tueantur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per dominum nostrum.

Pro pluribus marty. tãtum. Orõ.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. ⁊ N. natalitia colere, da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dominum nostruz Jesũ.

Pro pluri. marty. tantum, alia orõ.

Deus, q nos annua sãctorũ martyrũ tuorũ N. ⁊ N. sollẽnitate letificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum no.

Lectio epistolę beati Petri Apost.

1.ca.1 Benedictus deus et pater dñi nostri Jesu Christi, q secundũ magnã misericordiã suaʒ regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatã, et immarcescibilem, conseruatam in celis, in vobis, qui in virtute dei custodimini per fideʒ in salutem, paratam reuelari in tẽpore nouissimo: in quo exultabitis, modicũ nunc, si oportet, contristati in varijs tẽtationibus: vt probatio vestrę fidei multo preciosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelationẽ domini nostri Jesu Christi. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut liliuʒ, et sicut odor balsami erũt ante te. Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius, alleluia.

Seq. sancti euangelij ẜm Joannem.

ca.15 In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: qꝛ sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eũ, et in igneʒ mittent, et ardet. Si mãseritis in me, et verba mea in vobis mãserint: quodcũqʒ volueritis petetis, et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fructũ plurimum afferatis, et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei pręcepta seruaui, et maneo in eiꝰ dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meũ in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur. Offerto. Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia. Pro pluribus pontificibus et martyribus. Secreta.

Adesto dñe supplicationibus nostris, quas in sanctorũ tuoruʒ cõmemoratione deferimus: vt, qui nostrę iustitię fiduciaʒ non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominũ no.

Pro plurib. mart. tantũ. Secreta.

Munera tibi domine nostrę deuotionis offerimus: quę et pro tuorum tibi grata sint honore iustorũ, et nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dominũ nostrũ Jesũ.

Pro plurib. mart. tãtũ, alia Secre.

Oblatis, q̃s dñe, placare muneribus: et intercedentibus sanctis tuis N. et N. a cunctis nos defende periculis. Per do. Cõmunio. Gaudete iusti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia.

Pro pluribus pontificibus et martyribus. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt, quorum sollemnia celebramus, eoruʒ orationibus adiuuemur. Per dominum.

Pro pluribus martyribus tantuʒ. Postcommunio.

Presta, q̃s domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. et N. vt quod ore cõtingimus, pura mente capiamus. Per dominũ.

Pro pluribus martyribus tantuʒ, alia Postcommunio.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et intercedẽtibꝰ sctis martyribus tuis N. et N. celestis remedij faciat esse consortes. Per do.

¶ In Cõmuni marty. tempore paschali, alia Epistola ⁊ Euangelium.
Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

ca.19 IN diebus illis: Post hec ego Joãnes audiui quasi vocẽ magnã turbarum multarũ in celo dicẽtiũ, Alleluia. Laus, ⁊ gloria, ⁊ virtus Deo nostro est: qꝛ vera ⁊ iusta iudicia sunt eius q iudicauit de meretrice magna, que corrupit terram in ꝓstitutione sua: ⁊ vindicauit sanguinẽ seruorũ suorũ de manibus eius, Et iterũ dixerũt. Alleluia. Et fum⁹ ei⁹ ascendit in secula seculorũ. Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, ⁊ quatuor animalia, ⁊ adorauerunt Deũ sedentẽ super thronũ, dicẽtes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite Deo nostro oẽs sãcti eius: ⁊ q timetis eũ pusilli ⁊ magni. Et audiui quasi vocẽ turbe magne, ⁊ sicut vocẽ aquarũ multarum, ⁊ sicut vocem tonitruorũ magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit dñs deus noster omnipotens. Gaudeamus ⁊ exultemus, ⁊ demus gloriã ei: qꝛ venerũt nuptie Agni, ⁊ vxor eius preparauit se. Et datũ est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, ⁊ candido. Byssinũ enim, iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati q ad cenã nuptiarũ Agni vocati sunt.

Sequen. sancti euang. sm Joãnem.

ca.16 IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis, qꝛ plorabitis, ⁊ flebitis vos, mũdus autẽ gaudebit: vos autẽ contristabimini, sed tristitia vestra vertet in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressure propter gaudium: qꝛ natus est homo in mundũ. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor vestrum: ⁊ gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

In communi plurimorum martyrum extra tempus paschale. Introitus.



INtret in conspectu tuo dñe gemitus compeditorũ: redde vicinis nostris séptuplũ in sinu eorũ, vindica sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt tẽplum sanctũ tuũ: posuerũt Hierusalem in pomorum custodiã. V. Gloria pa.

Pro pluribus põtifi. ⁊ mart. Oro.

BEatorum martyrum tuorum pariterque pontificum N. ⁊ N. nos, quesumus domine, festa tueantur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum.

Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in sequenti Missa.

Lectio libri Sapientie.

ca.3 IUstorum anime in manu dei sũt: ⁊ nõ tãget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, ⁊ estimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiũ: ⁊ qd a nobis est iter exterminij, illi autẽ sunt in pace. Etsi corã hominibus tormenta passi sũt, spes illorũ immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, ⁊ inuenit eos dignos se. Tanquam

quam aurum in fornace probauit illos: et quasi holocausti hostiaꝫ accepit illos: et in tēpore erit respectus illorū. Fulgebunt iusti, et tanquaꝫ scintille in arundineto discurrent. Iudicabūt nationes, et dominabunt populis et regnabit dn̄s illorūꝫ in perpetuum. Gradua. Gloriosus deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est i virtute, dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora sanctorū in pace sepulta sunt, et nomina eorūꝫ viuent in generatione et generationeꝫ, Alleluia. Post Septuagesimā Tractus. Qui semināt in lacrymis, in gaudio metēt. ℣. Euntes ibāt, et flebant mittentes semina sua. ℣. Uenientes aūt venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Sequen. sancti euange. sm̄ Lucam.

ca. 21



In illo tp̄e: Dixit Iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terreri: oportet primuꝫ hec fieri, sed nōdū statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gēs cōtra gētē, et regnū aduersus regnuꝫ: et terremotus magni erunt ꝑ loca, et pestilentie, et fames: terroresq; de celo et signa magna erunt. Sed ante hec omnia, inijcient vobis manus suas: et persequētur tradentes in sinagogas et custodias, trahentes ad reges et presides propter nomen meuꝫ. Cōtinget autē vobis in testimoniuꝫ. Ponite ergo in cordibus vestris nō premeditari quēadmoduꝫ respōdeatis. Ego eniꝫ dabo vobis os, et sapientiā, cui non poterunt resistere et cōtradicere oēs aduersarij vestri. Trademini autē a parentibus et fratribus, et cognatis et amicis: et morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit virtutē, et fortitudinē plebi sue benedictus deus, Alleluia. Secre.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris, quas in sanctorū tuorum cōmemoratione deferimus: vt, q nostre iustitie fiduciā non habemus, eoruꝫ q tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dn̄m. Cōio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: et quasi holocausta accepit eos. Postcōmunio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt quorum sollemnia celebramus, eoruꝫ orationibus adiuuemur. Per dominum.

¶ De eodē Cōi alia missa. Introit.

Sapientiā sanctorū narrent populi: et laudes eorum nunciet ecclesia: nomina autem eorum viuent in seculū seculi. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui san. Oratio.

Deus, qui nos cōcedis sanctoruꝫ martyrum tuorū N. et N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum nostrum.

Si fue-

Si fuerint pontifices, dicat oro precedentis misse, quod et in sequentibus seruetur. Lectio libri Sapientie.

ca. 5 Iusti autem in perpetuum viuent: et apud dominum est merces eorum: et cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, et diadema speciei de manu domini: quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, et armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam: et accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile, equitatem. Gradua.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit celum, et terram. Alleluia, alleluia. ℣. Iusti epulentur, et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia, alleluia. Post Septuagesimam Tractus. Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Sequen. sancti euange. secundum Lucam.

ca. 6



In illo tempore: Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis ab omni Iudea et Hierusalem, et Maritima et Tyri et Sidonis, qui venerant vt audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba querebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat. Beati pauperes: quoniam vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quoniam saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis, cum vos oderint homines, et cum separauerint vos, et exprobrauerint, et eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die, et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Offertorium.

Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exaltationes dei in faucibus eorum, alleluia. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustorum, et nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos persequuntur. Postcommunio.

Presta nobis, quesumus domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis N. et N. vt, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

¶ De eodem Communi alia Missa. Introitus.

Salus autem iustorum a domino: et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum N. et N. sollemnitate letificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per do.

Lectio

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 10 Fratres: Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. Et in altero quidẽ opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti, in altero autẽ socij taliter conuersantium effecti. Nã & vinctis compassi estis: & rapinã bonorũ vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorẽ & manentẽ substantiã. Nolite itaque amittere cõfidentiã vestram, que magnam habet remunerationẽ. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatẽ dei facientes, reportetis promissionẽ. Adhuc enim modicũ, aliquantulumq; qui venturus est veniet, & nõ tardabit. Iustus autẽ ex fide viuit. Grad. Clamauerũt iusti, & dñs exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Iuxta est dñs his q tribulato sunt corde: & humiles spũ saluabunt. Alleluia, all'a. ℣. Te martyrũ cãdidatus laudat exercitus dñe, alleluia. Post Septuagesimã Tractus. Qui seminãt in lacrymis, in gaudio metẽt. ℣. Eũtes ibant, & flebãt mittentes semina sua. ℣. Uenientes aũt venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Seq. sancti euangelij scdm Mattheũ.

c. 24 In illo tpe: Sedente Iesu super montem Oliueti accesserunt ad eũ discipuli eius secretò, dicentes. Dic nobis, quãdo hec erunt, & quod signum aduentus tui, & consũmationis seculi: Et respõdens Iesus, dixit eis. Uidete neqs vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes ego sum Christus: & multos sedũcent. Audituri enim estis prelia, & opiniones preliorũ. Uidete, ne turbemini: oportet enim hec fieri: sed nondũ est finis. Consurget enim gens in gentẽ, & regnũ in regnũ: & erũt pestilentie, & fames, & terremotus p loca. Hec autem oĩa initia sunt dolorum. Tunc tradẽt vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabunt multi: & inuicem tradent: & odio habebũt inuicem. Et multi pseudo prophete surgẽt: & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finẽ: hic saluus erit. Offe. Iustorum anime in manu dei sunt, & non tãget illos tormentũ mortis: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autẽ sunt in pace, alleluia. Secreta.

Oblatis, quesumus dñe, placare muneribus: & intercedẽtibus sanctis tuis N. & N. à cũctis nos defende periculis. Per dominum no. Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: & quod in aure auditis, predicate super tecta. Postcommunio.

Haec nos communio domine purget à crimine: & intercedentibus sanctis martyribus tuis N. & N. celestis remedij faciat esse consortes. Per dominum nostrum.

¶ Item alie epistole & euãgelia pro pluri. martyr. Lectio libri Sapiẽtie.

ca. 10 Reddidit deus iustis mercedem laborum suorũ: & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarũ per noctem. Transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autẽ illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum

rorum eduxit illos. Ideo iuſti tule-
runt ſpolia impiorum, ꝛ decantaue-
runt dñe nomen ſanctũ tuũ: ꝛ victri-
cẽ manuz tuã laudauerunt pariter,
Dñe deus noſter. Lectio epiſtolę
btĩ Pauli Apoſtoli ad Romanos.

ca. 5 Fratres. Iuſtificati ex fide pa-
cẽ habeamus ad deum per do
minum noſtrum Ieſum Chriſtum:
per quem ꝛ habemus acceſſum per
fidem in gratiam iſtam, in qua ſta-
mus, ꝛ gloriamur, in ſpe glorię filio-
rum dei. Nõ ſolum autem: ſed ꝛ glo-
riamur in tribulationibus, ſcientes
quòd tribulatio patientiã operatur,
patientia autem probationem, pro-
batio vero ſpem. Spes autem non
confundit: quia charitas dei diffuſa
eſt in cordibus noſtris, per Spiri-
tum ſanctum qui datus eſt nobis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Romanos.

ca. 8 Fratres. Non ſunt condignę
paſſiones huius temporis, ad
futuram gloriam quę reuelabitur in
nobis. Naz expectatio creaturę, re-
uelationem filiorum dei expectat.
Vanitati enim creatura ſubiecta eſt,
nõ volens, ſed propter euz qui ſubie
cit eam in ſpe: quia ꝛ ipſa creatura
liberabitur à ſeruitute corruptionis,
in libertatem glorię filioruz dei. Sci
mus enim quòd omnis creatura in-
gemiſcit ꝛ parturit vſque adhuc.
Non ſolum autem illa, ſed ꝛ nos
ipſi primitias Spiritus habentes,
ꝛ ipſi intra nos gẽmimus adoptio-
nem filiorum dei, expectantes re-
demptionem corporis noſtri.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Corinthios.

2.c.6 Fratres. Exhibeamus nosmet-
ipſos ſicut dei miniſtros, in
multa patientia, in tribulationibus,
in neceſſitatibus, in anguſtijs, in pla
gis, in carceribus, in ſeditionibus,
in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs.
In caſtitate, in ſciẽtia, in longanimi-
tate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in
charitate non ficta, in verbo verita-
tis, in virtute dei. Per arma iuſtitię
à dextris ꝛ à ſiniſtris: Per gloriam
ꝛ ignobilitatem: per infamiam, ꝛ bo
nam famam: vt ſeductores, ꝛ vera-
ces: ſicut qui ignoti, ꝛ cogniti: quaſi
morientes, ꝛ ecce viuimus: vt caſti-
gati, ꝛ non mortificati: quaſi triſtes,
ſemper autẽ gaudentes: ſicut egen-
tes, multos autẽ locupletantes: tan-
quã nihil habẽtes, ꝛ oĩa poſſidentes.

Lectio epiſtolę beati Pauli
Apoſtoli ad Hebręos.

ca. 2 Fratres: Sancti per fidem vi-
cerunt regna: operati ſunt iu-
ſtitiam: adepti ſunt repromiſſiones:
obturauerunt ora leonum: extinxe-
runt impetum ignis: effugauerunt
aciem gladij: conualuerunt de in-
firmitate: fortes facti ſunt in bello:
caſtra verterunt exterorum: acce-
perunt mulieres de reſurrectione
mortuos ſuos. Alij autem diſtenti
ſunt, non ſuſcipientes redemptio-
nem, vt meliorem inuenirent reſur-
rectionem. Alij verò ludibria ꝛ ver-
bera experti, inſuper ꝛ vincula ꝛ
carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt,
tentati ſunt, in occiſione gladij mor-
tui ſunt. Circuierunt in melótis, ꝛ in
pellibus caprinis: egentes, angu-
ſtiati, afflicti: quibus dignus non
erat mundus. In ſolitudinibus er-
rantes, in montibus ꝛ ſpeluncis, ꝛ
in cauernis terrę. Et hi omnes teſti
monio fidei probati inuenti ſunt: In
Chriſto Ieſu domino noſtro.

Lectio

Lectio libri apocalypsis beati Joannis Apostoli.

ca. 7 In diebus illis. Respondit vnus de senioribus, ⁊ dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt: ⁊ vnde venerunt? Et dixi illi. Dñe mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sūt, q venerūt de tribulatione magna: ⁊ lauerūt stolas suas, ⁊ dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronū dei, ⁊ seruiunt ei die ac nocte in templo eius: ⁊ q sedet in throno, habitat super illos. Nō esurient, neqȝ sitient amplius: nec cadet sup illos Sol, neqȝ vllus estus. Qm̄ Agnus qui in medio throni est, reget illos: ⁊ deducet eos ad fōtes aquarū: ⁊ absterget deus oēm lacrymam ab oculis eorum. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

ca. 5



In illo tpe: Vidēs Jes⁹ turbas, ascendit i mōtē. Et cū sedisset accesserūt ad euȝ discipuli eius: ⁊ aperiens os suū, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsorū est regnum celorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugent: quoniā ipsi consolabūtur. Beati qui esuriunt, ⁊ sitiunt iustitiaȝ: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiā cōsequentur. Beati mundo corde: quoniaȝ ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiaȝ: quoniā ipsorū est regnum celorum. Beati estis, cū maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oē malum aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sequentia sancti euangelij secundū Mattheum.

ca. 11 In illo tpe: Respondēs Jesus dixit. Confiteor tibi pater dñe celi ⁊ terre: q̄ abscōdisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus, ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Oia mihi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neqȝ patrē quis nouit, nisi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs q laboratis, ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiaȝ vos. Tollite iugū meū sup vos, ⁊ discite a me: q̄ mitis suȝ ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē animab⁹ vestris. Iugū eniȝ meū suaue est, ⁊ onus meū leue.

Sequen. sancti euange. sm̄ Lucam.

ca. 11 In illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judeoruȝ, ⁊ principibus sacerdotum. Ve vobis, qui edificatis monumenta prophetarum: patres auteȝ vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patruȝ vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulcra. Propterea ⁊ sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas ⁊ Apostolos, ⁊ ex illis occident ⁊ persequentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel vsque ad sanguinem Zacharie qui perijt inter altare ⁊ edem. Ita dico vobis, requiret ab hac generatione.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

ca.10 IN illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit: ⁊ q vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eū qui me misit. Reuersi sunt autē septuaginta duo cū gaudio dicentes. Dñe, etiaȝ demonia in nomine tuo subijciūtur nobis. Et ait illis. Uidebam satanaȝ sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpentes, ⁊ scorpiones, ⁊ supra omnem virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Ueruntamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus subijciuntur vobis: gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in celis. Sequentia sancti euangelij secūdū Lucam.

ca.12 IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Attendite a fermento phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil autem opertum, qđ non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis, in lumine dicentur: ⁊, quod in aure locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, ⁊ post hec non habent amplius quid faciāt. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete euȝ, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nōne quinque passeres veneunt dipondio: ⁊ vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed ⁊ capilli capitis vestri, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quicunque confessus fuerit mē coram hominibus, ⁊ filius hominis confitebitur eum coraȝ angelis dei.

In communi confessorum pontificum. Introitus.

STatuit ei dominus testamentuȝ pacis, ⁊ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Memento domine dauid, ⁊ omnis māsuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio.

DA, quesumus, omnipotēs deus: vt beati N. confessoris tui atque pontificis, veneranda sollemnitas, ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ salutem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui.

Lectio libri Sapientie.

Ecc. 44 ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo, ⁊ inuentus est iustus: ⁊ in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, ⁊ testamentum suum cōfirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: ⁊ inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum, ⁊ dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: ⁊ dedit illi sacerdotium magnum: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, ⁊ habere laudem in nomine ipsius: ⁊ offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Gradua. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. ℣. Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret

seruaret legem excelsi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, allã.
¶ T pe pasch. Graduale omittitur vsq3 ad Alleluia, ⁊ ad eius versum addit sequens ℣. Hic est sacerdos, quẽ coronauit dñs, allã. Post Septuag. Trac. Beatus vir qui timet dñm, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iustitia eius manet in seculum seculi.
Seq. sancti euange. sm Mattheum.

Ca. 25



In illo tpe: Dixit Jes9 discipulis suis parabolã hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq3 talenta: alij autẽ duo: alij verõ vnum: vnicuiq3 secundũ propriã virtutẽ: ⁊ profectus est statim. Abijt autẽ qui quinque talẽta acceperat, ⁊ operatus est in eis, ⁊ lucratus est alia quinque. Similiter ⁊ qui duo talẽta acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, ⁊ abscondit pecuniã domini sui. Post multu3 vero temporis venit dñs seruorum illoru3, ⁊ posuit rationem cu3 eis. Et accedẽs qui quinq3 talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratus su3. Ait illi dominus eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã: intra in gaudium domini tui. Accessit autem ⁊ qui duo talenta acceperat, ⁊ ait. Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituã. intra in gaudium dñi tui. Offerto. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta.
Sancti tui, quesumus domine, nos vbique letificent: vt, dum eoru3 merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per dñm. Communio.
Fidelis seruus ⁊ prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Postcommunio.
Presta, q̃s, omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confessore tuo atq3 pontifice, beneficia potiora sumamus. Per domi.

¶ De eodem Communi alia missa. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iustitiam: ⁊ scti tui exultẽt: propter Dauid seruu3 tuũ, nõ auertas faciem christi tui. Ps. Memento domine Dauid, ⁊ omnis mansuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Oratio.
Exaudi, q̃sumus domine, preces nostras: quas in beati N. confessoris tui atque põtificis sollẽnitate deferimus: ⁊ qui tibi dignẽ meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum nostrum.

Lectio

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos.

ca. 7 Fratres. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Jesus autem eo quod maneat in eternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et saluare in perpetuum potest: accedens per semetipsum ad deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo, dominus noster Jesus Christus. Graduale. Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

¶ Tempore paschali Graduale omittitur, et ad eius versum additur sequens ℣. Amauit eum dominus: et ornauit eum: stolam glorie induit eum, alleluia. Post Septuagesimam Tractus. Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.

Seq. sancti euang. secundum Mattheum.

c. 24 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quis, putas, est fidelis seruus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Offertorium. Veritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti N. confessoris tui atque pontificis, quesumus domine, annua sollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, et illum beata retributio comitetur, et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate. Communio. Beatus seruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Deus fidelium remunerator animarum, presta: vt beati N. confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per dominum no.

¶ Item alie Epistole et Euangelia pro confessore pontifice.

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Hebreos.

ca. 5 Fratres. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis que sunt ad deum:

vt saluos facias nos, alleluia. Tempore paschali Graduale omittitur, & dicitur sequens ℣. Deus virtutū conuértere: réspice de celo, & vide, & visita vineā istā: & pérfice eam, quā plantauit dextera tua, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriā nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. ℣. Ne forte dicant in gentibus, vbi est deus eorum: & innotescat coram oculis nostris. ℣. Ultio sanguinis seruorū tuorum qui effusus est, intrent in conspectu tuo gemitus compeditorū.

Euangeliū. Quis vestrum habebit amicū. vt in Rogationibus. fo. 120.

Offertorium. Populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secreta.

Sacrificium domine, quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab omni éruas paganorum nequitia, & in tue protectionis securitate cōstituas. Per dñm nostrum Jesum Christum filiū tuū.

Cōio. In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speraui: quando facies de persequētibus me iudiciū? iniqui persecuti sunt me, adiuua me dñe deus meus. Postcommunio.

Protector noster aspice deus, & propugnatores tuos à paganorum defende periculis: vt, ab omnibus perturbationibus semoti, liberis tibi mentibus seruiant. Per dominum nostrum Jesum Christū filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Missa tempore belli.

Introitus.

M. N. R.

Reminiscere miserationū tuarū dñe, & misericordie tue, que à seculo sunt: ne vnquā dñentur nobis inimici nrī: libera nos deus Israel ex oībus angustijs nostris. Ps. Ad te dñe leuaui animam meā: deus meus in te confido, non erubescam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui cónteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tue defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam: vt omniū inimicorū nostrorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per dominum nostrū Je.

Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis. Accesserūt omnes principes bellatorum: dixeruntque ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad dominum deum tuum. Et factum est verbum domini ad Hieremiam. Uocauitque Johanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersum populū à minimo vsque ad magnū. Et dixit ad eos. Hec dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prostérnerem preces vestras in conspectu eius. Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabo vos, & non destruam: plantabo & nō euellam. Jam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos páuidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & éruam de manu eius. Et

C. 42

dabo vobis misericordias, ⁊ miserebor vestri: ⁊ habitare vos faciam in terra vestra: Dicit dominus omnipotens. Graduale. Tu es deus, q facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuum: filios Israel ⁊ Joseph. Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me libera me, alleluia. Tempore paschali Graduale omittitur, ⁊ dicitur sequens ℣. Ego autẽ cantabo fortitudinem tuã: ⁊ exaltabo mane misericordiã tuã, alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Domine non secundũ peccata nostra, que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ: cito anticipẽt nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos, ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Sequentia sancti euangelij secundum Matthẽum.

C. 24 In illo tempore: Accesserunt ad Jesum discipuli secretò: dicẽtes. Dic nobis, quando hec erũt: ⁊ quod signũ aduentus tui, ⁊ consũmationis seculi: Et respondens Jesus, dixit illis. Uidete ne quis vos seducat. Multi eniz venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: ⁊ multos seducent. Audituri enim estis prelia, ⁊ opiniones preliorũ. Uidete ne conturbemini. Oportet eniz hec fieri: sed nondũ est finis. Consurget enim gens in gentem, ⁊ regnũ in regnum: ⁊ erunt pestilentie, ⁊ fames, ⁊ terremotus per loca. Hec autẽ omnia, initia sunt dolorũ.

Offertorium. Populum humilem saluũ facies domine, ⁊ oculos superborũ humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secreta.

Sacrificiuz domine quod immolamus, intende placatus: vt ab omnibus nos eruat bellorũ nequitijs, ⁊ in tue protectionis securitate constituat. Per dominũ nostrũ Jesum Christum. Cõmunio. Inclina aurem tuam, accelera, vt eruas nos.

Postcommunio.

Deus regnorũ omniũ regumque dominator: qui nos ⁊ percutiendo sanas, ⁊ ignoscendo cõseruas: pretende nobis misericordiam tuã: vt trãquillitate pacis tua potestate seruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dominũ nostrũ.

¶ Missa pro pace. Introitus.

Da pacem domine sustinentibus te, vt prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui, ⁊ plebis tue Israel. Psalmus. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domuz domini ibimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia, ⁊ iusta sunt opera: da seruis tuis illã quã mundus dare non potest pacez: vt corda nostra mandatis tuis dedita, ⁊ hostiũ sublata formidine, tẽpora sint tua protectione tranquilla. Per dominũ nostrũ Jesuz Christũ filiũ tuum. Qui.

Lectio libri Machabeorum.

2. C. 1 In diebus illis. Orationẽ faciebant sacerdotes, dũ offerrent sacrificiũ pro populo Israel: Jonatha

tba incohoante,ceteris autē respōdē tibus,⁊ dicentibus. Benefaciat vobis deus,⁊ meminerit testamēti sui, quod ad Abraham, Isaac, ⁊ Jacob locutus est seruorũ suorũ fidelium:⁊ det vobis cor oībus vt colatis eũ, ⁊ faciatis eius voluntatē. Adaperiat cor vestrum in lege sua, ⁊ in preceptis suis:⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras,⁊ recōcilietur vobis,nec vos deserat in tempore malo dominus deus vester. Graduale.

Rogate q̃ ad pacē sunt Hierusalē,⁊ abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua:⁊ abũdātia in turribus tuis. Alleluia,allia. ℣. Lauda Hierusalē dñm:lauda Deum tuũ Sion,alleluia. Tempore Paschali Graduale omittitur,⁊ dicit̃ sequēs ℣. Qui posuit fines tuos pacem:⁊ adipe frumenti satiat te. Alleluia.

Post Septuagesimam Tractus.

Notus in Judea deus:in Israel magnum nomen eius. ℣. Et factus est in pace locus locus:⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potētias: arcum,scutum,⁊ gladium,⁊ bellũ.

Seq. sancti euangelij sm̃ Joannem.

c. 20 In illo tempore. Cũ sero esset die illo,vna sabbatorum,⁊ fores essent clause,vbi erant discipuli congregati propter metum Judeorum:venit Jesus,⁊ stetit in medio, ⁊ dicit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset,ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater,⁊ ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflauit:⁊ dixit eis. Accipite Spiritũ sanctum. Quorum remiseritis peccata,remittunt̃ eis:⁊ quorũ retinueritis,retenta sunt. Offertorium.

Laudate dñm:quia benignus est: psallite nomini eius, quoniam suaue est:omnia quecunq̃ voluit fecit in celo ⁊ in terra. Secreta.

Deus,qui credētes in te populos nullis sinis cōncuti terroribus: dignare p̃ces ⁊ hostias dicatę tibi plebis suscipere:vt pax a tua pietate concessa,christianorũ fines ab omni hoste faciat esse securos. Per do.

Cōio. Pacē meã do vobis:pacem meam relinquo vobis. Postcōio.

Deus auctor pacis, ⁊ amator: quem nosse,viuere:cui seruire regnare est:protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos:vt, qui in defensione tua cōfidimus,nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Missa pro vitanda mortalitate.

Introitus.

Recordare domine testamenti tui, ⁊ dic angelo percutienti, cesset iaz manus tua, ⁊ non desoletur terra:⁊ ne perdas omnem animā viuentem. Ps. Qui regis Israel,intende: qui deducis velut ouez,Joseph. ℣. Gloria patri,⁊ filio,⁊ spiri. Oratio.

Deus,qui non mortem,sed penitentiam desideras peccatorum,populum tuum ad te reuertentem propitius respice:vt, dum tibi deuotus existit,iracundie tue flagella ab eo amoueas. Per dominum.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Immisit dñs pestilentiã in Israel de mane vsq̃ ad tempus constitutum:⁊ mortui sunt ex populo,a Dan vsque Bersabée,septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam 2. Regũ. 2

angelus dñi super Hierusalē, vt disperderet eā: misertus est dñs super afflictionē populi sui, ꝛ ait angelo percutienti. Sufficit nunc. Contine manū tuā. Erat autē angelus dñi iuxta areā Areuna Iebusei: Dixitqꝫ Dauid ad dñm: cū vidisset angelū cędētē populū. Ego sum qui peccaui: ego, qui iniquè egi. Isti qui oues sūt, quid fecerūt? Uertatur obsecro manus tua contra me: ꝛ contra domū patris mei. Uenit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, ꝛ dixit ei. Ascende ꝛ constitue altare domino in área Areuna Iebusei. Et ascēdit Dauid iuxta sermonem Gad, quē pręceperat ei Dominus. Et propitiatus est dominus. Et cohibita est plaga ab Israel. Graduale.

Uisit dominus verbum suū, ꝛ sanauit eos: ꝛ eripuit eos de morte eorum. ℣. Confiteantur domino misericordię eius, ꝛ mirabilia ei⁹ filijs hominū. Alleluia, all'ia. ℣. Saluū me fac deus: qm̄ intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Alleluia.

Tpe paschali Graduale omittit, ꝛ dicitur sequens ℣. Saluabo populū meū Israel in die malo: ꝛ ero eis in deum, in veritate ꝛ iustitia, all'ia.

Post Septuagesimam Tractus.

Domine, non secundum peccata nostra, quę fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster: ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos, ꝛ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Euangelium.

Surgens Iesus de synagóga introiuit in domum Simonis. vt in feria v. dñicę iij. Quadragesi. fo. 46.

Offertorium. Stetit pontifex inter mortuos ꝛ viuos, habens thuribulū aureū in manu sua: ꝛ offerens incensi sacrificium, placauit irā dei, ꝛ cessauit quassatio à dño. Secreta.

Subueniat nobis domine sacrificij pręsētis oblatio: quę nos ꝛ ab erroib⁹ vniuersis potēter absoluat, ꝛ à totius eripiat perditionis incursu. Per do. Cōio. Multitudo languentiū, ꝛ qui vexabantur à spiritibus immundis, veniebant ad eū: quia virtus de illo exibat, ꝛ sanabat omnes. Postcommunio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ꝛ populum tuum ab iracundię tuę terroribus liberū, misericordię tuę fac largitate securū. Per dñm.

¶ Missa pro infirmis. Introitus.



Xaudi deus orationē meā, ꝛ ne despéxeris deprecationē meam: intēde i me, ꝛ exaudi me. Ps. Cōtristatus sū in exercitatione mea: ꝛ conturbatus sum à voce inimici, ꝛ à tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri, ꝛ filio. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus, salus ęterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordię tuę imploramus auxilium: vt réddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per dñm. Lectio epistolę beati Iacobi Apostoli. ca. 5

Fratres: Tristat aliqs vestrū: oret. Aequo aīo est: psallat.

Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie, ⁊ orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊ si in peccatis fuerit, dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: ⁊ orate pro inuicem, vt saluemini. Gradua. Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea, ⁊ anima mea turbata est valde. Alleluia, alleluia. ℣. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat, alleluia. Versus tempore paschali, ⁊ Tractus post Septuagesimam vt supra in Missa tempore belli. folio. 225. Euangelium. Cum introisset Iesus Capharnaum. in feria quinta post cineres. folio. 29. Offertoriũ. Exaudi deus orationẽ meam, ⁊ ne despexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Secre. Deus, sub cuius nutibus vite nostre momenta decurrunt, suscipe preces ⁊ hostias famulorũ tuorũ, pro quibus egrotantibus misericordiã tuam imploramus: vt de quorum periculo metuimus, de eorum salute letemur. Per do. Cõio. Illumina faciem tuam super seruũ tuum, ⁊ saluum me fac in tua misericordia domine: non confundar, quoniam inuocaui te. Postcõmunio. Deus infirmitatis humane singulare p̄sidiũ: auxilij tui sup infirmos famulos tuos ostẽde virtutẽ: vt, ope misericordie tue adiuti, ecclesie tue sancte incolumes representari mereantur. Per dominũ nostrum.

¶ Missa pro sponso, ⁊ sponsa.

Introitus. M. N. R.



Deus Israel coniungat vos: ⁊ ipse sit vobiscum, qui misert⁹ est duobus vnicis: ⁊ nũc dñe fac eos plenius benedicere te. Ps. Beati omnes qui timent dñm: qui ambulãt in vijs eius. ℣. Gloria patri, ⁊ fi. Oratio. Deus, qui tã excellẽti mysterio coniugalem copulã consecrasti, vt Christi ⁊ ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum: presta qs, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius impleatur. Per eundem. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Ephesios.

Fratres: Mulieres viris suis subdite sint, sicut domino: quoniam vir, caput est mulieris: sicut Christus caput est ecclesie. Ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita ⁊ mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut ⁊ Christus dilexit ecclesiam, ⁊ seipsum tradidit pro ea: vt illã sanctificaret, mundans eam lauacro aque in verbo vite, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculã, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta ⁊ immaculata. Ita ⁊ viri debent diligere vxores suas: vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eam, sicut ⁊ Christus Ecclesiã. Quia membra sumus corporis eius, de carne eius ⁊ de ossibus ei⁹. Propter hoc, relinquet homo

ca. 5

mo patrem et matrem suam: et adhe-rebit uxori sue. Et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnū est. Ego autem dico in Christo, et in Ecclesia. Veruntamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum. Graduale. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. ℣. Filij tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Alleluia, alleluia. ℣. Mittat vobis dominus auxilium de sancto: et de Sion tueatur vos, alleluia. Tempore paschali omittitur Graduale; et additur sequens ℣. Benedicat vobis dñs ex Sion, qui fecit celum et terram, alleluia. Post Septuagesimam Tractus. Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet dñm. ℣. Benedicat tibi domin⁹ ex Sion: et videas bona Hierusalē oībus diebus vite tue. ℣. Et videas filios filiorū tuorū: pax sup Israel. Seq. sancti evangelij sm Mattheū.

c.19 In illo tempore. Accesserūt ad Jesum pharisei tentantes eū, et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis, quia qui fecit hoīem ab initio, masculū et feminā fecit eos? Et dixit. Propter hoc relinquet homo patrē et matrē: et adherebit uxori sue: et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Offert. In te speravi domine: dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secreta. Suscipe, q̄s dñe, pro sacra connubij lege munus oblatū: et cuius largitor es muneris, operis esto dispositor. Per do. Dicto Pater noster, Sacerdos antequam dicat Libera nos q̄sumus domine. stans in cornu epistole, versus sponsum et sponsam ante altare genibus flexos, dicit super eos sequentem orationem. Oremus.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benign⁹ assiste: ut, quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur. Per dominum. Oremus.

Deus, qui potestate virtutis tue de nihilo cūcta fecisti: qui dispositis universitatis exordijs, homini ad imaginem dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutoriū cōdidisti: ut femineo corpori de virili dares carne principium, docēs, quod ex uno placuisset institui, nunquam licere disiungi: Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulaꝫ cōsecrasti: ut Christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiaruꝫ: Deus, per quem mulier iūgitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, que sola nec per originalis peccati penā, nec p diluuij est ablata sententiam: Respice propitius super hanc famulam tuam, que maritali iungēda cōsortio, tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis, ut Rachel viro suo: Sapiens, ut Rebecca: Longeva et fidelis, ut Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille auctor prevaricationis usurpet. Nexa fidei, mandatisque permaneat, uni thoro iuncta. Contactus illicitos

illicitos fugiat. Muniat infirmitatē suam robore disciplinę. Sit verecūdia grauis, pudore venerabilis, doctrinis celestib⁹ erudita. Sit fecūda in sobole: sit probata & innocēs. Et ad beatorū requiē atq; celestia regna perueniat. Et videant ambo filios filiorū suorū, vsque ad tertiā & quartā generationem: & ad optatā perueniant senectutem. Per dominum.

Tunc conuersus ad mediū altaris, frāgat hostiam more solito, & prosequatur Missā. Cōio. Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet dominū: & videas filios filiorū tuorū: pax super Israel. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus, instituta prouidentię tuę pio fauore comitare: &, quos legitima societate connectis, lōgęua pietate custodi. Per dominum nostrum Je.

Post Ite missa est, Sacerdos antequam det benedictionem, conuersus ad sponsum & sponsam dicat.

Deus Abraham, deus Isaac, & deus Jacob sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictionem suā in vobis: vt videatis filios filiorum vestrorum vsque ad tertiam & quartam generationem: & postea vitam ęternam habeatis sine fine, adiuuāte dño nostro Jesu Christo: qui cū patre, & spiritu sancto viuit & regnat deus, per oīa sclā seculorū. R. Am.

¶ Moneat Sacerdos oratiōe graui, vt sibimetipsis seruent fidē: Orōnis tpe & psertim ieiuniorū ac sollēnitatū, casti maneant: & vir vxorem, atque vxor virum diligat: & in timore Dei permaneant. Postea eos aspergat: & det benedictionem: & dicat, vt solitum est, euangeliū sancti Joannis. In principio erat verbū.

M. N. R.

ORATIONES DIVERSAE dicendę in Missa ad libitum Sacerdotis, cum ijs quę in proprijs Missis assignantur: quādo non est duplex.

Ad poscēda suffragia sāctorū. Orō.

Concede, quęsumus, omnipotens deus: vt, intercessio nos sanctę Dei genitricis Marię, sanctorū que omniū, apostolorū, martyrū, confessorū, atq; virginū, & omnium electorum tuorum, vbique lętificet: vt, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium. Secreta.

Oblatis dñe placare munerib⁹: & intercedētibus omnibus sāctis tuis, à cūctis nos defende periculis. Per dominum nostrū Jesum Christum. Postcommunio.

Sumpsimus domine beatę Marię semp virginis, & omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta cęlestia: pręsta, q̄sumus: vt, qđ tēporaliter gerimus, ęternis gaudijs cōsequamur. Per.

Alia Oratio vt supra. Oratio.

A cunctis nos, q̄s domine, mētis & corporis defende periculis: & intercedente gloriosa virgine dei genitrice Maria, cū beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus sanctis, salutem nobis tribue benignus, & pacē: vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eundem dominum nostrū Jesum Christum filium tuum. Qui tecum. Secreta.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt, p huius sacramēti vir-

tutem, a cunctis nos mentis et corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in presenti, et gloriam in futuro. Per dominum. Postcommunio.

Mundet et muniat nos, quesumus domine, diuini sacramenti munus oblatum: et intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato et N. et omnibus sanctis: a cunctis nos reddat et peruersitatibus expiatos, et aduersitatibus expeditos. Per eundem dominum.

Pro omni gradu ecclesie. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesie sanctificatur et regitur: exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum. in vnitate eiusdem. Secr.

Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, consolationem vite, gubernationem perpetuam: vt tibi seruientes, ad tuam iugiter misericordiam peruenire mereantur. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Libera, quesumus domine, a peccatis et hostibus tibi famulos supplicantes: vt in sancta conuersatione viuentes, nullis afficiantur aduersis. Per dominum nostrum.

Pro papa. Oratio.

Deus omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, propitius respice: da ei, quesumus, verbo et exemplo quibus preest, proficere: vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum. Secreta.

Oblatis, quesumus domine, placare muneribus: et famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, assidua protectione guberna. Per dominum. Postcommunio.

Hec nos, quesumus domine, diuini sacramenti perceptio protegat: et famulum tuum N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti, vna cum commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dominum.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus regnorum omnium, et Christiani maxime protector imperij: da seruo tuo Imperatori nostro N. triumphum virtutis tue scienter excolere: vt, qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per dominum. Secre.

Suscipe domine preces et hostias ecclesie tue pro salute famuli tui supplicantis: et in protectione fidelium populorum antiqua brachij tui operare miracula: vt, superatis pacis inimicis, secura tibi seruiat Christiana libertas. Per dominum.

Postcommunio.

Deus, qui ad predicandum eterni regis euangelium, Romanum imperium preparasti: pretende famulo tuo Imperatori nostro N. arma celestia: vt pax ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per.

Pro Rege. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt famulus tuus N. rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra deuitare, et ad te qui via, veritas, et vita es gratiosus valeat peruenire. Per dominum nostrum Iesum. Secreta.

Munera, quesumus domine oblata sanctifica: vt, et nobis vnigeniti

vnigeniti tui corpus et sanguis fiant: et regi nostro ad obtinendam animę, corporisque salutem, et ad peragendum iniunctum officium, te largiente, vsquequaque proficiant. Per eundem dominum nostrum Jesum.

Postcommunio.

Haec domine oblatio salutaris famulum tuum N. regem nostrum ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiasticę pacis obtineat tranquillitatem: et post istius temporis decursum, ad ęternam perueniat hęreditatem. Per dominū.

Pro prelatis, et congregationibus eis commissis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna solus, pretende super famulos tuos, et super cōgregationes illis cōmissas, spiritū gratię salutaris: et, vt in veritate tibi placeant, perpetuū eis rorem tuę benedictionis infūde. Per dūm. in vnitate eiusdem. Secreta.

Hostias domine famulorum tuorum placatus intende: et, quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere sibi sentiant ad medelam. Per dominū nostrū. Postcommunio.

Quos celesti recreas munere, perpetuo domine comitare presidio: et, quos fouere nō desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dominum nostrum.

Pro cōgregatione, et familia. Oratio.

Defende, q̄s dñe, beata Maria semp virgine intercedēte, istā ab omni aduersitate familiam: et toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per dominum no. Secreta.

Suscipe, q̄s, clementer omnipotens deus oblationem nostrę deuotionis: et per virtutem huius sacramenti, famulos tuos à cunctis protege aduersitatibus. Per dominū.

Postcommunio.

Sumptis redemptionis nostrę muneribus: presta, quęsumus, omnipotens deus, eorum nobis celebratione tuę protectionis contra omnes aduersitates subsidiū. Per.

Pro concordia in congregatione seruanda. Oratio.

Deus, largitor pacis, et amator charitatis: da famulis tuis veram cū tua voluntate concordiā: vt ab omnibus, quę nos pulsant, tentationibus liberemur. Per. Secreta.

His sacrificijs, domine q̄s, cōcede placatus: vt qui proprijs oramus absolui delictis, non grauemur externis. Per dominum no.

Postcommunio.

Spiritū nobis dñe tuę charitatis infūde: vt, quos vno pane celesti satiasti, tua facias pietate cōcordes. Per dūm. in vnitate eiusdem.

Cōtra psecutores Ecclesię. Oratio.

Ecclesię tuę, quęsum⁹ domine, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate. Per dūm. Secreta.

Protege nos dñe tuis mysterijs seruientes: vt, diuinis rebus inhęrētes et corpore tibi famulemur, et mēte. Per dūm nostrum. Postcōio.

Quęsumus, dñe deus noster: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū tuū.

Contra persecutores, et male agentes. Oratio.

Hostium

HOstium nostrorũ, quęsumus, domine, elide superbiã: ⁊ eorum contumaciam dexterę tuę virtute prosterne. Per do. Secreta.

HUius domine virtute mysterij, ⁊ à proprijs mũdemur occultis, ⁊ ab inimicorũ liberemur insidijs. Per do. Postcommunio.

PRotector noster, aspice deus: ⁊ ab inimicorum nos defende periculis: vt, omni perturbatiõe semota, liberis tibi mentibus seruiamus. Per dominum nostrum Ie.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, ⁊ misericors deus, à bellorum nos, q̃s, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręstabis, si pacem déderis mentis ⁊ corporis. Per dominum. Secre.

SAcrificium dñe, quod imolamus, placatus intende: vt, ⁊ ab oĩ nos bellorum éruat nequitia, ⁊ in tuę ꝓtectionis securitate cõstituat. Per dominum. Postcommunio.

SAcrosancti corporis ⁊ sanguinis dñi nostri Iesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus oĩpotens deus: vt, hoc remedio singulari, ab omnium peccatorũ nos contagione purifices: ⁊ à periculorũ munias incursione cũctorũ. Per eundem dominum nostrum.

Pro quacunque necessitate, ⁊ re obtinenda. Oratio.

DEus refugium nostrum, ⁊ virtus: adesto pijs ecclesię tuę p̃cibus auctor ipse pietatis, ⁊ pręsta: vt quod fideliter pétimus, efficaciter cõsequamur. Per do. Secreta.

DA misericors deus: vt hęc salutaris oblatio, ⁊ à proprijs nos reatibus indesinẽter expediat, ⁊ ab omnibus tueaẽ aduersis. Per.

Postcommunio.

SUmpsimus dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecãtes: vt quę in tui cõmemoratione nos facere pręcepisti, in nr̃ę proficiãt ĩfirmitatis auxiliũ. Qui viuis ⁊ regnas cũ Deo patre in vnitate spiritus sancti.

Pro quacunq; tribulatione. Oro.

NE despicias omnipotens deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus. Per dominum. Secreta.

SUscipe dñe propitius hostias: quibus ⁊ te placari voluisti, ⁊ nobis salutẽ potẽti pietate restitui. Per dominum. Postcommunio.

TRibulationem nostram, quęsumus domine, propitius respice: ⁊ iram tuę indignationis, quam iustè meremur, auerte. Per domi.

Tempore famis ⁊ pestis. Oratio.

DA nobis, q̃s domine, pię supplicationis effectũ: ⁊ pestilentiã, famemq; propitiatus auerte: vt mortaliũ corda cognoscant, ⁊ te indignãte talia flagella prodire, ⁊ te miserante cessare. Per do. Secreta.

DEus, q humani generis vtrãque substantiam, pręsentium munerũ ⁊ alimento végetas, ⁊ rénouas sacramẽto: tribue q̃s: vt eorum ⁊ corporibus nostris subsidiũ non desit, ⁊ mentibus. Per dominum no.

Postcommunio.

GUberna, q̃s dñe, temporalibus alimentis, quos dignaris ęternis informare mysterijs. Per do.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, ⁊ sumus: pluuiam nobis tribue cõgruentẽ: vt pręsentib[9] subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducia

fiducialius appetamus. Per. Sec.

Oblatis, qs dñe, placare muneribus: ⁊ opportunum nobis tribue pluuię sufficientis auxilium. Per dominum. Postcommunio.

Da nobis, qs dñe, pluuiã salutarẽ: ⁊ aridã terrę faciẽ fluentis cęlestibus dignãter infunde. Per.

Ad serenitatem petendaꝫ. Oratio.

Ad te nos dñe clamantes exaudi: ⁊ aeris serenitatẽ nobis tribue supplicãtibus: vt, qui iustẽ pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua pręueniente clementiam sentiamus. Per dominuꝫ. Secre.

Preueniat nos, qs domine, gratia tua semper ⁊ subsequatur: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo cõsecrandas deferimus: benignus assume: vt, per intercessionem sanctorum tuorum, cunctis nobis proficiat ad salutem. Per dominuꝫ. Postcommunio.

Quęsumus ops deus clementiã tuã: vt inũdantiã coërceas imbriũ, ⁊ hilaritatẽ vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominũ.

Ad tempestates repellẽdas. Orõ.

A domo tua, qsumus domine, spiritales nequitię repellantur: ⁊ aerearũ discedat malignitas tempestatum. Per dñm no. Secreta.

Offerimus tibi domine laudes ⁊ munera, pro concessis beneficijs gratias referentes, ⁊ pro concedendis semper suppliciter deprecãtes. Per dñm. Postcommunio.

Omnipotens sempiterne deus, qui nos ⁊ castigando sanas, ⁊ ignoscendo cõseruas: pręsta supplicibus tuis: vt, ⁊ trãquillitatibus huius optatę cõsolatiõis lętemur, ⁊ dono tuę pietatis semp vtamur. Per.

Pro peste animalium. Oratio.

Deus, qui laboribus hominũ, etiam de mutis animalibus solatia surrogasti: suppliciter te rogamus: vt, sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias vsibus nõ perire. Per dominũ. Secreta.

Sacrificijs domine placatus oblatis, opem tuam nostris tẽporibus clementer impende. Per dominum nostruꝫ. Postcõmunio.

Benedictionem tuam domine populus fidelis accipiat: qua corpore saluetur, ⁊ mente: ⁊ cõgruã tibi semper exhibeat seruitutem: ⁊ propitiationis tuę beneficia semper inueniat. Per dominum nostrum.

Pro remissione peccatoruꝫ. Orõ.

Deus q nullũ respuis, sed quantumuis peccantibus, per pęnitentiam pia miseratione placaris, respice propitius ad preces humilitatis nostrę: ⁊ illumina corda nostra: vt tua valeamus implere pręcepta. Per dominum nostrũ. Secreta.

Presens sacrificium dñe, quod tibi pro delictis nostris offerimus, sit tibi munus acceptũ: ⁊ tã viuentibus, quãm defunctis proficiat ad salutem. Per dñm. Postcõio.

Exaudi preces familię tuę ops deus: ⁊ pręsta: vt, sancta hęc, q à te sumpsimus, incorrupta in nobis te donante seruẽtur. Per dominũ.

Pro petitione lacrymarum. Orõ.

Omnipotens ⁊ mitissime deus, qui sitienti populo fontẽ viuẽtis aquę de petra produxisti: educ de cordis nostri duritia compũctionis lacrymas: vt peccata nostra plãgere valeamus, remissionemqꝫ peccatorũ, te miserante, mereamur accipere. Per dominum no. Secreta.

Hanc

Hanc oblationem, qs domine, Deus, quam tuę maiestati pro peccatis nostris offerimus, respice propitius: & produc de oculis nr̃is lacrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per dñm nostrũ. Postcõio.

Gratiã Spiritus sãcti dñe deus cordibus nostris clementer infunde: quę nos gemitibus lacrymarũ efficiat maculas nostrorũ diluere peccatorum: atque optatę nobis, te largiente, indulgentię prestet effectũ. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Pro tribulatione peccatorũ. Oõ.

Ineffabilem misericordiã tuam nobis dñe clementer ostende: vt, simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à penis quas, p his meremur eripias. Per dñm nostrũ. Secre.

Uirificet nos, quęsumus dñe, muneris presentis oblatio: & dignos sacra participatione perficiat. Per dñm nostrũ. Postcõio.

Presta, qs dñe: vt, terrenis affectibus expiati ad supni plenitudinem sacramenti, cuius libauimus sancta, tendamus. Per dominum.

Pro deuotis amicis. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiã sancti Spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuã deprecamur clementiã, salutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita sunt, tota dilectione perficiãt. Per dominũ. in vnitate eiusdẽ spiritus. Secreta.

Miserere, qs dñe, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tuę offerimus maiestati: vt, per hęc sancta, supernę benedictionis gratiam obtineant, & gloriã ęternę beatitudinis acquirãt. Per dñm nostrũ Jesũ. Postcõio.

Diuina libantes mysteria, quęsumus dñe: vt, hęc salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatẽ & pacẽ: pro quorum, quarumque dilectione, hęc tuę obtulimus maiestati. Per dominũ nostrũ Je.

Pro inimicis. Oratio.

Deus pacis, charitatisque amator & custos: da oĩbus inimicis nostris pacẽ, charitatemque veram: cunctorũque eis remissionẽ tribue peccatorũ: nosque ab eorum insidijs potenter eripe. Per dominũ nostrũ Jesum Christũ. Secreta.

Oblatis, quęsumus domine, placare muneribus: & nos ab inimicis nostris clementer eripe: eisque indulgentiã tribue delictorũ. Per dñm nostrum Jesũ. Postcõmunio.

Haec nos cõmunio dñe eruat à delictis: & ab inimicorũ defẽdat insidijs. Per dñm nostrũ Jesũ.

Pro iter agentibus. Oratio.

Adesto dñe supplicationibus nostris: & viam famulorũ tuorũ in salutis tuę prosperitate dispone: vt, inter omnes vię & vitę huius varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per dñm nostrũ. Secreta.

Propitiare dñe supplicationibus nostris: & has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis, benignus assũme: vt, viam illorum, & precedente gratia tua dirigas, & subsequente comitari digneris: vt, de actu atque incolumitate eorum, secundum misericordię tuę presidia, gaudeamus. Per dominũ nostrum Jesum Christum filiũ tuum. Qui tecum viuit, & re. Postcõmu.

Tua dñe famulos tuos sperãtes in

in te, q̄ sumpsimus, sacramēta custo diant: & cōtra omnes aduersos tueā tur incursus. Per dominum nost.

Pro Nauigantibus. Oratio.

Deus, qui trāstulisti patres nostros per mare rubrū, & transuexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantātes: te suppliciter deprecamur: vt, in naui famulos tuos, repulsis aduersitatib⁹, portu semper optábili, cursuq; trāquillo tuearis. Per dn̄m. Secreta.

Suscipe, quęsumus dn̄e, preces famulorum tuorum, cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes ab omnibus defende periculis. Per do. Postcommunio.

Sanctificati diuino mysterio, maiestatē tuā dn̄e suppliciter deprecamur, & petimus: vt, quos donis facis cęlestibus interesse, per signū sanctę Crucis & à peccatis omnibus abstrahas, & à periculis cunctis miseratus eripias. Per dn̄m.

Pro infirmis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, salus ęterna credentium: exaudi nos ꝓ infirmis famulis tuis, pro quibus misericordię tuę imploram⁹ auxiliū: vt reddita sibi sanitate, gratiarū tibi in ecclesia tua réferāt actiones. Per dominum nostrū. Secr.

Deus, sub cuius nutib⁹ vitę nostrę momenta decurrunt: suscipe preces & hostias famulorū tuorū pro quibus misericordiam tuā ęgrotantibus imploramus: vt, de quorū periculo metuimus, de eorum salute lętemur. Per. Postcōmunio.

Deus, infirmitatis humanę singulare pręsidiū, auxilij tui super infirmos famulos tuos ostende virtutem: vt, ope misericordię tuę adiuti, ecclesię tuę sanctę incolumes repręsentari mereantur. Per dn̄m.

Pro constituto in carcere. Oratio.

Deus, qui beatum Petrum à vinculis absolutū illęsū abire fecisti: famuli tui in captiuitate positi vincula absolue: & eū ipsius meritis illęsū abire cōcede. Per. Sec.

Super has, q̄s domine, hostias benedictio copiosa descendat: quę captiui nostri vincula soluat, & de eius liberatione nos cito lętificet. Per dominū. Postcōmunio.

Preces nostras, quęsumus dn̄e, clementer exaudi: & per hęc sacramēta quę sumpsimus, famulum tuum à vinculis suę captiuitatis absolue. Per dominum nostrum Ie.

Pro tentatis & tribulatis. Oratio.

Deus qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorū: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua misericordia confidētes, celesti protegas benignus auxilio, & assidua ꝓtectione conserues: vt tibi iugiter famulētur, & nullis tentationibus à te separentur. Per dominum. Secreta.

Huius, q̄s dn̄e, virtute mysterij, & à proprijs nos munda delictis, & famulos tuos ab omnibus absolue peccatis. Per. Postcōio.

Purificent nos, q̄s domine, sacramenta q̄ sumpsimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos esse concede: vt, qui cōscientię reatu constringuntur, cęlestis remedij plenitudine glorientur. Per dominū.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

Omnipotēs & mitissime deus, respice propitius preces nr̄as: & libera corda nr̄a de malarū tentationibus

tionibus cogitationum: vt sancti spiritus dignum fieri habitaculum mereamur. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti. Secreta.

HAs tibi domine offerimus oblationes pro salute nostra: quatenus animas nostras ab immundis cogitationibus purges, illesasque custodias: et sancti spiritus gratia illuminare digneris. Per dominum. in vnitate eiusdem. Postcommunio.

DEus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina quesumus corda nostra gratie tue splendore: vt digne maiestati tue ministrare, teque eterna charitate diligere valeamus. Per dominum.

Ad postulandam charitatem. Oratio.

DEus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse: da cordibus nostris inuiolabilem tue charitatis affectum: vt desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari. Per dominum. Secreta.

DEus, qui nos ad imaginem tuam sacramentis renouas, et preceptis: perfice gressus nostros in semitis tuis: vt, charitatis donum, quod fecisti a nobis sperari, per hec que offerimus sacrificia, facias apprehendi. Per do. Postcommunio.

SAncti spiritus gratia, quesumus domine, corda nostra illuminet: et perfecte charitatis dulcedine abundanter reficiat. Per do. in vnitate eiusdem.

Ad postulandam patientiam. Oratio.

DEus, qui vnigeniti tui patientia, antiqui hostis contriuisti superbiam: da nobis, quesumus, que idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: sicque exemplo eius, nobis aduersantia equanimiter tolerare. Per eundem dominum nostrum. Secr.

MUnera nostre oblationis, quesumus domine, placatus suscipe: que, vt nobis patientie donum condonare digneris, maiestati tue deuota offerimus actione. Per do. Postcommunio.

SAcrosancta domine sumentes mysteria amissam nobis, quesumus, reconcilient gratiam: atque munus patientie in illatis omnibus, semper et vbique protegendo, impertiant. Per do.

Ad postulandam continentiam, Oratio.

VRe igne sancti spiritus renes nostros, et cor nostrum, domine: vt tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus. Per dominum. in vnitate eiusdem. Secre.

DIrumpe domine vincula peccatorum nostrorum: et, vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate possimus, retribue, que ante tribuisti: et salua nos per indulgentiam, quos dignatus es saluare per gratiam. Per dominum. Postcommunio.

DOmine adiutor et protector noster adiuua nos: et refloreat caro nostra vigore pudicitie, et sanctimonie nouitate, ereptamque de manu tartari in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per dominum.

Pro salute viuorum. Oratio.

PRetende domine fidelibus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant, et que digne postulant consequi mereantur. Per. Secreta.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: et has oblationes fidelium tuorum, quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus assume: et, vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio: presta, que sumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nostrum Jesum. Postcommunio.

DA fidelibus tuis, q̃s dñe, in tua fide, ꝛ synceritate cõstãtiã: vt in charitate diuina firmati, nullis tẽtationibus ab eius integritate vellantur. Per dominũ nostrũ Iesuz.

Pro viuis ꝛ defunctis. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui viuorum dominaris simul ꝛ mortuorum: omniũque misereris, quos tuos fide ꝛ opere futuros esse pręnoscis: te supplices exoramus: vt, pro quibus effundere preces decreuimus, quosq3 vel pręsens seculũ adhuc in carne retinet, vel futurũ iã exutos corpore suscepit: intercedẽtibus oĩbus sctis tuis: pietatis tuę clemẽtia, omniũ delictorũ suorum veniam consequantur. Per. Secreta.

DEus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue q̃s: vt, intercedentibus omnibus sanctis tuis, vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus, ꝛ nomina omnium fidelium beatę prędestinationis liber ascripta retineat. Per dominũ nostrũ. Postcommunio.

PUrificent nos, q̃s, ops ꝛ misericors deus, sacramenta quę sumpsimus: ꝛ intercedẽtibus omnibus sanctis tuis pręsta: vt hoc tuum sacramentũ non sit nobis reatus ad penã, sed intercessio salutaris ad veniaz: sit ablutio scelerũ, sit fortitudo fragiliũ, sit contra omnia mundi pericula firmamentũ: sit viuorũ atque mortuorum fidelium, remissio omniũ delictorũ. Per dominũ nostrũ.

¶ Pro ordinãdis. orõ.

EXaudi, q̃s, dñe supplicũ preces: ꝛ deuoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi: vt nullis persecutoribus impediti, liberã seruitutem tuis semper exhibeamus officijs. Per do. Secreta.

TUis, quęsumus domine, operare mysterijs: vt hęc munera dignis tibi mẽtibus offeramus. Per dominum nostrũ. Postcõmunio.

QUos tuis dñe reficis sacramẽtis, continuis attolle benignus auxilijs, vt tuę redẽptionis effectũ, ꝛ mysterijs capiam⁹, ꝛ moribus. Per. Pro cõsecratione epõrum.

ADesto supplicationibus nr̃is ops deus: ꝛ quod humilitatis nostrę gerẽdũ est ministerio, tuę virtutis impleatur effectu. Per. Secre.

SUscipe domine munera, quę tibi offerimus pro hoc famulo tuo: ꝛ propitius in eo tua dona custodias. Per dominũ nostrũ Iesũ.

Consecratus dicit Secrete.

SUscipe dñe munera, q̃ tibi offerim⁹ p me misero famulo tuo: ꝛ ppiti⁹ in me tua dona custodias. Per dominũ nostrũ Iesũ Christũ.

Infra actionem dicit cõsecrator.

HAnc igitur oblationẽ seruitutis nostrę, sed ꝛ cunctę familię tuę quã tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo, quez ad episcopatus ordinẽ promouere dignatus es, q̃sumus dñe, vt placatus accipias, ꝛ propitius in eo tua dona custodias: vt, qđ diuino munere cõsecutus est, diuinis affectibus exequatur: diesque nostros in tua pace disponas, atq3 ab ęterna damnatione nos eripi, ꝛ in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. Per Christũ dominũ nostrũ.

Consecratus dicit.

HAnc igitur oblationẽ seruitutis nostrę, sed ꝛ cũctę familię tuę, quã tibi offerimus etiaz pro me famulo tuo,

tuo quem ad episcopatus ordinem promouere dignatus es, quesumus domine, vt placatus accipias, ⁊ propitius in me tua dona custodias: vt, quod diuino munere cõsecutus sum, diuinis affectibus exequar: diesqꝫ nostros in tua pace disponas: atqꝫ ab ęterna damnatione nos eripi, ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum dñm no.

Postcommunio.

PLenum, quęsumus domine, in nobis, remediũ tuę miserationis operare: ac tales nos esse perfice propitius, ⁊ sic foue: vt tibi in omnibus placere valeamus. Per dñm.

Missa in cõmemoratione omnium fidelium defunctorum. Introitus.



REquiem ęternã dona eis dñe: ⁊ lux ppetua luceat eis. Psal's. Te decet hymnus deus in Sion, ⁊ tibi reddet votũ in Hierusalẽ: exaudi orationẽ meam, ad te omnis caro veniet. Deinde absolute repetitur Requiem ęternam. vsque ad psalmũ. Oratio.

FIdelium deus omnium conditor ⁊ redemptor, animabus famulorum famularumque tuarũ, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quã semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, ⁊ regnas cum Deo patre, in vnitate spiritus sancti, deus: per omnia secula seculorum. R. Amen.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

FRatres: Ecce, mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba) ⁊ mortui resurgent incorrupti: ⁊ nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc, induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jesum Christum dominum nostrum.

1. ca. 15

Graduale.

Requiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. V. In memoria ęterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. V. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. V. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequentia.

DIes irę, dies illa,
Soluet seclum in fauilla,
Teste Dauid cum Sybilla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargens sonum,
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit ⁊ natura,

Cum

Cum resurget creatura,
Judicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Judex ergo cum sedebit,
Quicquid latet apparebit.
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.
Rex tremende maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Jesu pie,
Quod sum causa tue vie,
Ne me perdas illa die.
Querens me, sedisti lassus:
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Juste iudex vltionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces mee non sunt digne:
Sed tu bonus fac benignè,
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum presta:
Et ab hedis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Uoca me cum benedictis.
Oro supplex et acclinis:
Cor contritum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla
Judicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus.
Pie Jesu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judeorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocē filij dei: et qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso: et potestatē dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt audiēt vocem filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt, in resurrectionē vite: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omniū fideliū defunctorū de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi dn̄e laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarū hodie memoriam facimus: fac eas dn̄e de morte transire ad vitā. Quā olim. Secre.

Hostias, quesumus dn̄e, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei Christiane meritū contulisti, dones et premiū. Per dominum nostrum.

Communio. Lux eterna luceat eis domine, Cū sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiē eternā do-

na eis domine: et lux ppetua luceat eis. Cũ sanctis. Postcommunio.

Animabus, qs domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantiũ: vt eas et à peccatis omnibus exuas, et tue redẽptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas cuz Deo patre. Dicto Dominus vobiscuz, dicitur Requiescant in pace. R. Amen. et non datur benedictio. Sed dicto secretè Placeat tibi sancta. dicitur euangeliũ secundum Joannem. In principio erat verbum, et verbum.

In die obitus seu depositionis defuncti. Introitus.

Requiem eternã dona eis domine: et lux ppetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in Siõ, et tibi reddetur votũ in Hierusalẽ: exaudi orationẽ meã, ad te omnis caro veniet. R. equiẽ eternam. Oratio.

Deus, cui propriuz est misereri semper et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc seculo hodie migrare iussisti: vt non tradas eã in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eã à sanctis angelis suscipi, et ad patriam paradisi perduci: vt quia in te sperauit et credidit, non penas eternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per dominum nostrum Jesum Christuz filium tuũ, Qui tecuz viuit et regnat, in vnitate.

Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut ceteri qui spem non habent. Si eniz credimus quòd Jesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu domini, non preueniemus eos, qui dormierunt. Quoniaz ipse dominus in iussu et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de celo: et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viui mus, qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus òbuiam Christo in àera, et sic semper cum domino érimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Graduale.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. V. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus.

Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. V. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euádere iudicium vltionis. V. Et lucis eterne beatitudine pérfrui. Sequentia. Dies ire, etc. vt supra. folio.232.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Martha ad Jesum. Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio, quia, quecunque poposceris à Deo, dabit tibi deus. Dicit ei Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectiõe, in nouissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, et credit in me: nõ morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine

ca. 11

domine: ego credidi quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mũdum venisti. **Offertorium.**

Domine Jesu Christe rex glorię: libera animas omnium fidelium defunctorũ de pęnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absórbeat eas tartarus, ne cadant in obscurũ: sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucẽ sanctã: Quã olim Abrahę promisisti, & semini eius. ℣. Hostias & preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim. **Secreta.**

Propitiare, quęsumus domine, animę famuli tui N. pro quo tibi hostiam laudis immolamus, maiestatẽ tuam suppliciter deprecantes: vt per hęc pię placationis officia peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dominum nostrum. **Cõmunio.** Lux ęterna luceat eis domine, Cũ sãctis tuis in ęternũ: q pius es. ℣. Requiẽ ęternã dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum sanctis. **Postcommunio.**

Presta, quęsumus omnipotens deus: vt anima famuli tui N. quę hodie de hoc seculo migrauit, his sacrificijs purgata, & à peccatis expedita, indulgentiã pariter, & vitã capiat sempiternã. Per dominũ.

¶ In die tertio, septimo, & trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa vt supra, exceptis orationibus, q̃ dñr vt infra. Oõ.

Quęsumus dñe: vt animę famuli tui, cuius depositionis diẽ tertiũ, vel septimũ, vel trigesimum, M. N. R.

commemoramus, sanctorũ atque electorũ tuorũ largiri digneris consortiũ: & rorẽ misericordię tuę perennẽ infundas. Per dominum nostrum Jesum Christum filium. **Secreta.**

Munera, q̃s domine, quę tibi ꝓ aĩa famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata celestibus in tua pietate requiescat. Per dominum nost. **Postcõmu.**

Suscipe domine preces nostras pro anima famuli tui: vt, siquę ei maculę de terrenis contagijs adhęserunt, remissionis tuę misericordia deleantur. Per dominum nost.

¶ In Anniuersario defunctorum. Introitus.

Requiem ęternã dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. **Psalmus.** Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalẽ: exaudi orationẽ meam, ad te omnis caro veniet. R. equiem ęternam dona. **Oratio.**

Deus indulgentiarũ domine, da animabus famulorũ famularumque tuarũ, quorum anniuersarium depositionis diem cõmemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinẽ, & luminis claritatem. Per dominum nostrum Jesum Christũ. **Lectio libri Machabęorum.**

In diebus illis. Vir fortissimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argẽti misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, iustè & religiosè de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant,

2. ca. 12

rant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur ⁊ vanum orare pro mortuis.) Et quia cōſiderabat quod hi qui cum pietate dormitionē acceperant, optimam haberent repoſitā gratiam. Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis ſoluantur. Graduale. Requiem eternā dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala nō timebit. Tractus. Abſolue dn̄e animas omniū fideliū defunctoꝝ ab omni vinculo delictoꝝ. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente mereantur euadere iudiciū vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Sequētia, Dies ire. ⁊ in ſequenti miſſa pro arbitrio ſacerdotis. Sequē. ſancti euāgelij ſm̄ Joannem.



In illo tpe: Dixit Jeſ⁹ diſcipulis ſuis, ⁊ turbis iudeorū. Oē quod dat mihi pater, ad me veniet: ⁊ eum, q venit ad me, nō eijciā foras. Qr deſcēdi de celo, non vt faciā voluntatē meā, ſed voluntatē eius qui miſit me. Hec eſt autē voluntas eius, qui miſit me patris: vt omne quod dedit mihi, non perdā ex eo, ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hec eſt autē voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filium, ⁊ credit in eum: habeat vitā eternā. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Offertorium. Dn̄e Jeſu Chriſte rex glorie, libera animas omnium fideliū defunctorum de penis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurū. ſed ſignifer ſanctus Michael repreſentet eas in lucē ſanctā. Quā olim Abrahe promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarū hodie memoriā facimus: fac eas dn̄e de morte tranſire ad vitam. Quam olim. Secreta. Propitiare domine ſupplicationibus noſtris, pro animabus famuloꝝ famularūq̄ tuarū, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offerimus ſacrificiū laudis: vt eas ſanctorū tuorum conſortio ſociare digneris. Per dominū. Cōmunio. Lux eterna luceat eis domine, Cum ſanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiē eternā dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcōio. Preſta, q̄ſumus domine: vt anime famulorū famularūq̄ tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diē cōmemoramus, his purgate ſacrificijs, indulgentiā pariter ⁊ requiē capiant ſempiternā. Per.

¶ Si pro vno fiat anniuerſariū, pdicte orōnes dicāt̄ i ſingulari numero.

In miſſis quotidianis defunctorum. Introitus.

Requiē eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus De⁹ in ſiō, ⁊ tibi reddet votū in Hieruſalē: exaudi orationē meā, ad te oīs caro veniet. Requiem eternā. Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Oratio. Deus,

Deus qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, presta, quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per dominum nostrum Jesum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Oratio.

Deus, venie largitor, et humane salutis amator, quesumus clementiam tuam: vt nostre congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum nost.

Pro fidelibus defunctis, generalis Oratio.

Fidelium, deus, omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas cum.

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis apostoli.

C.14 In diebus illis. Audiui vocem de celo, dicentem mihi. Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Gradu. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui.

Sequentia sancti Euangelij secundum Joannem.

M. N. R.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, et turbis iudeorum. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judei ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jesus. Amen, amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Offertorium.

Domine Jesu Christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim Abrahe promisisti, et semini eius. ℣. Hostias et preces tibi domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Quam olim.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus, Secreta.

Suscipe, domine quesumus, pro animabus famulorum tuorum pontificum, seu sacerdotum, quas offerimus hostias: vt quibus in hoc seculo pontificale, seu sacerdotale donasti meritum, in celesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per dominum nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Secreta.

Deus, cuius misericordie non est nu-

numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostre: et animabus fratrum, propinquorum, et benefactorū nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionē, per hec sacramenta salutis nostre, cunctorū remissionē tribue peccatorū. Per dominū.

Pro fidelibus defunctis, Secreta.

Hostias, quesumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarū offerimus, propitiatus intende: ut, quibus fidei christiane meritū contulisti, dones, et premiū. Per dominum no.

Communio. Lux eterna luceat eis domine, Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiē eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Cum sanctis.

Pro defunctis episcopis, seu sacerdotibus. Postcommunio.

Prosit, q̃s domine, animabus famulorū tuorū pontificū seu sacerdotum misericordie tue implorata clementia: ut eius, in quo sperauerunt et crediderunt, eternum capiant te miserante consortiū. Per.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Postcōio.

Presta, quesumus, omnipotens et misericors deus: ut anime fratrū, propinquorum, et benefactorū nostrorū, pro quibus hoc sacrificiū laudis, tue obtulimus maiestati, per huius virtutē sacramēti a peccatis oībus expiate, lucis ꝑpetue, te miserāte, recipiāt beatitudinē. P do.

Pro fidelibus defunctis. Postcō.

Animabus, q̃s dñe, famulorum famularūq̃ tuarū oratio proficiat supplicantiū: ut eas et a peccatis oībus eruas, et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis et.

Epistola et Euāgelia superius posita in vna Missa ꝑ defunctis, dici possunt etiā in alia Missa pro defūctis.

ORATIONES DIVERSE pro defunctis.

¶ In die depositionis, et anniuersario Sūmi Pōtificis, dicitur prima Missa, vt supra. f. 232. preter orationes, que dicuntur vt infra. Oratio.

Deus, qui inter sūmos sacerdotes famulū tuū N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: presta, q̃s: vt, qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, sanctorū tuorū pontificū consortio ꝑpetuo aggreget. Per eū. Secre.

Suscipe, q̃s dñe, pro anima famuli tui N. summi pontificis quas offerimus hostias: vt cui in hoc seculo pontificale donasti meritum, in celesti regno sanctorū tuorum iubeas iungi consortio. Per dominū nostrum. Postcommunio.

Prosit, quesumus dñe, anime famuli tui N. sūmi pontificis misericordie tue implorata clementia: vt ei⁹ in quo sperauit et credidit eternū capiat te miserāte cōsortiū. Per.

Pro defuncto Episcopo dicitur prima missa, vt supra. folio. 232. Oratio vt infra. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos sacerdotes famulū tuū pōtificali fecisti dignitate vigere: presta q̃s, vt eorū quoq̃ perpetuo aggreget consortio. Per dominū. Secreta.

Suscipe dñe, q̃s, pro anima famuli tui pontificis, quas offerimus hostias: vt, cui in hoc seculo pōtificale donasti meritū, in celesti regno sanctorum tuorum iubeas coniungi consortio. Per dominum nostrum

nostrum Jesum. Postcommunio.

Rosit, q̃s domine, anime famuli tui pontificis misericordie tue implorata clementia: vt eius in quo sperauit et credidit, eternum capiat te miserante consortium. Per.

¶ Pro defuncto sacerdote dicitur eadem oratio, sed vbi dicitur pontificali, dicatur sacerdotali. Si fuerint plures, dicatur vt supra in quarta missa. 234. ¶ Alias orationes pro defuncto Epo et sacerdote require in fine Missalis. folio. 238.

Pro vno defuncto. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiã tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorũ iubeas esse cõsorte. Per. Secre.

Annue nobis, q̃s domine: vt anime famuli tui hec prosit oblatio: quã immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostrum Je. Postcõmunio.

Absolue, q̃s domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria, inter sanctos et electos tuos, resuscitatus respiret. Per dominum.

Pro vna defuncta. Oratio.

Quesumus domine, pro tua pietate miserere anime famule tue: et a contagijs mortalitatis exutam, in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrum. Secreta.

His sacrificijs, q̃s domine, anima famule tue a peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placationis officia, perpetuã misericordiã cõsequatur. Per do. Postcõ.

Inueniat, q̃s dñe, anima famule tue lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie consecuta est sacramentũ. Per dominũ.

Pro patre et matre. Oratio.

Deus, qui nos patrẽ et matrẽ honorare precepisti: miserere clementer animabus patris et matris mee: eorumque peccata dimitte: meque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum no. Secreta.

Suscipe sacrificium dñe: quod tibi pro animab[9] patris et matris mee offero: eisque gaudiũ sempiternũ in regione viuorũ concede: meque cũ illis felicitati sanctorum cõiunge. Per dominũ nostrum. Postcõio.

Celestis participatio dñe sacramenti animabus patris et matris mee requiem et lucẽ obtineat perpetuã: meque cum illis gratia tua coronet eterna. Per dñm nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Oratio.

Deus venie largitor, et humane salutis amator, q̃s clementiam tuam: vt nostre cõgregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum. Secre.

Deus, cuius misericordie nõ est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostre: et animabus fratrũ, propinquorũ, et benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hec sacramenta salutis nostre, cunctorũ remissionem tribue peccatorum. Per. Postcõ.

Presta, quesumus, oĩps et misericors deus: vt anime fratrũ, pro-

pinquorũ, et benefactorũ nostrorum, pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiate, lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per dominum nostrum Jesum.

Pro his, qui in cemeterio requiescunt. Oratio.

Deus, cuius miseratione anime fidelium requiescunt, famulis et famulabus tuis omnibus, hic et vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorũ: vt a cunctis reatibus absoluti, tecũ sine fine letentur. Per eundem. Secre.

Pro animabus famulorũ famularũque tuarũ, et omniũ catholicorũ, hic et vbique in Christo dormientiũ, hostiã domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrẽde mortis exute vitã mereantur eternã. Per eundem dominum nostrũ. Postcõio.

Deus, fideliũ lumen animarum, adesto supplicationibus nr̃is: et da famulis et famulabus tuis, quorum corpora hic et vbique in Christo requiescũt, refrigerij sedẽ, quietis beatitudinẽ, et luminis claritatem. Per eundem domi.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

Fideliũ deus omniũ conditor et redẽptor, animabus famulorũ famularũque tuarũ remissionẽ cũctorũ tribue peccatorũ: vt indulgentiã, quã semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas cum deo pa. Secreta.

Hostias, q̃s dñe, quas tibi pro animabus famulorum famularũque tuarũ offerimus, propitiatus intende: vt, quibus fidei Christiane meritũ contulisti, dones et premium. Per dominum nostrum. Postcõ.

Animabus, q̃s domine, famulorũ famularũque tuarũ oratio proficiat supplicantiũ: vt eas, et a peccatis omnibus exuas, et tue redemptionis facias esse participes. Qui viuis et regnas cum deo patre, in vni.

Pro pluribus defunctis. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: propitiare animabus famulorum famularũque tuarũ, et omnia eorũ peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolute, transire mereantur ad vitam. Per dominum nostrum. Secreta.

Annue nobis dñe: vt animabus famulorũ famularũque tuarũ, hec profit oblatio: quam immolando totius mũdi tribuisti relaxari delicta. Per dñm. Postcommunio.

Deus, cui soli cõpetit medicinã prestare post mortẽ: presta quesumus: vt anime famulorũ famularũque tuarũ terrenis exute contagijs, in tue redemptionis parte numerentur. Qui viuis et regnas cũ deo pa.

Alia pluralis vt supra. Oratio.

Animabus, quesumus domine, famulorũ famularumque tuarũ misericordiam concede perpetuã: vt eis proficiat in eternum, quod in te sperauerunt et crediderunt. Per dominũ nostrum Jesum. Secreta.

His dñe, q̃s, placatus intende muneribus: et quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorũ. Per dominum. Postcommu.

Supplices dñe pro animabus famulorũ famularũque tuarum preces effundimus, obsecrantes: vt, quicquid cõuersatione contraxerũt humana,

humana, ꝛ clementer indulgeas, ꝛ in tuoꝝ sede lętantiū constituas redemptoꝝ. Per dominum nostrū.

FINIS.

¶ Ordo ad faciendū aquā bñdictā.

Die dominica, in sacristia pręparato sale ꝛ aqua, sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus, alba vel superpellicio indutus cum stola circa collum, primo dicit ℣. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum ꝛ terram. Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te creatura salis, per deum ✠ viuum: per Deum ✠ verum: per deum ✠ sanctum: per Deum qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquę: vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, ꝛ sis omnibus sumentibus à te sanitas animę ꝛ corporis: ꝛ effugiat atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia ꝛ nequitia vel versutia diabolicę fraudis, omnisque spiritus immundus adiuratus, Per eū qui venturus est iudicare viuos, ꝛ mortuos, ꝛ seculuȝ per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Immensaȝ clementiā tuam, omnipotens ęterne deus humiliter imploramus: vt hanc creaturā salis, quam in vsum generis humani tribuisti, bene ✠ dicere, ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis ꝛ corporis: ꝛ quicquid ex eo tactum vel respersuȝ fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitię. Per dominum.

Exorcismus aquę: ꝛ dicatur absolute.

Exorcizo te creatura aquę in nomine dei ✠ patris omnipotentis, ꝛ in nomine ✠ Iesu Christi filij eius domini nostri, ꝛ in virtute Sancti ✠ spiritus: vt fias aqua exorcizata ad effugandā omnem potestatē inimici, ꝛ ipsum inimicū eradicare ꝛ explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutē eiusdem dñi nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculuȝ per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima quęque sacramenta in aquarum substantia cōdidisti: adesto propitius inuocationibus nostris, ꝛ elemento huic multimodis purificationibus pręparato, virtutem tuę bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens, ad abigendos dęmones, morbosque pellendos, diuinę gratię sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fideliū, hęc vnda resperserit, careat omni immūditia, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidię latētis inimici: ꝛ siquid est, quod aut incolumitati habitantium inuidet, aut quieti, aspersione huius aquę effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum Ie.

Hic mittit sal in aquam in modum crucis, dicendo semel.

Commissio salis ꝛ aquę pariter fiat: in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ sancti. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscuȝ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus inuictę virtutis auctor, ꝛ insuperabilis imperij rex, ac sem-

semper magnificus triũphator: qui aduerse dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiã superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus: vt hanc creaturã salis et aque dignãter aspicias, benignus illustres, pietatis tue rore sanctifices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorque venenosi serpentes procul pellatur: et presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur. Per dominum nostrum Jesum Christum filiũ tuum: Qui tecum viuit et regnat.

¶ Finita benedictione, Sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conuenientis, accedit ad altare: et ibi ad gradus cum ministris genuflexus, accipit a diacono aspersoriũ: et primo ter aspergit altare, deinde se et ministros incipiens Antiphonã, Asperges me: et chorus prosequitur, dñe hyssopo, etc. vt infra. Interim celebrans aspergit clerum, deinde populũ dicens psalmum. Miserere mei. cum Gloria patri.

Añã. Asperges me domine hyssopo, et mundabor: lauabis me, et super niuẽ dealbabor. Psalmus. Miserere mei deus secundum magnã misericordiã tuã. ℣. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen. Et repetitur antiphona. Asperges me dñe. Supradicta antipho. predicto modo dicatur in aspersione aque benedicte in dominicis per totum annũ: excepto quod in dominica de passione, et in dominica palmarum, non dicitur Gloria patri. sed post psalmum Miserere mei, repetitur imediate antiphona. Asperges me domine. Excepto etiam tẽpore paschali, scilicet a dominica pasche vsque ad Pentecosten: quo tempore cantatur Antiphona.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia: et omnes, ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, et dicent, alleluia, alleluia. Psal's. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. ℣. Gloria patri, et filio. Repetitur antiphona. Vidi aquam. In octaua vero pentecostes resumitur Antiphona, Asperges me dñe. Finitis antiphonis supradicto modo: sacerdos qui aspersit aquam, reuersus ad altare, ante gradus altaris stans dicat ℣. Ostende nobis domine misericordiã tuã. Tẽpore paschali addit Alleluia. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos, dñe sancte, pater omnipotẽs, eterne deus: et mittere digneris sanctum angelum tuũ de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat oẽs habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO AGNI Paschalis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatiõe populi tui de Aegypto agnũ occidi iussisti in

in similitudinem domini nostri Jesu Christi, et vtrosque postes domorum de sanguine huius agni perungi precepisti: ita bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudē tuam sumere desideramus: per resurrectionē domini nostri Jesu Christi. Qui tecū viuit et regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Et mox aspergit aqua benedicta.

¶ Benedictio panis.

℣. Adiutoriū nostrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum et terrā. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo.

Domine Jesu Christe, panis angelorū, panis viuus, et eterne vite, bene ✠ dicere dignare panē istū, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt omnes ex eo dignē gustantes, inde corporis et anime desiderabilē percipiant sanitatē. Per Christū dñm nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio nouorum fructuū.

℣. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine hunc nouū fructum N. et presta: vt qui ex eo in tuo sancto nomine vescetur, corporis et anime salute potiatur. Per dominum nostrum Jesum.

Et aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio ad quodcunque comestibile.

℣. Adiutoriū nostrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine creaturā istam N. vt sit remedium salutare generi humano: et presta per inuocationē sancti nominis tui: vt quicunque ex ea sumpserint, corporis sanitatē, et anime tutelā accipiant. Per dominum nostrū Jesū Christum filium tuum. Qui tecum viuit.

Aspergat id cum aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutoriū nostrum in noīe dñi. ℟. Qui fecit celum et terrā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Domine Jesu Christe fili dei viui, bene ✠ dic cādelas istas supplicationibus nostris: infunde eis domine per virtutē sancte cru ✠ cis benedictionem celestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talemque benedictionem signaculo sancte cru ✠ cis accipiant, vt quibuscunque locis accense siue posite fuerint, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pauidi cū omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec presumant amplius inquietare aut mo[le]stare seruientes tibi omnip[otenti de]o. Qui viuis et regnas cum [deo patr]e in vnitate spiritus sancti [deus, p]er omnia secula.

Postm[od]um aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio loci.

℣. Adiutoriū nostrū in noīe domini. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine deus omnipotēs locum istū: vt sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio deo patri, et filio, et spiritui sancto: et hec benedictio maneat super hūc locū, et super habitantes in eo. Per Christum dominum nostrū. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

¶ Bene-

Benedictio domus noue.

℣. Adiutoriū nostrum in noīe dñi. ℟. Qui fecit celum ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

TE deum patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eā bene ✠ dicere, ⁊ sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis domine de rore celi abundantiā, ⁊ de pinguedine terre, vite substantiam, ⁊ desideria voti eorum ad effectū tue miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere ✠ ⁊ sanctificare dignare hanc domū, sicut benedicere dignatus es domū Abraham, Isaac, ⁊ Jacob: ⁊ intra parietes domus istius angeli tue lucis inhabitent, eamque, ⁊ eius habitatores custodiant. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio thalami.

℣. Adiutoriū nostrum in noīe dñi. ℟. Qui fecit celum ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Bene ✠ dic domine thalamū hunc: ⁊ omnes habitantes in eo, in tua pace cōsistāt, ⁊ in tua volūtate permaneant, ⁊ senescāt, ⁊ multiplicētur in longitudine dierū. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

Benedictio noue nauis.

℟. Adiutorium nostrū in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terram. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Propitiare domine supplicationibus nostris: ⁊ bene ✠ dic nauim istā dextera tua sancta, ⁊ omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcā Noe ambulanti in diluuio. Porrige eis domine dexterā tuā, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: ⁊ mitte sanctū angelum tuū de celis, qui liberet ⁊ custodiat eā semper a periculis vniuersis, cū omnibus que in ea erunt: ⁊ famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper cursuq; tranquillo tuearis: transactisque, riteque perfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cū omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regn.

Aspergat nauim aqua benedicta.

Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium nostrū in noīe dñi. ℟. Qui fecit celum ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, qui per Moysen famulū tuum pontificalia ⁊ sacerdotalia, atque leuitica vestimenta, ad explendum ministerium eorum in conspectu tuo ad honorem ⁊ decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ⁊ hec indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingēti benedictione per nostre humilitatis seruitutem purifi ✠ care, bene ✠ dicere, ⁊ conse ✠ crare digneris: vt diuinis cultibus ⁊ sacris mysterijs apta ⁊ benedicta existant: hisque sacris vestibus pontifices, sacerdotes, seu leuite tui induti, ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti, ⁊ defensi esse mereantur: tuisq; mysterijs apte ⁊ condigne seruire ⁊ inherere

inherere, atq3 in his tibi placitè, & deuotè perseuerare tribue, Per Christum dominū nostrum. ℟. Amen.

Alia Oratio.

DEus, inuicte virtutis auctor, & omniū rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: & hec indumēta leuitice & sacerdotalis glorie ministris tuis fruēda, tuo ore proprio bene ✠ dicere, conse ✠ crare, & sancti ✠ ficare digneris: omnesque eis vtentes, tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuotè & amabiliter seruientes gratos effici concedas. Per do. Oremus.

DOmine deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsu3 tabernaculi federis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumq3 spiritu sapiētie ad id peragendū repleuisti: hec vestimenta in vsum & cultum mysterij tui sancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conse ✠ crare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonoru3 fructu operu3 ministerij congruentis imortalitate vestiri. Per Christum dñm nostru3. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

PRO DEFVNCTO Episcopo. Oratio.

DA nobis quesumus domine, vt animam famuli tui Episcopi, quam de seculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cetui tribuas esse consortē. Per. Secre.

ANnue nobis domine: vt anime famuli tui Episcopi hec prosit oblatio: qua3 immolando totius mūdi tribuisti relaxari delicta. Per dominum nostru3 Je. Postcommunio.

HIs sacrificijs, quesumus omnipotens deus, vt purgata anima & spiritus famuli tui episcopi ad indulgentiam & refrigerium sempiternum peruenire mereatur. Per dominum nostrum Jesum Christū.

Pro defuncto sacerdote, Oratio.

PResta, quesumus domine: vt anima famuli tui sacerdotis, quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti, in celesti sede gloriosa semper exultet. Per dominum nostrum. Secre.

SVscipe, quesumus domine, pro anima famuli tui sacerdotis, quas offerimus hostias: vt cui sacerdotale donasti meritu3, dones & premiū. Per dominum nostrum Je.

Postcommunio.

PResta, quesumus omnipotens Deus: vt anima3 famuli tui sacerdotis in congregatione iustoru3 eterne beatitudinis iubeas esse consortem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

F I N I S.

Series Chartarum.

✠ a b c a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
Aa Bb Cc Dc Ee Ff Gg.

Omnes sunt quaterniones, præter t quinternionem, 7 a c Terniones, 7 ✠ duernionem.



VENETIIS,

Apud Joannem Variscum, heredes Bartholomei Faletti, et socios.

MDLXXII.

